
THE LIBRARY OF CONGRESS
RARE BOOK COLLECTION
VERITÀ SOL M'INVAGHESCE
EXLIBRIS G. H. F. C. COMITIS LEPELL
ET AMICORUM

1811

P. 158

Robert Todd.

Oct 24. 1911.

from J.G.

[Dale. 1721.]

# JOHANNIS TRITHEMII

PRIMO SPANHEIMENSIS DEINDE DIVI JACOBI PEAPOLITANI

ABBATIS

# STEGANOGRAPHIA

*QVÆ HVCVSQVE A NEMINE INTELLECTA, SED PASSIM VT SVPPOSITITIA, PERNICIOSA, MAGICA ET NECROMANTICA, REIECTA, ELVSA, DAMNATA ET SENTENTIAM INQVISITIONIS PASSA;*

NVNC TANDEM

VINDICATA RESERATA ET ILLVSTRATA

VBI

POST VINDICIAS TRITHEMII

CLARISSIME EXPLICANTVR

# CONJVRATIONES SPIRITVVM

*EX ARABICIS, HEBRAICIS, CHALDAICIS ET GRÆCIS SPIRITVVM NOMINIBVS JVXTA QVOSDAM CONGLOBATÆ, AVT SECVNDVM ALIOS EX BARBARIS ET NIHIL SIGNIFICANTIBVS VERBIS CONCINNATÆ,*

DEINDE

SOLVVNTVR ET EXHIBENTVR

# ARTIFICIA NOVA STEGANOGRAPHICA

*A TRITHEMIO IN LITERIS AD ARNOLDVM BOSTIVM ET POLYGRAPHIA PROMISSA, IN HVNC DIEM A NEMINE CAPTA, SED PRO PARADOXIS ET IMPOSSIBILIBVS HABITA ET SVMME DESIDERATA.*

AVTORE

VVOLFGANGO ERNESTO HEIDEL

WORMATIENSE.

---

*NORIMBERGÆ*

APVD JOH. FRIDERICVM RVDIGERVM

ANNO MDCCXXI.

# Cenſura Archi-Epiſcopalis.

*Non ſolum ego ipſe has pro Joannis Trithemii Spanheimenſis quondam Abbatis Steganographiâ à Nobili & Clariſſimo D. Wolfgango Erneſto Heidel concinnatas Vindicias attentè legi, ſed etiam tribus Theologis legendas tradidi: qui conſtanter uno ore aſſeverârunt, in illis Vindiciis ſe nihil omnino offendiſſe, quod Catholicæ fidei & bonis moribus vel in minimo adverſetur. Quando itaque grata merito eſſe nobis debet memoria Trithemii, cui ſancta Moguntinenſis Eccleſia bonam Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ partem debet, præſentis Tractatûs hìc imprimendi ac divulgandi poteſtas tantò fuit impetratu facilior. Maximè cum ejus autor pro ingenii & eruditionis ſuæ excellentia plurium reconditioris ſcientiæ non modo ſpem faciat, ſed etiam luculenta indicia præbeat. Ita cenſebam in pervigilio B. M. V. Purificatæ. Anno M DC LXXV.*

ADOLPH. GODEFRID. VOLUSIUS,
*SS. Theolog. Doctor, Protonotarius Apoſtolicus & Cenſor librorum Archi-Epiſcopalis Moguntinus.*

EMINENTISSIMO ET CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
*DOMINO*
DAMIANO
HARTARDO
S. SEDIS MOGUNTINÆ
ARCHI-EPISCOPO,
S. R. IMP. PER GERMANIAM
ARCHI-CANCELLARIO
ET
PRINCIPI ELECTORI,
EPISCOPO WORMATIENSI,
ETC.
*DOMINO MEO*
*CLEMENTISSIMO.*

*EMINENTISSIME PRINCEPS,*

Joannes Trithemius Abbas quondam Spanheimenſis Ordinis S. Benedicti Diœceſis Moguntinæ prout erat incomparabilis ingenii, & ævo ſuo, quamvis hominum doctiſſimorum fertiliſſimo, eruditionis omnis jubar, inter innumera & admiranda, quæ ſcripſit volumina, magnum quoddam & nimis arduum opus Steganographiæ mirabilis adinventionis in octo libros partiendum ſcribere incæpit ac in partem tertii libri continuavit, hos verò tres libros ita ad magicarum inſtitutionum ſimilitudinem & principia ſub ſpirituum & conjurationum figuris ac ænigmatibus velavit, ut hucusque ſit repertus nemo, nemo inquam, qui ejus mentem attigerit, aut doctrinam in iis traditam quavis ratione penetrârit. Cui cum accederet, quod ejus literæ ad Arnoldum Boſtium Carmelitam Gandavum futuri hujus operis materiam ac diſpoſitionem continentes à Priore Conventûs Gandavenſis apertæ, lectæ, & quaſi pro miraculo ubique divulgatæ, ac brevi temporis ſpatio per totam Galliam & Alemanniam coram multis Principibus & doctiſſimis viris publicatæ, reſcriptæ, maximâ omnium admiratione lectæ & pro novo & inaudito miraculo habitæ, cumque nullus, quantumlibet eruditus, earum rerum, quæ ibi promittebantur, vel principia vel rationes intelligere potuiſſet, diverſa in animis hominum excitârint judicia; Aliis Trithemium hominem divinum, aliis prædicantibus eruditiſſimum, nonnullis, quibus & in-

intellectus

tellectus tardior & voluntas ad temeritatem paratior, magum eum & ſpirituum miniſterio illa agere confirmantibus, evenit, ut hucusque pro Mago & Necromantâ publicè ſit habitus & proclamatus ac ad inquiſitionem tractus. Hæc ego volvens animo PRINCEPS EMINENTISSIME, poſtquam & vitam Trithemii cognoviſſem, ac in volvendis ejus voluminibus aliud non reperiſſem, niſi quod ſummam pietatem, devotionem & cæteras hominis Chriſtiani, Religioſi, Presbyteri & Abbatis virtutes pleniſſimè ſpiraret, viderémq; quam injuſta, temeraria, inanis & frivola eſſet hæc orbis opinio; firmiter ſtatui, quicquid mihi vel natura contulit ingenii, vel ars adjunxit eruditionis, totum eò impendere, quo poſſem tanti Viri nomen à tantis calumniis vindicare; Nec irrito conatu, ſex enim ſeptimanarum intervallo inveni non tantum genuinam Steganographiæ clavem ſed & ſolutionem eorum, quæ Trithemius in dictis literis ad Arnoldum Boſtium & multis Polygraphiæ locis non ſine omnium admiratione & ſuſpicione propoſuit ac promiſit. Hæc inter lætus quidem & ipſi mihi gratulabundus ob tam felicem ſucceſſum rei, quam impoſſibilem putâram, animitus tamen angebar circa methodum hujus meæ inventionis ita in publicum propalandæ, quò quanto citius innocentia Trithemii per orbem conſtaret univerſum, nec timendum eſſet, ne malevolorum ſævitiâ in ortu ipſo ſupprimeretur, aut ſcriptoris ineruditi contemptu occultaretur; Tandem PRINCEPS EMINENTISSIME eâ die reſumpſi animum, quâ concordibus Moguntinorum Capitularium votis in S. Sedis Moguntinæ

tinæ Archiepiſcopum, & S. Rom. Imperii Archicancellarium & Principem Electorem eligebaris, quâ gentilitiis tuis alis proximè advolabas Aquilæ, & ſacrum Aquilæ nidum alterâ firmabas columnâ; ea inquam die eventurum mihi eſſe ratus, quod tantis hucusque votis pro innocentia Trithemii exoptabam. Novi enim, & nòrunt mecum univerſi, quam ſis inter clementes clementiſſimus, inter mites mitiſſimus, & quantum ſoleas manſveſcere humilibus & ſubjectis, ita ut, licet opus hoc meum non mereatur in Tuæ Eminentiæ conſpectu comparere, confidam tamen, qui omnibus mitis & clemens eſſe ſoles, uni mihi *Te* crudelem non futurum, cum ſubjectum opus Steganographiæ Vindicatæ, Reſeratæ & Illuſtratæ, quâ poſſum ac debeo ſubjectione & humilitate Eminentiſſimo Tuo Nomini inſcripſero inde contra invidorum tela propugnandum. Sed & ea conſideratione animatus vel maximè id audaciæ ſuſcepi, quod in hoc ipſo opere nihil mihi vindicem juris, nihil honoris aſpectem; ſed omnia in innocentiam, famam, & nomen Trithemii redundare velim, cujus proinde defenſionem tanto ſuſcipies libentius, quanto ea Eccleſiæ Catholicæ, Ordini S. Benedicti, & ipſi S. Sedi Moguntinæ pro conſervanda maximè hiſtoriarum authoritate eſt acceptior futura. Quod ſi feceris, felicitatis metam attigero & fructum laboris mei uberrimum fuero conſecutus. Suſcipe igitur minimum hoc opus meum, fove, & Eccleſiæ, Imperio, ac Patriæ diutiſſimè incolumis vale.

Ita vovebam Moguntiæ die primo Anni M DC LXXVI.

*EMINENTISSIMÆ CELSITUDINIS TUÆ*

*humillimus ac devotiſſimus*

WOLFGANG. ERN. HEIDEL, Wormatienſis.

# VITA
# JOANNIS TRITHEMII
## PRIMO SPANHEIMENSIS DEINDE DIVI JACOBI PEAPOLITANI ABBATIS.

### *PRÆFATIO AD LECTOREM.*

*Ex Trithemii Chronicis Hirſaugienſi & Spanheimenſi, ac literis familiaribus, Trithemii vitam deſcripſi, & vix quidquam de meo addidi, niſi ubi ordinis ratio & connexionis poſtulavit neceſſitas, nec ex eo judicandus ſum propria interſeruiſſe, quod non ubique loca textuum citaverim; id enim ſtudio brevitatis, & ne citationum copia lectorem interrumperet curioſum, ſcias me feciſſe, dum interim aliquot ſæpe paginas collectis hinc inde ſenſibus ac dictionibus in unum caput combinavi, quò & nativus hiſtoriæ remaneret ſplendor, & intemerata narratis veritas conſervaretur.*

# VITA JOANNIS TRITHEMII ABBATIS.

*CAP. I.*

## Nativitas Et Educatio Trithemii.

Eo anno, quo Aurea Moguntia, civitas Imperii Germanici libera, regni Francici quondam caput & metropolis, in diſſenſione duorum Pontificum Dietheri ab Iſenburg, & Adolphi de Naſſaw capta, deprædata, incenſa, multis civium crudeliter occiſis & in exilium actis, libertatem perdidit & ſervitutem invenit; Anno inquam humanæ ſalutis M. CCCC. LXII. Indictione Romanorum decimâ, Pii Papæ ejus nominis ſecundi quarto, Friderici tertii Imperatoris vigeſimo ſecundo, in ipſa nocte Virginis Purificatæ, id eſt, Calendis Februarii, horâ poſt meridiem undecimâ, minuto fere triceſimo, naſcitur JOANNES TRITHEMIUS in Trittenheim, unde & cognomen aſſumpſit, quæ eſt villa Trevirenſis Diœceſis ab urbe Metropolitanâ in deſcenſu Moſellæ ad lævam fluminis ripam diſtans milliaribus ferme quatuor: Naſcitur parentibus honeſtis, mediocris fortunæ, ut quibus cultura vini vitæ neceſſaria miniſtrabat, liberis tamen, patre quidem de monte gentili vulgò Heidenberg/ matre verò Eliſabeth de longo vico nuncupatâ. Cum autem puer eſſet unius anni, pater defunctus eſt, mater verò ob amorem infantis, ne tenellus injuriis vitrici exponeretur, vidua per ſeptennium permanſit, quo tandem elapſo ſecundum duxit maritum, cum quo & alios liberos procreavit plures, qui tamen omnes in juventute obierunt, præter unum filium Jacobum nomine,

mine, ad quem extant libri duo Epiſtolarum familiarum in Abbatia S. Jacobi apud Peapolim ſcripti. Noſter verò Joannes cum eſſet annorum quindecim, invitis parentibus & cognatis omnibus, amore literarum tactus, & quadam viſione mirabili de futura ſcientia quodammodo certificatus, literas furtivè diſcere cœpit; quod ubi vitrico innotuiſſet, duris ab eo verbis durioribusque verberibus excipitur, & à propoſito literario, quod habebat, totis viribus retrahitur; Verum, quantò plus prohibendo quotidie affligitur, tanto ferventiori deſiderio literarum incenditur. Noctu enim (quia diebus, niſi feſtivis, & furtivè non licebat) dormientibus cunctis domum exiens, ad vicinum quendam amicum, qui literis olim dederat operam, pergere conſuevit, à quo puerilium inſtitutionum rudimenta tempore breviſſimo percepit, ita, ut etiam præceptor ipſe vehementer miratus diceret, ſe nunquam docilius ingenium & memoriam vivaciorem in aliquo homine conſpexiſſe, & hanc viſionem, quam habuit, præſignavit, quam, eo revelante, talem fuiſſe cognovimus.

## CAP. II.

## Visio Trithemio Facta Et Ejus Studium.

Ad unius anni ſpatium jejuniis & orationibus continuis duo quædam maxima à Domino Deo cum maxima intentione poſtulavit, quorum alterum fuit ſcientia ſcripturarum, alterum nulli unquam ſe manifeſtâſſe dixit; Ecce quadam nocte juvenis claro habitu ipſi dormienti adſtare viſus eſt, qui habebat duas tabulas in manibus, quarum altera ſcripta literis, altera depicta quibusdam imaginibus fuit; qui dixit ad eum: *Elige ex his duabus tabulis unam, quam volueris:* Mox Trithemius amore literarum, quas adhuc penitùs illo tempore ignorabat, etiam dormiendo flagrans, eam tabellam, quæ ſcripta videbatur, elegit; Cui juvenis, qui apparuerat, dixit: *Ecce Deus orationes tuas exaudivit, dabitque tibi utrumque quod poſtulâſti, & quidem plus, quam petere potuiſti;* alterâ mox die, nihil illi de viſione cogitanti, mirabili occaſione data fuerunt principia literarum cupienti. Aliquamdiu ergò in eadem villa operam dedit literis in occulto, quia publicè metu Parentum non audebat, Alphabetum, Orationem Dominicam, cum ſalutatione angelica, ſymbolum quoque Apoſtolorum, confeſſionem altaris benedictionemque cibi & potûs in ſeptem diebus perfectè didicit, ac memoriæ tenacisſimè commendavit, ſed & libros linguæ Teutonicæ poſthæc in ſemetipſo legere perfectisſimè in uno menſe aſſuevit. Videntes autem amici & maximè ſacerdotes tantum ingenium juvenis, & amorem ad literas, patruo ejus Petro de monte gentili, viro maturo atque ſevero perſuaſerunt, quatenus, quid ſibi tam vehemens literarum cupiditas in eo portenderet, experiretur; conſenſit ille, & ſe tutorem juvenis, utpote patruus, reclamante vitrico, exhibuit, etiam deinceps patrimonii ejus habere rationem cœpit. Sed quot verbera, quot injurias, quot contu-

contumelias juvenis innocuus à vitrico ſuſtinuit? quot imbres lachrymarum anguſtatus effudit? priusquam jugum ejus omni ſervitute crudelius ſubterfugere potuerit. Evaſit tandem domum novercam, ſicut Iſraëlitica turba Ægyptum, & iter trium dierum amore literarum in deſerto peregit; Primùm apud Treviros, deinde in partibus inferioribus, ac poſtremò in oppido Heidelbergenſi; & ſic viâ trium dierum peractâ in terra aliena, tandem ſe in Cœnobio Spanheimenſi Domino Deo in holocauſtum perpetuum immolavit.

## *CAP. III.*

## Introitus Trithemii In Monasterium Spanheimense.

Anno Dominicæ Nativitatis M. CCCC. LXXXII. Joannes Trithemius ſatis miraculosè & præter intentionem ſuam factus eſt monachus Cœnobii Spanheimenſis, quod ita contigit. Cum ex Heidelberga iter inſtituiſſet cum ſocio ſcholari ad patriam, monaſterium Spanheimenſe (quia in via erat) comite non modo perſuadente ſed cogente potius viſendi gratiâ octavo Calendas Februarii mane circa horam nonam intravit, factoque prandio nihil minus, quam religionem cogitans, inceptum iter continuaturus receſſit, cumque viarum ignarus, ad montem villulæ Bockenaw contiguum ambo veniſſent, cœpit oriri ſubito nivium immenſa congeries, denſaque tempeſtas nubium, quæ non ſolum viarum tramitem opplevit, verum etiam facies ex adverſo confundens, oculos penè excœcavit, ſuadenti ergo comiti itineris reditum ad monaſterium, cum progredi non liceret, Trithemius reſpondit: *Verecundum eſt nimis redire, progrediamur potius quantum poſſumus;* verùm præſtolantibus eis usque tertiò ſub arborum tutela finem tempeſtatis, cum prorſus augeretur, iterum Trithemius ad comitem ſuum dixit: *Revertamur ad Cœnobium oportet, ecce me ibi manſurum videbis.* Hoc neſcio, quo inſpirante Numine dixit, nihil etiam minùs, cum ea diceret, quam religionis introitum cogitans. Invitus igitur, ſed neceſſariò ad hunc locum reverſus, juxta verbum ſuum, quod neſciens dixerat, permanſurus, Henrici de Holtzhauſen pro tempore Prioris perſuaſione inductus, animum mutavit, & in die Purificationis B. M. Virginis ſæcularem habitum exuit annorum præcisè viginti, poſt in die S. Patris Benedicti novitius factus eſt, & eodem anno in Feſto Virginis præſentatæ cum aliis tribus profeſſus ſecundum regulam fuit. Factus itaque monachus inter fratres ſine querela converſatus eſt, ſtudiumque literarum & ſolitudinem cellæ omnibus deliciis hujus mundi prætulit, nihilque in hoc mundo amplius, quam ſcientiam ſcripturarum ſitire videbatur.

## CAP. IV.

## DESCRIPTIO MONASTERII SPANHEIMENSIS.

### §. 1. *Situs Monaſterii Spanheimenſis.*

Monaſterium Spanheimenſe ſitum eſt in Palatinatu Rheni, in Comitatu Spanheimenſi anteriori, regionis Cynonotorum, uno milliari à Stauroneſo, quod jam Crucinacum appellant; uno à Sobernheim, oppido Electoratûs Moguntini; duobus à Bingio, oppido Capituli Metropolitani Moguntini ad confluentes Rheni & Nabæ ſito; latitudinis grad. 50. minut. 23. longitudinis grad. 26. minut. 53. pro eo initio longitudinis quo Moguntia habet grad. 17. min. 30. Pro Domino fundi & territorii recognoſcit Comitem Spanheimenſem, pro Eccleſiaſtica Jurisdictione Archi-Epiſcopum Moguntinum.

### §. 2. *Fundatio Eccleſiæ Spanheimenſis.*

Anno ab Incarnatione Domini M. XLIV. Henrici Imperatoris hujus nominis tertii quinto, Benedicti Papæ Noni decimo, B. Bardonis Moguntinenſium Archi-Epiſcopi & Electoris decimo quarto, Illuſtris Comes Everardus, Comes de Spanheim, in loco, qui mons campi antiquitus dicebatur, Eccleſiam fundavit, multis bonis & reditibus dotavit, & Clericos in eam quosdam, qui Miſſas legerent, collocavit; Jus autem inſtituendi ad beneficia Clericos ſibi & hæredibus reſervavit, prout Altaria quatuor, quæ in illa erant, Sacerdotibus ſibi ſuccedentibus per ſeniorem Comitem de Spanheim conferebantur. Hanc autem eccleſiam Vir per omnia ſanctiſſimus B. Bardo octavo Calend. Julii Anno Domini M. XLVII. in honorem Beatiſſimæ DEI Genitricis & Virginis Mariæ conſecravit, atque donationem Eccleſiæ per Comitem factam confirmavit.

### §. 3. *Erectio Eccleſiæ Spanheimenſis in Monaſterium.*

Anno Domini M. CI, Indictione nonâ, Romanum Imperium tenente Henrico Imperatore quarto, Eccleſiam quoque Moguntinam gubernante Ruthardo Venerabili Archi-Epiſcopo & Electore, Stephanus Comes de Sponheim illuſtris divinâ inſpiratione præmonitus Eccleſiam ſuam in monte campi à ſuis progenitoribus fundatam erigere in Monaſterium curavit; cœpit autem ædificare locos & manſiones pro monachis ſecundum regulam Sancti Benedicti convenientia, ſed diverſis occupationibus ſeſe interficientibus præpeditus incœptum opus non continuavit, unde cum tandem ſe jamjam moriturum cerneret, filium ſuum Megenhardum paternæ ſubſtantiæ hæredem ad ſe vocavit, eique, ut inchoatum pro Cœnobio ædificium perficeret, commiſit, & ſic in Domino quievit quinto Calend. Martii, Anno Domini M. CXVIII. Megenhardus autem inclytus Comes patre mortuo opus dudum incœptum fortiter aggreſſus in paucis annis complevit. Rudolphus etiam Comes frater Megenhardi una cum Richarde uxore ſuâ pro conſummatione operis non modicos ſumptus impendebat.

§. 4. Con-

## §. 4. *Conſecratio Monaſterii Spanheimenſis.*

Completo igitur tandem ædificio, hoc eſt, Eccleſiâ in crucis modum formatâ, clauſtro, & domibus neceſſariis, refectorio, & dormitorio ad occidentalem plagam clauſtro contiguis, magnificus Comes Megenhardus antequam monachis cœnobium ad inhabitandum traderet, voluit Eccleſiam, quam in multis reformaverat, denuò (ut moris eſt) conſecrari. Clericis itaque ejectis & alibi proviſis Adelbertum Archi-Epiſcopum Moguntinum pro conſecratione Eccleſiæ adiit, cui & voluntatem cordis ſui ſuper inducendis monachis ad Sponheim revelavit. Qui Reverendiſſimus Præſul bonum Comitis propoſitum plurimum commendavit, & quia per ſe venire ad conſecrationem, ut poſtulabatur, non potuit, Venerabilem Wormatienſis Eccleſiæ Antiſtitem Buggonem, eo tempore multis annis à ſua ſede expulſum, quem apud ſe honorificè tenuit, loco ſui deſtinavit. Anno igitur Dominicæ Incarnationis M. CXXIII. in Dominica Quaſimodogeniti Buggo Venerabilis Epiſcopus Wormatienſis vice Adelberti Archi-Epiſcopi Moguntini Eccleſiam & Monaſterium in Sponheim dedicavit in honorem B. M. ſemper Virginis Dei Genitricis, & Sancti Martini quondam Epiſcopi Turonenſis in Gallia cum tribus altaribus, quorum majus in memoriam, ut diximus, Dei Parentis, & Sancti Martini fuit conſecratum, aliud in abſide verſus meridiem in memoriam Sancti Joannis Evangeliſtæ, tertium in abſide verſus aquilonem ad introitum clauſtri in honorem Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum. Reliqua verò altaria ſucceſſu temporis poſtea erecta fuerunt.

## §. 5. *Introductio Monachorum in Cœnobium Spanheimenſe.*

Anno à fundatione Eccleſiæ in loco, qui mons campi dicitur, octuageſimo, ab Incarnatione Domini noſtri Jesu Christi M. CXXIV. indictione ſecundâ ſub Henrico Imperatore Quinto Comes Megenhardus inclytus ipſum Monaſterium cum Eccleſia & omnibus pertinentibus eorum ordini ſanctiſſimi Patris Benedicti in perpetuam poſſeſſionem tradidit, monachisque ad inhabitandum dedit. Primi autem monachi, qui hunc ipſum locum primitius inhabitare cœperunt numero XII. de monaſteriis Sanctorum Albani & Jacobi prope Moguntiam ex imperio Adelberti Archi-Epiſcopi ad inſtantiam Comitis Megenhardi venerunt in quarta feria poſt Dominicam Dominicæ Paſſionis, quorum octo fuerunt ſacerdotes & quatuor converſi, viri præclari & inſignes, quorum aliqui ante ingreſſum religionis dudum in ſæculo militaverant. Qui cùm veniſſent ad locum monaſterii, honorificè ſatis à Comite Megenhardo & ejus uxore ſuſcepti ſunt, & Cœnobium eis ſolenniter traditum inhabitare cœperunt. Poſſeſſione igitur in DEI nomine adeptâ, præfati monachi ſibi in Abbatem & Paſtorem elegerunt ſecundum regulam monaſticam unanimiter Bernhelmum monachum præfati cœnobii Sancti Albani.

## §. 6. *Succeſſio Abbatum Spanheimenſium usque ad Trithemium.*

| *Ordo Abbatum.* | *Annus Chriſti* | | *Anni.* | *Menſ.* | *Dies.* |
|---|---|---|---|---|---|
| I. | 1124. | 8. die Junii eligitur Bernhelmus, antea monachus Sancti Albani prope Moguntiam. Obiit anno ætatis 74. die 27. Mart. 1151. Præfuit | 26. | 9. | 19 |
| II. | 1151. | 27. Martii eligitur Craffto, primus hujus nominis, filius Megenhardi, Comitis de Sponheim, fundatoris hujus cœnobii. Obiit 28. Maji 1175. ætat. 58. Præfuit | 24. | 2. | 2 |
| III. | 1175. | 29. Maji eligitur Adelgerus, antea Cuſtos. Obiit 2. Julii 1181. Præfuit | 6. | 1. | 4 |
| | | Vacavit Abbatia | --- | --- | 3 |
| IV. | 1181. | 5. Julii eligitur Baldemarus, antea Cantor. Obiit 22. Junii 1199. ætat. 54. Præfuit | 17. | 11. | 17 |
| | | Vacavit Abbatia | --- | --- | 2 |
| V. | 1199. | 24. Junii eligitur Rupertus, antea Prior. Obiit 16. Auguſti 1213. Præfuit | 14. | 1. | 23 |
| | | Vacavit Abbatia | --- | --- | 2 |
| VI. | 1213. | 18. Auguſti eligitur Ivanus, antea Prior. Obiit 28. Novembris 1252. Præfuit | 39. | 3. | 10 |
| | | Vacavit Abbatia | --- | --- | 1 |
| VII. { | 1252. | 29. Novembris Joannes Nobilis de Schonberg, antea Cantor. Obiit 21. Aprilis 1264. Præfuit | 11. | 4. | 21 |
| | | Vacavit Abbatia | --- | --- | 2 |
| | 1264. | 23. Aprilis eliguntur per diſſenſionem duo: Petrus, oriundus ex Moguntia, Cellerarius, & Wilhelmus, Cantor; cumque neuter Electorum alteri cedere vellet, ea diſſenſio duravit | --- | 8. | 11 |
| VIII. | 1265. | 2. Januarii tandem poſt longam diſcordiam Wilhelmo repudiato Petrus à Wernhero Archi-Epiſcopo Moguntino in Abbatem confirmatur. Obiit 2. Maji 1290, ætatis 78. Præfuit | 25. | 4. | -- |
| IX. | 1290. | 4. Maji eligitur Joannes ſecundus, antea Cellerarius. Obiit 28. Martii 1298, ætatis 64. Præfuit | 7. | 10. | 25 |
| X. | 1298. | 29. Martii eligitur Dietlibus. Obiit 29. Septembris 1309. Præfuit | 11. | 6. | -- |
| | | Vacavit Abbatia | --- | --- | 4 |
| XI. | 1309. | 3. Octobris eligitur Willicho, filius Comitis de | | | |

Weſter-

| *Ordo Abbatum.* | *Annus Christi* | | *Ann.* | *Menſ.* | *Dies.* |
|---|---|---|---|---|---|
| | | Weſterburg, Frater Comitiſſæ de Spanheim. Obiit 17. Martii 1337. Præfuit | 27. | 5. | 14 |
| | | Vacavit Abbatia | --- | --- | 2 |
| XII. | 1337. | 19. Martii eligitur Henricus, ex Creucenacht oriundus. Obiit 26. Aprilis 1340. Præfuit | 3. | 1. | 6 |
| | | Vacavit Abbatia | --- | -- | 6 |
| XIII. | 1340. | 2. Maji eligitur Willicho ſecundus, filius Joannis Militis de Sponheim, cognomento Bruder. Obiit 6. Auguſti 1341. Præfuit | 1. | 3. | 4 |
| | | Vacavit Abbatia | --- | --- | 2 |
| XIV. | 1341 | 8 Auguſti eligitur Wilhelmus, oriundus ex villa Beckelheim & ex militari genere procreatus, ex illa videlicet progenie, ſub qua S. Virgo Hildegardis fundatrix & Abbatiſſa Monaſterii Sancti Ruperti apud Bingas quondam fuit nata. Reſignavit 8 Auguſti 1350. Obiit eodem anno, 5. Calend. Octobr. Præfuit | 9. | --- | --- |
| | | Vacavit Abbatia | --- | --- | 3 |
| XV. | 1350. | 11. Aug. eligitur Philippus Meyswin, antea Prior. Obiit 18. Septembris 1374. Præfuit | 24. | 1. | 7 |
| | | Vacavit Abbatia | --- | --- | 2 |
| XVI. | 1374. | 20. Septembris eligitur Craffto ſecundus. Obiit 1 Septembris 1390, ætatis 59. Præfuit | 15. | 11. | 12 |
| | | Vacavit Abbatia | --- | --- | 1 |
| XVII. | 1390. | 2. Septembris eligitur Philippus ſecundus. Obiit 18. Martii 1391. Præfuit | --- | 6. | 16 |
| | | Vacavit Abbatia | --- | --- | 1 |
| XVIII. | 1391. | 19. Martii eligitur Bernardus de Sponheim, militari genere natus. Obiit 28. Julii 1432. Præfuit | 41. | 4. | 9 |
| | | Vacavit Abbatia | --- | --- | 2 |
| XIX. | 1432. | 30. Julii contra Privilegia & Jura per vim intruſus eſt à Joanne Comite de Sponheim Gobelinus, monachus Ciſtercienſis ordinis de monaſterio Sancti Diſſibodi. Obiit 14. Septembris 1439. Præfuit | 7. | 1. | 15 |
| | | Vacavit Abbatia | --- | --- | 2 |
| XX. | 1439. | 16. Septembris eligitur Fridericus Nackheim, de militari proſapia ortus. Reſignavit 17. Februarii 1445, ac poſtea ſupervixit ann. 18. Præfuit | 5. | 5. | 1 |

| Ordo Abbatum. | Annus Christi. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|
| XXI. | 1445. | 17. Februarii eligitur Conradus Humbrecht de Gavodernheim. Obiit 9. Martii 1461. Præfuit | 16. | --- | 20 |
| | | Vacavit Abbatia | --- | --- | 1 |
| XXII. | 1461. | 10. Martii eligitur Udalricus de Zeiskeim. Reſignavit 3. Aprilis 1466. Præfuit | 5. | --- | 24 |
| XXIII. | 1466. | 3. Aprilis eligitur Otto Hawyſen, antea Prior. Reſignavit 20. Auguſti 1469. Præfuit | 3. | 4. | 17 |
| | | Vacavit Abbatia | --- | --- | 2 |
| XXIV. | 1469. | 21. Auguſti electus vel potius per Commiſſarios Archiepiſcopi Moguntini nominatus & inſtitutus eſt Joannes, ex genere militari de Colnhauſen. Reſignavit 27. Julii 1483. Translatus eſt ad Abbatiam monaſterii Sanctorum Marcellini & Petri in Seligenſtat, ibique præfuit annis 9, quibus elapſis Abbatiam quoque ibidem reſignavit ſenio & morbo gravatus, & 30. menſibus ſupervivens obiit. Præfuit in Spanheim | 13. | 11. | 5 |
| | | Vacavit Abbatia | --- | --- | 2 |
| XXV. | 1483. | 29. Julii eligitur JOANNES TRITHEMIUS. Fuerunt igitur in univerſum Abbates XXIV. in Sponheim ante Trithemium. Fluxerunt autem ab electione Bernhelmi primi Abbatis usque ad electionem Trithemii 359 anni, 1. menſis, 21 dies. Quibus, ſi addamus tempus æræ Chriſtianæ, quo electus eſt Bernhelmus, nempe ann. 1124, menſ. 5, dies 8, prodibunt ann. 1483, menſ. 6, dies 29, quod coincidit in diem electionis Trithemii. | | | |

## §. 7. *Reformatio Monaſterii Spanheimenſis & Incorporatio Unionis Bursfeldenſis.*

Cum anno Chriſti 1417 in Concilio Conſtantienſi jacta eſſent fundamenta Reformationis & Unionis Bursfeldenſis, nec non Capitulorum Provincialium, atque ea reformatio circa annum Chriſti 1429 in Monaſterio Bursfeldenſi Moguntinæ Diœceſis in Saxonia ſuum accepiſſet complementum; Videntes Principes & Eccleſiarum Pontifices devotam & ſanctam converſationem monachorum Bursfeldenſium, ſingula monaſteria ſibi ſubjecta reformari ab eis cupiebant; Inque eum finem multa ſunt celebrata Capitula provincialia, ſicut etiam in Concilio Baſileenſi Bulla quædam eſt edita, deputati Viſitatores & Reformatores omnium Monaſteriorum Ordinis hujus per

per Germaniam & præcipuè per Provinciam Moguntinam, inter quæ etiam erat Monaſterium Spanheimenſe reformandum; Itaque Joannes Abbas S. Matthiæ prope Trevirim anno 1439. præfati concilii authoritate ſuffultus, & deputatus viſitator, tertiò viſitavit in Spanheim, verum, cum monachi in deformitate (ut ita dixerim) nati & enutriti aliter vivere, quam didicerant, non vellent, parum profecit. Anno 1467. Otto Abbas & fratres hujus Cœnobii conventuales, metuentes ad inſtantiam Principum per Patres de obſervantia Burſfeldenſi in favorem reformationis expelli, (quod eis tunc ſæpe intentabatur) conſilio accepto ſemetipſos reformare ſtatuerunt; miſerunt nuncios & literas ſupplicationis ad Abbates Trevirenſes, qui tum (præter Cœnobium Sancti Martini) reformati erant,& maxime ab Abbate Sancti Maximini, qui non erant de unione Burſfeldenſi, eis nimium odioſâ, pro duobus monachis inſtantius ſupplicantes, qui hujus monaſterii Monachos & Novitios in moribus & ceremoniis obſervantiæ regulari congruentibus informarent: Verum à Trevirenſibus nullum impetrare potuerunt. Poſt hæc miſerunt ad Coloniam, & inde duo fratres de S. Panthaleone venerunt, qui primùm adventantes gratanter fuerunt ſuſcepti & ad inſtituendum monachos hujus conventûs Magiſtri per Abbatem ſunt deputati: nimiâ vero improbitate & malitiâ monachorum maximè juvenum vexati, deriſi, & interdum etiam verberibus affecti, cum ſe nihil proficere poſſe cernerent, ad Coloniam, unde venerant, ſunt reverſi. Tandem Anno Domini M. CCCC. LXIX, Indictione ſecundâ,cum hoc monaſterium propter malum regimen Abbatum, & vitam diſſolutam Monachorum ad extremam deveniſſet paupertatem, eſſetque tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus omni decore ſuo penitus deſtitutum, Illuſtriſſimus Princeps Fridericus, Comes Palatinus Rheni in Simeren & Comes in Sponheim, ſtatuit illud ad honorem DEI reformationi ſubjicere & in utroque ſtatu pro viribus ad obſervantiam regulæ inſtaurare. Itaque ab Adolpho, Sedis Moguntinæ Archiepiſcopo, duos in hoc opus commiſſarios impetravit, Hermannum videlicet Sancti Jacobi prope Moguntiam,& Conradum de Rodenberg,S. Johannis in Ringavia monaſteriorum ordinis hujus Abbates, cum quorum conſilio & directione tam neceſſarium & ſanctum opus ad finem deduceret optatum. Hi itaque commiſſarii authoritate viſitandi & reformandi per Archiepiſcopum acceptâ, die 19. Menſis Auguſti, poſtquam unâ horâ ante præfati Principis Friderici Conſiliarii armatâ manu cœnobium de mane poſt primas intrâſſent, præcaventes, ne quisquam monachorum effugeret, aut de monaſterio aliquid deportari poſſet; ſupervenerunt, qui mox ut intromiſſi fuerunt, locum capitularem intrantes,Abbatem & conventum adeſſe fecerunt; Quibus congregatis mandatum ſibi ab Archiepiſcopo Moguntino factum legi fecerunt, commiſſione ſuper reformatione lectâ monachi animo conſternati ſunt & deliberatione pauliſper inter ſe habitâ unanimiter reſponderunt: *Aliter*

*ſe vivere, quam didiciſſent, non poſſe, nec reformationem Burſfeldenſem, nimis auſteram, ſibique importabilem, aliquatenus poſſe ſubire.* Commiſſarii his & aliis multis, quæ contra reformationem afferebant, auditis, & neminem citò condemnare volentes, monuerunt, ut melius deliberarent, ipſi quoque officium viſitationis inceperunt. Sequenti die, quæ fuit 20. menſis Auguſti, inquiſitione peractâ, cum viſitatores reperiſſent Abbatem ejus loci Ottonem ad curam paſtoralem ſub reformatione introducendam, certas ob cauſas non eſſe idoneum, poſt pias admonitiones tandem, ut dignitati Abbatiali cederet, ei perſuaſerunt; Reſignavit ergo Otto Abbatiam adhuc eodem die: Viſitatores vero in officio inquiſitionis eo & ſequenti die perrexerunt. Tandem 22. Auguſti mane horâ octavâ locum capitularem denuò intrantes omnes monachos ibi repertos vocârunt, quibus venientibus & in loco nominato reſidentibus piè ac paternè conſulere ac perſuadere conati ſunt, ut abjectâ deformitate, ſanctæ reformationi colla ſubmitterent; verum cum piis admonitionibus Patrum nullatenus vellent acquieſcere, viſitatores authoritate ſibi ab Ordinario factâ omnes de monaſterio eliminârunt, omni jure ad præſens cœnobium in electione & aliàs omnino per ſententiam privantes. Deinde animum ſuum ad inſtitutionem novi Abbatis, jure electionis ad Archiepiſcopum devoluto, cum nullæ adeſſent monaſterio incorporatæ perſonæ, uſi authoritate commiſſâ, de conſilio & conſenſu fratrum pro reformatione introducendâ præſentium, Johannem Kolenhauſen, Monachum & Cellerarium Sancti Jacobi prope Moguntiam tunc præſentem nominaverunt, deputaverunt, & inſtituerunt. Primi autem fratres, qui ad reformationem hujus monaſterii venerunt ex dicto cænobio S. Jacobi, fuerunt numero quatuor, ſed hi, propter inopiam & paupertatem hujus monaſterii, apud S. Jacobum in deliciis enutriti, hic manere diu contempſerunt; Illis igitur ad S. Jacobum redeuntibus, alii in locum eorum remiſſi ad tempus manſerunt, quibus etiam abeuntibus, iterum alii ad hunc locum miſſi fuerunt; Multis itaque annis nullus monachorum de S. Jacobo venientium præter unum, in hoc loco ſtabilis perſeverantiæ fuit: qousque tandem collecti juvenes ex ſcholis venientes, & ſecundum conſuetudinem ordinis inſtituti atque profeſſi excurſibus finem neceſſarium impoſuerunt. Anno dein ſequenti, 2. die menſis Septembris, celebratum fuit annale capitulum unionis & obſervantiæ Burſfeldenſis, in Monaſterio Sancti Matthiæ prope Trevirim: in quo Joannes hujus Monaſterii Abbas & Monaſterium ad unionem & participationem omnium indultorum, privilegiorum & gratiarum ejusdem in forma conſueta meruerunt incorporari literis neceſſariis præſtitis & conſuetis.

### §. 8. *Origo Reformationis & Unionis Burſfeldenſis.*

Anno Incarnationis Dominicæ 1417. omnes Abbates & Prælati ordinis hujus per totam provinciam Moguntinam vocati & citati fuerunt ad concilium

lium Conſtantienſe, pro celebratione capituli provincialis inſtituendâ & ordinis reformatione in omnibus monaſteriis inchoandâ. Convenerunt ergo ad Conſtantiam frequenti numero Abbates, ultimâ die Februarii capitulum provinciale inchoârunt, atque pro reformatione ordinis multa laudabiliter inſtituerunt. Interfuit autem inter cæteros huic capitulo Joannes monachus in Reinhauſen ab Abbate ſuo procuratorio nomine miſſus, qui, cum vidiſſet zelum & diligentiam Patrum pro reformatione ordinis, audiſſetque, quam ſit monacho periculoſum in deformitate vivere, compunctus eſt, & ſatisfacere juramento, quod nomine Abbatis ſui Præſidentibus fecerat, omnino cogitavit; Reverſus ad Rynhuſen monaſterium, Abbati & fratribus ſuis, qui tunc erant deformatiſſimi, rem omnem aperit, viſa, audita, acta, concluſa, & juramento promiſſa pro reformatione ordinis reſeravit, atque eos ſedulò, ut vitam emendarent, reformationemque promiſſam & indictam ſub pœnis aſſumerent, hortatus eſt. Cæperunt autem ii eum primò irridere, poſtea etiam odio habere & afficere contumeliâ, videns ergo Joannes ſe contemni & nihil proficere, cupiensque ſuæ providere ſaluti; ad Agnetem, uxorem Ottonis Brunſuicenſis, ſororem Landgravii Thuringorum, quæ tum in Gamundia non procul à Reinhuſen morabatur, devotiſſimam in Chriſto fœminam acceſſit, acta & concluſa per Patres in concilio retulit, auxilium, quo ſatisfaceret juramento, poſtulavit. Cujus ſanctum propoſitum mulier ſancta cum cognoviſſet, auxilium, conſiliumque impenſuram pollicita eſt. Contigit intereà Abbatem monaſterii Cluſenſis mori, quod ubi Duciſſa comperit, apud Ducem maritum egit, ut præfatus Joannes Monachus de Rynhuſen, in locum demortui Abbatis ſuccederet, quod & factum eſt. Ordinatus itaque Abbas in Cluſa, omne ſtudium pro reformatione adhibuit, at in omni ſanctitate & religione ſubditos ſuos ſecundum regulam præcedere cœpit: quod monachi, pravis moribus aſſueti, cernentes omnes ab eo fugerunt. At ille paucis recollectis novitiis, eos ad puritatem regulæ inſtituit, & in magna paupertate vivens, DEO ſervire in omni humilitate cœpit. Eo tempore Monaſterium Burſfeldenſe Moguntinæ Diœceſis in Saxonia, quod Henricus quondam Comes de Northeim circa annum Domini M. XCVII fundaverat, ad tantam miſeriam & deſolationem pervenerat, quod multis annis monachus tantum in eo degebat, cui pro ſuſtentatione præter unicam vaccam cenſus nullus erat; Eccleſia ſtramine tecta ſtabulum fuit adventantium pecorum, quæ olim canentium chorus fuerat monachorum; & quamvis in extrema paupertate locus eſſet conſtitutus, placuit tamen præfato Joanni, Abbati Cluſenſi, propter ſolitudinem & quietem. Unde cum voluntate præſcriptorum Ducis & Duciſſæ, monaſterium Cluſenſe dimittens, quod etiam fuerat pauperrimum ad Burſfeldiam ſe cum ſuis pauperibus contulit & ibi inchoatam reformationem, prout potuit, in magna paupertate continuavit. Audiens autem famam & religionem Joannis Rode, Abbatis Sancti

Matthiæ juxta Trevirim, quomodo monaſterium ſuum optimè reformâſſet, conſtitutiones pro conſervatione reformationis neceſſarias feciſſet, eſſetque vir doctus & maturus, & ſingulariter pro religionis obſervantia zeloſus, ad eum venit pedibus, laudabilem inſtitutionem vidit, vitam monachorum experimento ſanctam didicit, conſtitutionesque ab illo editas ut ſanctiſſimas collaudavit; Rogavit itaque Abbas Abbatem, quatenus ſibi de fratribus ſuis aliquos adjungeret, quorum conſilio & auxilio reformationem in Saxonia deſideratam perficeret: Cujus pio deſiderio Joannes Rode Abbas conſentiens, de monachis ſuis viros quosdam probatæ converſationis adjunxit, & cum gaudio ad Burſfeldiam remiſit: Et ex eo tempore, quod fuit circa annum Domini M. CCCC. XXIX. ſancta Monaſteriorum ordinis S. Benedicti reformatio per Trevirenſes in Burſfeldiam originaliter transfuſa, revireſcere cœpit, & in paucis annis augmentata fuit. Cœperunt ergo paulatim ex monaſterio Burſfeldenſi certa monaſteria in Saxonia & extra, atque ex illis alia reformari, quorum Abbates quandam inter ſe unionem & confœderationem facientes ſingulis annis ſemel conveniebant, Synodum (quam nos uſitato, licet barbaro & improprio nomine Capitulum appellamus) celebrantes, in quo de his, quæ ad utilitatem reformationis pertinent, haberetur tractatus. Hanc Abbatum reformatorum unionem ſub appellatione Burſfeldenſi unà cum annuo capitulo Pius Papa II. anno Pontificatûs ſui primo, Anno Domini 1458. confirmavit, & cum multis privilegiis, quæ dedit, etiam privilegia congregationis S. Juſtinæ de Padua, quæ multa & magna ſunt, ad hanc unionem extendit. Anno dein 1468. Adolphus Archiepiſcopus Moguntinus authoritate ſuâ ordinariâ obſervantiam, unionem, & capitulum annale Patrum reformatione Burſfeldenſium (eo quod Burſfeldia ſit in Diœceſi Moguntina) privilegia quoque unioni & capitulo præfatis à ſede apoſtolica quomodo libet audita, gratiosè admiſit. Crevit autem ſucceſſu temporis numerus monaſteriorum huic unioni ſubjectorum ita ut anno Domini M. D. II. reformata fuerint ſeptuaginta quinque.

Itaque Treviris plantavit, Burſfeldia rigavit, DEUS autem incrementum dedit.

## CAP. V.

### ELECTIO TRITHEMII IN ABBATEM SPANHEIMENSEM.

Anno Dominicæ Nativitatis 1483, die 17. menſis Julii, poſt obitum Reinhardi Abbatis Monaſterii Sanctorum Marcellini & Petri in Seligenſtat; Dominus Joannes de Kolenhauſen hujus monaſterii Abbas conſenſu & voluntate Domini Alberti Adminiſtratoris Sedis Moguntinæ reclamante licet, totisque viribus contradicente hoc monaſterio, ad dictam Abbatiam Seligenſtatenſem translatus eſt, atque hanc Abbatiam in manus Conventûs reſignavit die 27. menſis ejusdem. Poſt hanc translationem & reſignationem Henricus Præſidens & fratres Capitulares pro electione novi Paſtoris diem men-

menſis Julii 29. præfigentes, & per nuncios & literas interea vocarunt à Monaſterio abſentes, præmiſſoque triduano jejunio & orationibus conſuetis, viſitatoribus ſibi ab ordine deputatis: Hermanno S. Jacobi prope Moguntiam & Conrado Sancti Joannis in Ringavia Monaſteriorum Abbatibus, ad præfixum terminum vocatis & unà cum Domino Joanne Colnhauſen, quondam hic tunc verò Abbate in Seligenſtat, comparentibus negotium electionis in DEI nomine ipſo die Felicis Papæ & Martyris quæ eſt 4. Cal. Auguſti, & fuit feria tertia poſt feſtum S. Jacobi, celebrandum inchoârunt. Igitur Miſſa de Spiritu Sancto ſolenniter celebratâ, convenientes ad locum capitularem fratres, viam compromiſſi, quæ videbatur tutior, in electione ſervandam ſuſceperunt, compromittentes in duos Abbates: Hermannum S. Jacobi & Joannem Seligenſtatenſem ac tres de Conventu: Henricum de Gelnhauſen Præſidentem, Joannem de Dona Cuſtodem, ac Joannem de Dreyſa Magiſtrum Donatorum; ut auditis in occulto votis ſingulorum coram Notario & Teſtibus, illum in Abbatem hujus monaſterii nomine totius conventûs eligerent, in quem major & ſenior pars ſua vota direxiſſet. Scrutatis igitur votis omnium, major & ſanior pars Joannem Trithemium in Abbatem elegit, qui 8. menſibus & diebus 7. poſt profeſſionem ſuam duntaxat in ordine fuerat, erat omnibus profeſſis junior in ordine, utpote qui à tempore aſſumpti habitûs novitiorum Anno 1. menſibus 4. & diebus 7. & non amplius usque ad diem electionis in monaſterio converſatus fuerat. Igitur electione publicatâ omnes unanimiter in eum conſenſerunt, & decreto electionis ſinguli propriâ manu ſubſcripſerunt. Eodem itaque anno in die Aſſumptionis B. M. ſemper Virginis per Albertum Adminiſtratorem Sedis Moguntinæ in caſtro Steinheim confirmatus eſt, præſentibus ibidem Hermanno S. Jacobi, Joanne in Seligenſtat, & Melchiore in Schoinavven, ordinis noſtri Abbatibus & aliis compluribus. Poſthæc eodem anno 5. Idus Novembris, quæ fuit Dominica ante feſtum Sancti Martini, à Bertholdo Epiſcopo Pariadenſi, præfati Domini Adminiſtratoris in Pontificalibus Vicario, munus Benedictionis accepit in Eccleſia S. Jacobi prope Moguntiam, aſtantibus ſibi ex more Pontificalibus indutis præfato Hermanno ejusdem loci & Anſelmo Lympurgenſis cœnobii ordinis noſtri Abbatibus ab eo rogatis.

## *CAP. VI.*

## EXITUS TRITHEMII DE MONASTERIO SPANHEIMENSI.

Anno Incarnationis Dominicæ 1505, Abbatiæ 22. currente, ſive 21. ann. & 8. menſ. completis, ætatis 44. currente, ſive 43. ann & 2. menſ. completis, Joannes Trithemius primâ die Aprilis mane circa horam ſeptimam cum Nuncio Philippi, Comitis Palatini Rheni, Bavariæque Ducis, ac Sacri Rom. Imp. Archidapiferi & Principis Electoris, & famulo uno equeſter exiens de monaſterio iter verſus Heidelbergam arripuit, imperio ipſius Princi-

pis ſimul & literis evocatus, in cauſa exuſti Monaſterii Lympurgenſis, ut conſtrueretur in Wachenheim, conſilium daturus. Erat autem eo tempore aliquantulum debilis corpore laborans febribus tertianis. Qui, cum veniſſet ad Heidelbergam, infirmitas in tantum aucta fuit, ut redire, ſicut diſpoſuerat, citius non potuerit. Eo igitur ſic infirmo apud Heidelbergam exiſtente, contigit quintâ poſt diſceſſum à monaſterio die inſtigante diabolo gravis perturbatio, quod factum nimis inconſultè præſumptum, cauſam Abbati præſtitit multarum tribulationum & perſecutionum, & plures contra ipſum æmulos provocavit; verum ipſe, cum eſſet providentiâ cautus & ſingulari patientiâ præditus, omnem cauſam divinæ pietati terminandam commiſit. Magnus hæc inter factus eſt Principum conventus in Colonia, quo de Marchia Brandenburgenſi iturus Joachimus Elector Brandenburgenſis, nuncium equitantem præmiſit cum literis ad Trithemium, tum Spiræ in domo Abbatis Lympurgenſis morantem infirmum, rogans, ut ad ſe Coloniam deſcenderet. Trithemius, quamvis adhuc ex parte debilis & propter caſum cum equo fluxum pateretur in ſiniſtro crure, ob idque paululum claudicaret, tamen ad complacendum Principi, conducto curru deſcendit Moguntiam & inde navigio Coloniam, ubi per integrum menſem cum Marchione permanſit; verum, cum injuriarum ſibi factarum auctores necdum plenè ſcire potuiſſet, reditum ad monaſterium aliquantiſper differre ſtatuit, donec videret, quorſum æmulorum ſuorum laberetur intentio. Quod, cum innotuiſſet ſæpe dicto Principi Marchioni, rogavit Trithemium, ut ſecum ad Marchiam pergeret conventu Principum ſoluto. Cui quidem annuit Trithemius, ſed modò tum venturum ſe promiſit, poſtquam de monaſterio neceſſariam feciſſet narrationem Priori. Itaque 6. Auguſti Abbas exivit Coloniâ, & navigio aſcendit Moguntiam, ac inde Spiram, vocatoque ad ſe Nicolao de Reinig Priori omnem diſpoſitionem monaſterii commiſit, quo facto, per Thuringos Marchiam intrat, & cum Marchione menſibus novem commoratur. His elapſis, impetratâque abeundi licentiâ iter ad partes Rheni inſtituit, & ſecundâ die Junii ad urbem Spirenſem pervenit. Præmiſerat autem ex Francfort fratrem Theodoricum Capellanum ſuum ad Sponheim, quatenus & ſtatum monaſterii rerum diligenter inquireret, &, an quieviſſet commotio æmulorum, inveſtigaret, Prioremque ſuum Heidelbergem evocaret: quia noluit redire, niſi prius animos erga ſe intelligeret fratrum. Manſit ergo cum Abbate Lympurgenſi usque ad finem menſis Septembris apud Budoras, & rei tacitus præſtolabatur eventum. Verùm poſteaquam animos quorundam fratrum erga ſe intellexit minus in ardore charitatis eſſe ſinceros, & animum Ducis Joannis de Simeren, Principis alioquin valde pii, quorundam æmulorum incurioſâ delatione aliquantulum (ut ipſi dicebatur) commotum, tutius omninò judicabat hanc ſuam Sponheimenſem Abbatiam dimittere cum bona pace & voluntate, quam ſe in medium turbationis collocare.

care. Contigit interea annale capitulum ordinis hujus apud Moguntiam in fine menſis Auguſti ſecundum conſuetudinem celebrari, cujus Præſidentes duos ad Joannem Trithemium Prælatos Heidelbergam miſerunt, eum rogaturos, ut ad monaſterium Sponheimenſe reverteretur. Verùm Trithemius à propoſito dimoveri nullatenus potuit, ſed tale fertur dediſſe reſponſum: *Ex eo tempore, quo monachus eſſe cœpi, ſemper & voluntarius fui, & animo promptus Patrum meorum in omnibus obedire mandatis, & temere nunquam ab eorum inſtitutis declinavi; ſolum hâc vice mandatis eorum nullâ poſſum ratione præbere conſenſum, ut ad Sponheim revertar denuò manſurus, propterea quod me pacem cum eis habiturum deinceps minimè confido. Manifeſtum eſt enim, quam malè quidam ex eis contra me machinati ſint, qui (malitiâ vel ſimplicitate ignorantiæ, non judico, ſed committo omnipotentis DEI judicio) plures mihi æmulos ſuſcitârunt: Unde, ſi reverterer ad monaſterium, nec ego fidem illis habere potero, nec eorum animos mihi credituros perfectè ſcio. Melius eſt ergo, ut ſeparemur ad invicem, quam ut in diſſenſione perpetua vivamus: ſemper enim ſalus animarum commodo eſt præponenda corporum: Et paſtor, qui oves ſibi commiſſas meliores ſe non facere poſſe conſiderat, & ſibi & illis ſalubriter conſulit, ſi officium reſignat. Annus hodie tertius atque vigeſimus plane exactus eſt, quo Spanheimenſis Abbas indignus fui ordinatus, in camino paupertatis nimiæ ſemper decoctus, in miſeria & labore continuus, & (quod plus omnibus me gravare conſuevit) auxilio fratrum meorum in tot curis neceſſario nunquam relevatus. Cauſarum quoque ad cedendum me moventium non ultima fuit, quod unus ex monachis meis haud infimus, quem ſemper ut filium intimum ſinceriter dilexi, & ſicut pupillam oculi mei proprii contra quoscunque moleſtatores ubique defenſavi, omnium beneficiorum immemor, nuper ad Moguntiam conſtitutus, conſilio & auxilio cujusdam alterius boni fratris literas in me contumeliis & injuriis plenas, nomine totius conventus edidit, cum mihi conſtet manifeſtè, quod nullam à conventu deſuper habuerit Commiſſionem vel conſenſum. Si hoc fecit, aut facere potuit, homo pacis meæ, in quo ſperabam, qui mecum ambulabat ante pauperculum gregem in paſcuis Domini, quid facturi ſunt infirmiores, quos tantis beneficiis minime cumulavi? ſi dextera mea, mei oblita, tam temerè me abnegare potuit, manus quid facient alienæ? ſi amicus, immò amiciſſimus meus, talia contra me præſumpſit, inimicus quid faciet? Denique addam & illud, quod ego (ut verum fatear) homo natus ad ſtudium Scripturarum magis, quam ad curas nimias ſive continuas negotiorum ſæcularium quietem magis deſidero, quàm inutiles labores. Venit ergo nunc tempus, quod ſemper optavi, data eſt mihi non merenti occaſio cedendi, quam non ſecus duxi ſuſcipere, quam ſi omnipotens DEUS manifeſtâ me pietate à tantis calamitatibus decreverit liberare ad nominis ſui honorem. Cedam ergo libens, & divinæ me providentiæ committam, ne, ſi cum ingratis diutiùs manere conſenſero, & corporis periculum, & animæ incurram detrimentum. Veruntamen priusquam id faciam, neceſſe fuerit, ut mihi, locum futuræ manſionis provideam. Dominus DEUS, qui non ſpernit preces pauperum, ſed auxilium poſtulantibus mittit in tempore opportuno, ipſe mihi locum providebit, (non dubito) in quo liberiùs & quietiùs ei poſſim obſequi & ſalutem propriam in ſilentio operari.* His dictis, aliisque expoſitis cauſis,

ſis, ac cœptâ perſtans in ſententiâ ad monaſterium Spanheimenſe redire non conſenſit.

## CAP. VII.

## TRANSLATIO TRITHEMII AD ABBATIAM S. IACOBI PEAPOLITANI ET RESIGNATIO SPANHEIMENSIS.

Audientes igitur multi Principes Trithemium ex Spanheim diſceſſiſſe nec eò redire velle, eum ſecum habere ſollicitârunt ingentia promittentes ſtipendia, dona, Abbatias, Præpoſituras, & proviſiones excellentiſſimas; Verum Trithemius in obſervantia monaſticæ diſciplinæ à principio in monaſterio Spanhemenſi cum eſſet annorum viginti ſuſceptus & laudabiliter inſtitutus, in curiis Principum converſari ſanum ſibi non duxit nec integrum, neque extra unionem ſanctam obſervantiæ ſecedere honeſtum, igitur locum ſtudiis & converſationi ſuæ convenientem exquiſivit. Conradus itaque Abbas Sancti Stephani Herbipolenſis (qui à capitulo Heidelbergam ad Trithemium miſſus fuerat) poſtquam audivit cauſas & plures & rationabiles, quibus movebatur ad cedendum, quia amicus ejus erat, haud mediocriter illi compaſſus eſt, unde & operam ſe daturum promiſit, ut Abbatiam Sancti Jacobi Herbipolenſem aſſequeretur. Fuit autem eo tempore Abbas memorati Cœnobii Cilianus quidam de Oxenfurt, Abbatiam illam propter certas cauſas ſtatuens reſignare; Qui, cum audiſſet poſſibile quod Trithemius in ſuum locum ſuccederet, gaviſus eſt valde, & *Nulli in mundo libentius, quam tanto viro ceſſurum*, dixit, rogavitque, ut res optatum quantocius exitum ſortiretur. Ex hoc Conradus Abbas Divi Stephani negotium detulit ad Rmum. Epiſcopum Herbipolenſem Laurentium, qui, cum multa priùs de Abbate Trithemio laudum præconia audierat, ipſumque pridem Heidelbergæ in menſa Principis Palatini viderat, & dignanter fuerat allocutus, ac dudum libenter promoviſſet ad Abbatiam in Schvvartzach, ſi vocatus binâ vice occurriſſet poſt obitum Michaëlis & Pauli Abbatum, reſpondit: *Sibi non ſolùm placere, ſed maximè optare, ut Trithemium in ſua Diœceſi poſſit habere Abbatem.* Voluntate igitur Pontificis auditâ Trithemius per nuncium & literas vocatur, cauſam Sereniſſimo Principi Philippo, Electori Palatino, proponit, & de illius conſenſu Herbipolim aſcendit. Tertiâ die menſis Octobris venit Herbipolim, & poſt reſignationem Ciliani Abbatis voluntariam 12. die menſis dicti, compromiſſione fratrum in Dominum Epiſcopum & duos Abbates factâ, in Abbatem ſæpe dicti monaſterii electus conſtituitur, & quartâ die ejusdem menſis poſt decimam ab eodem Reverendiſſimo Præſule confirmatur, atque in poſſeſſionem realem Abbatiæ S. Jacobi alterâ mox die, quæ feſto S. Burchardi fuit ſolennis, introducitur. Itaque Anno Dominicæ nativitatis 1506. Indictione Romanorum 9. die menſis Octobris 15. Joannes Trithemius electus & confirmatus Abbas S. Jacobi Herbipolenſis realem accepit

pit poſſeſſionem. Anno ætatis ſuæ currente 45, ſive ann. 44, menſ. 8, die. 14. completis, Anno aſſumptæ Abbatiæ Spanheimenſis currente 24, ſive ann. 23, menſ. 2, die. 18. completis. Literas deinde ultimo menſis Octobris miſit ad Monaſterium Spanheimenſe, quibus Abbatiam illam reſignavit, atque hanc Abbatiam ſe ſuſcepiſſe ſcripſit. Eſt Epiſt. 2. l. 2. Epiſt. famil.

## CAP. VIII.

### Descriptio Monasterii S. Jacobi Peapolitani.

Circa annum Chriſti 1139, cum Embricho, 31. Eccleſiæ Herbipolenſis Epiſcopus, ad Moguntiam pro cauſis quibusdam peragendis pergeret, in itinere obvium quendam habuit monachum Chriſtianum nomine, genere Scotum, qui flexis in terram genibus ipſum Pontificem rogavit, ut amore Sancti Kiliani Martyris & Apoſtoli Franciæ Orientalis, qui Scotus fuerat, monachis ex Scotia pro Chriſto peregrinantibus locum ſeu Hoſpitale in civitate ad manendum concederet. Qui conſilio ſuorum uſus præfatum monachum ad Herbipolim miſit, quò non multò poſtea & ipſe reverſus, de conſenſu totius Cleri & populi, Scotis pro monaſterio conſtruendo ſub regula Sancti Patris Benedicti, locum in ſuburbio ejusdem civitatis trans Mœnum, qui Girberg appellatur, aſſignavit, in quo cœnobium conſtituens, in honorem Sancti Jacobi Apoſtoli capellam novam dedicavit 6. Iduum Julii anno Domini 1140. Indict. 3. ſub Rege Conrado anno ejus ſecundo.

Primus autem ejusdem cœnobii Abbas fuit Macarius natione Scotus, vir ſanctiſſimæ vitæ, cui teſtimonium ſanctitatis idem Antiſtes Embricho per literas ſuo ſigillo roboratos præbuit, quas integras & ſanas vidiſſe ſe Trithemius aſſerit. Nam inter alia, quæ fecit, in hac vita miracula, cum à vino pro amore DEI penitus abſtineret, & die quodam in medio Magnatum ſedens ad menſam habere aquam non potuiſſet, ſigno ſanctæ Crucis facto ſupra vas vini in menſa cunctis appoſitum, vinum in aquam mutavit. Itaque in monaſterio iſto pro natione Scotica fundato, ejus nationis Monachi multis annis ſecundum regulam Sanctiſſimi Patris Benedicti laudabiliter vixerunt, ſed paulatim cum tempore a primævæ inſtitutionis fervore deficientes, tandem monaſterium ipſum in ultimam paupertatem deduxerunt, ipſique omninò defecerunt. Nam anno Domini 1497. Philippus Abbas ex Scotis ultimus obiit, & nullum in cœnobio monachum reliquit. Quo mortuo Reverendiſſimus Dominus Antiſtes Wirtzburgenſis Laurentius ex commiſſione Apoſtolica locum vacantem cum authoritate ſimul ordinaria reformare in utroque ſtatu laudabiliter inſtituit: pro cujus inſtauratione monachos bonæ reformationis de monaſterio S. Stephani ibidem introduxit, quibus neceſſaria vitæ contulit, & omnia penè debita per Scotos contracta ad integrum perſolvit: Eccleſiam vetuſtate obfuſcatam, quaſi novam atque pulcherrimam reddidit, ornamenta, calices, & libros ad bibliothecam plu-

res dedit, & quaſi omninò plusquàm primus fundator cœnobium magnificè reſtaurans, vineta, cenſus annuos, promptasque pecunias non paucas, & alia largiter dedit. Facta ſunt hæc anno Chriſti 1497, à fundatione cœnobii 357. Atque ita Cœnobium Scotorum ad Germanos eſt translatum. Tandem verò Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Princeps ac D. Julius ex familia Echter de Meſpelbron Epiſcopus Herbipolenſis & Franciæ Orientalis Dux, præſentibus inclytis Franconiæ Proceribus, ac Admodum Reverendis & Illuſtribus Dominis Cathedralis Eccleſiæ Prælatis & Capitularibus Anno ſalutis humanæ 1595, die menſis Aprilis ultimo, Patribus Benedictinis ex Natione Scotica oriundis ſolenni ritu illud reſtituit, ſicut adhuc hodie ſunt in poſſeſſione. Fuit autem anno à fundatione monaſterii 455, à translatione ad Germanos 98.

## *CAP. IX.*

## Mors Joannis Trithemii.

Anno tandem Incarnationis Dominicæ 1516. die 16. Decembris Divæ Luciæ Virgini & Martyri ſacro obiit Joannes Trithemius anno ætatis 55 currente, ſive ann. 54, menſ. 10, diebus 15. completis. Anno ab aſſumpta Spanheimenſi Abbatia currente 34, ſive ann. 33, menſ. 4, diebus 19. completis. Anno ab aſſumpta Abbatia Peapolitana currente 11, ſive ann. 10, menſ. 2, d. 1. completis. Sepultus eſt in Eccleſia monaſterii Divi Jacobi, quod & Scotorum nuncupatur. Lapis ſepulchralis hanc habet inſcriptionem:

ANNO DOMINI M. D. XVI. IPSO
DIE S. LUCIÆ OBIIT VENERA-
BILIS PATER DOMINUS JO-
ANNES TRITHEMIUS AB-
BAS HUJUS COENOBII
cujus anima in ſancta requie-
ſcat pace. Amen.

### *Epitaphium.*

*Hanc meruit ſtatuam Germanæ gloria terræ*
*Abbas Trithemius, quem tegit iſta domus.*
*Quam fuerit literis, ſimul & virtute celebris,*
*Admiranda ſui dant monumenta ſtyli.*
*Arguit hoc etiam multorum gratia Regum,*
*Ex quibus Imprimis Maximus Emilius.*
*Maximus Emilius Romani gloria ſceptri*
*Qui fuit Auſtriacæ clara propago domus.*
*Hujus magnificâ fuit acceptiſſimus aulâ,*
*Et primum tribuit docta caterva locum.*

*Abſit*

*Abſit ſuſpicio de Dæmonis arte Magiâ*
*Contra quam magnum ſcribere cœpit opus.*
*Ut vivit fama, ſic vivat mente beatus,*
*Et videat ſummi Cœlica regna DEI.*

Eſt autem lapis ille cum Epitaphio erectus à D. Georgio Flachio Herbipolenſis Antiſtitis in Pontificalibus Vicario, quarto in Abbatia S. Jacobi poſt exceſſum Trithemii ſucceſſore, qui, ut habet monumentum è regione lapidis Trithemiani, fuit Doctor Theologiæ ordinis S. Benedicti, vir pietate & doctrinâ conſpicuus à Reverendiſſimo Conrado à Bibra Præſule Würceburgenſi electo ad S. Concilium Tridentinum à Paulo III. Pontifice Maximo inchoatum olim miſſus. Qui, cum hoc Cœnobium Sancti Jacobi Scotorum XVI. annos rexiſſet, anno Domini 1564. Calend. Januarii è vivis exceſſit.

## *CAP. X.*

## Bibliotheca Spanheimensis a Trithemio Comparata.

Bibliotheca à principio fundationis Monaſterii ſatis locuples variisque voluminibus referta erat; tandem tempore Henrici Abbatis duodecimi circa annum 1340 cum diſciplina regularis obſervantiæ nimium deficere cœpit & monachi peculium ſibi denuò uſurpârunt factaque eſſet inter Abbatem & Conventum diviſio redituum, turpiter fuit deſtructa à monachis, vendentibus pretioſa volumina vili pretio ut ſuis voluptatibus & commeſſationibus poſſent ſatisfacere. Deinde circa annum Chriſti 1432, cum Gobelinus Abbas per vim intruſus omnia privilegia, literas, & monumenta libertatis Monaſterii, ſine ſcitu & voluntate conventûs occulte aufferret, etiam multa pretioſa bibliothecæ volumina, quæ priores illi epulones intacta reliquerant, ſecum aſportavit, ita ut tempore ordinationis Trithemii in Monaſterio Spanheimenſi, imputatis omnibus nonniſi fuerint reperta 48. volumina & ea quidem parvæ æſtimationis & minoris utilitatis ad veram eruditionem. Ipſe autem poſtquam regimen hujus monaſterii adeptus eſt, cœpit paulatim libros & multos & varios in omni facultate comportare, Græcos atque Latinos, tot & tantos, ut hodie in tota Germania nulla bibliotheca Spanheimenſi ſimilis fuerit dicta; in qua tot rara, tot ſecreta, tot varia, paucis cognita volumina habeantur. Hinc in omni terra prædicabatur in tantum, ut multi Principes, Epiſcopi, Doctores, Magiſtri, Nobiles, Viri clariſſimi, non ſolùm è vicino ſed etiam è regionibus longinquis nomine & famâ Joannis Trithemii & voluminum ejus excitati, cœnobium Spanheimenſe viſitare voluerint, inviſerintque, quibus antehac ne nomen quidem cœnobii conſtabat. In tantum verò fuit à Trithemio aucta, ut cum Anno 1502. libros bibliothecæ recenſeret, invenerit mille ſexcenta quadraginta ſex volumina. Alibi Trithemius ipſe dicit in Monaſterio Spanheimenſi ſe plus quam duo

voluminum millia comportâſſe & reliquiſſe ut I. in literis. ad Joan. Brach. 3. lib. 2. Epiſt. fam. *Scio equidem non paucos mirari, quod Abbatiam dimiſi Spanheimenſem, quam libris & ſtructuris effeci pulcherrimam, usque adeo ut in tota Germania nusquam reperiatur bibliotheca, in qua tot habeantur in omni ſcientia ſcripturarum nova ſimul & antiqua volumina pretioſa atque rariſſima, non ſolum Latina, ſed Hebraica quoque & Græca, charactere ſcripta vetuſtiſſimo. Nam ut vidiſti, plusquam duo voluminum millia ex diverſis mundi regnis rara & antiquiſſima comportavi, quæ omnia cum ædificiis & rebus variis amore pacis dimiſi. Si quis ex eorum amiſſione dolor animum pulſare cæpiſſet, mortis mihi ſimilitudinem formavi, qua non ſolum oblivionem librorum, ſine quibus aliquando vivere non potui, ſed etiam contemptum (ut dixerim ita) mihi metipſi perſuaſi. Magno fateor bibliothecæ quondam tenebar amore, & cunctis mundi opibus libros meos anteferebam: ſed poſteaquam rerum mutationem perpendi adeſſe mearum, omnia, quæ priùs amaveram, ſtercoris æſtimatione contempſi, animoque imperavi meo, nihil præter ſeipſum deinceps ſuum credere, &, quæ in morte neceſſario erat relicturus, multo magis vivens in carne diſceret non amare.* Scripta eſt hæc Epiſtola ex Herbipoli An. 1500. II. in literis ad Conventum in Spanheim, 2. lib. 2. Epiſt. fam. *In teſtimonium ſtudiorum noſtrorum voco citoque bibliothecam illam ſolennem, quam meis laboribus, ſtudio, & impenſis comportavi non ſine vigilantia & fatigatione continua voluminum in omni varietate ſtudiorum non modicam multitudinem congregans, quorum numerus omnium duo millia excedit.* Scripta eſt hæc Epiſtola Anno 1506. ex Herbipoli. III. in literis ad Jacob. Kymolanum, 44. Epiſt. fam. l. 2. *Bibliothecam pretioſam duorum millium voluminum, quam olim vidiſti, integram dimiſi in Spanheim, quia de monaſterii ſubſtantia comparata fuit, nihil enim proprium mihi eſt, qui monachum juxta regulam Sanctiſſimi Patris noſtri Benedicti profiteor. Quosdam vero libellos de rebus naturæ myſticis & arcanis, quorum lectio non omnibus conducit, mecum detuli Herbipolim, qui ad Spanheim nunquam pertinuerunt. Græca quoque volumina centum & Hebraica præter Bibliam illam parvulam impreſſam, ſimul cum cæteris in monaſterio dimiſi.* Scripta eſt Epiſt. Anno 1507. ex Herbipoli. IV. In literis ad Joannem Damium, 47. Epiſt. fam. l. 2. *Scis enim, quod plus quam mille quingentos auri ducatos pro libris expoſuimus in quatuor & viginti annis noſtræ Prælationis, magnamque & copiam & multitudinem eorum comportavimus in unum, duo quippe millia numeravimus voluminum Bibliotheca monaſterii Spanheimenſis ante hoc triennium, quando Henricus de Bunau Eques auratus Ducum Saxoniæ doctiſſimus orator fuit nobiſcum, quorum nullum fuit in hoc tempore introitûs noſtri ad Abbatiam, quod tu frater minimè poteris ignorare, quippe qui & monaſterium mecum intrâſti & multo tempore miniſter mihi & camerarius fuiſti. In omni facultate ſcientiarum multa volumina comportavimus non ſolum impreſſa, ſed etiam pergameno ſcripta complura, pretioſa & rara, ut confidenter auſim dicere, in tota Germania ſimilem non eſſe bibliothecam, in qua tot rara & pervetuſta reperiantur volumina in omni varietate ſcripturarum tam divinarum quam ſæcularium; diverſarum quoque linguarum Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, Chaldaicæ, Arabicæ, Indianæ, Ruthenicæ, Tartaricæ. Taceo reliquas conſultò quæ no-*

*ſtris*

*ſtris utuntur characteribus, ut Italicæ, Gallicæ, Bohemicæ, ac ſimiles. Scio enim quod Græcorum voluminum ſcriptorum ſimul & impreſſorum numerus centenarium excedit.* Scripta eſt hæc Epiſt. Anno 1507. ex Herbipoli. Videatur quoque Epiſt. 25. l. 1. Epiſt. fam. circa finem.

## CAP. XI.

## Cura Trithemii Pro Incremento Monasterii Spanheimensis In Temporalibus.

Etſi Monaſterium Spanheimenſe tempore fundationis à fundatore maximis fuerit reditibus proviſum ac dotatum ac etiam ſuccedente tempore variis piorum hominum donationibus auctum, ita ut jam tempore Craffronis Abbatis ſecundi numerus monachorum ultra 20. aſcenderet, tamen ſuccedente tempore injuria temporum, incuria Prælatorum, licentia monachorum, diviſione redituum inter Conventum & Prælatum, occulta monaſterii bonorum alienatione, debitorum ſupervacanea contractione paulatim in extremam devenit inopiam & paupertatem, ita, ut Abbas Udalricus à Zeiskeim 22. in ordine & 3. ante Trithemium non habens amplius unde viveret, neceſſitate fuerit compulſus Abbatiam reſignare, relinquens debita plus quam duorum millium & quingentorum florenorum præter occulta damna, quæ monaſterio intulerat, bona, reditus & proventus ſine fratrum ſuorum ſcitu varios vendendo ac penitus à monaſterio aliendo; Et quamvis duo ejus ſucceſſores ad Trithemium Otto Havviſen & Joannes Colnhauſen maximè vero hic poſterior monaſterium in temporalibus juvare & reformare ſummis viribus fuerint conati, tamen ex voto deſideratus non potuit ſequi profectus, itaque Trithemius poſtquam regimen monaſterii ſuſcepiſſet, eò omnem curam & ſollicitudinem intendit, atque fecit ut in nullo fratres ſuſtinerent penuriam eorum quæ neceſſaria videbantur, quantum illi fuit poſſibile, cenſus renovavit ac renovationes ornatiſſimè conſcripſit, bona oppignorata reluit & revocavit, debita ſolvit, & denique quicquid ad incrementum monaſterii quoquo modo poterat conducere, tentavit, ſed &, ubi in notitiam Principum & Nobilium deveniſſet, ac ab iis magnis ſæpe muneribus fuiſſet honoratus, ea, quæ illi tali magnificentia fuerant condonata in monaſterii emolumentum adduxit, nec ſibi, ſicut jure poterat, reſervavit, ita ut in duodecim annis plus quam mille florenos, quos à diverſis Principibus, Prælatis, aliisque amicis dono acquiſivit pro ſuo labore, ſtudio, conſilio, vel editionibus ſcripturarum, in communem monaſterii & fratrum converterit utilitatem. Tantum abeſt ut à monaſterio more aliquot Prædeceſſorum alienarit, neglexerit, aut inutiliter conſumpſerit; Nihil enim illi fuit ſpeciale, nihil proprium, ſed omnia ipſi fuerunt communia cum fratribus, & nulla penitus neque in cibo, neque in potu, neque in habitu ſingularitas fuit. Prætereà etiam præter ſupra deſcriptam incomparabilem bibliothecam multa ædificia anti-

qua renovavit, collapſa reædificavit, ruinoſa reſtauravit, & novum fermè reddidit monaſterium Spanheimenſe.

Anno Regiminis tertio curtem in Nosbach, quam Craffto ſecundus ante 100. annos impignoratam cuidam militi cognato ſuo pro certa pecuniæ ſumma tradiderat, multis laboribus & impenſis reemptam ad poſſeſſionem monaſterii pro media parte reduxit, altera medietas ob dubium jus reemptionis haberi non poterat. Eodem anno etiam ſtubam hoſpitum juxta ambitum de novo conſtruxit, & cameras ſimiliter alteravit. Campanam novam fieri cœpit.

Anno Regiminis octavo horreum, quod antea ligneum nimia vetuſtate conſumptum corruerat, lapideum de novo conſtruere cœpit à fundamentis & perfecit.

Anno Regiminis undecimo novam Abbatiam partim ex veteri, partim ex fundamentis conſtruxit ſatis pretioſam & ornatam; Erat ante habitatio nimis anguſta, inconveniens & propter ignis periculum metuenda, quanquam præter nudam & vacuam omnibus rebus manſiunculam nihil in ea fuerat. Eo namque die, quo Trithemius Abbatiam intravit, præter libam unam, byretum & ſtratum cum neceſſariis ſuis nihil fuit in domo Abbatiali repertum; Joannes enim Kolnhauſen Abbas, ſimplicitatis amator, manſiones omnes anguſtas & nimium dejectas ædificare ſemper conſuevit: Non erant in Abbatia eo reſignante promptuaria, non ciſtæ, non menſæ, non alia quæcunque reſervacula clauſa vel tuta, in quibus reponi quidquam potuiſſet. Trithemius ergo neceſſitate compulſus Abbatiam ſumptuoſo pro ſua paupertate conſtruxit opere, promptuaria fecit, cameras ordinavit, ſeras appoſuit, ciſtulas neceſſarias inſtituit, & alia multa non parvis expenſis comparavit.

Anno Regiminis decimo nono Refectorium æſtivale figuris & nominibus Abbatum hujus monaſterii fecit depingi à principio fundationis per ordinem usque ad hunc annum cum armis eorum.

Anno Regiminis vigeſimo novam ſtubam conventualem pro refectorio fratrum hyemali à fundamento conſtruxit. Molendinum etiam nimia vetuſtate penitus collapſum denuò à fundamento parietibus lapideis novum conſtruxit. Incuria quoque pecorum hoc anno domus una funditùs corruit, quam ſtatim propter neceſſitatem de novo pariete ligneo à fundamentis cum quatuor cameris conſtruxit.

## *CAP. XII.*

## Cura Trithemii Pro Incremento Monasterii Spanheimensis In Spiritualibus.

Vidimus in cap. 4. §. 7. quomodo Monaſterium Spanheimenſe, tùm ob malum regimen Abbatum, tùm ob vitam diſſolutam Monachorum ad extre-

extremam devenerit paupertatem, fueritque tam in ſpiritualibus quam in temporalibus omni decore penitùs deſtitutum; quomodo reformatio Burſfeldenſis fuerit bis incaſſum tentata; quomodo tandem Anno 1469 per reſignationem Abbatis, expulſionem deformatorum monachorum, electionem Joannis Colnhauſen in Abbatem, introductionem novorum monachorum de monaſteriis S. Albani & S. Jacobi prope Moguntiam reformatio introducta, & quomodo paulatim in obſervantia ſanctæ unionis monaſterium cœperit revireſcere. Trithemius igitur non tantum ab introitûs ſui tempore in monaſterium usque ad electionem in Abbatem in obſervantia monaſticæ diſciplinæ ſanctè, laudabiliter, & reformationi conformiter vixit, ſed & Abbas factus in nil magis omnem ſollicitudinem intendit, quam ut ſanctam reformationem, non ita pridem plantatam, exactiſſimè cuſtodiret, & in ſuo monaſterio quam maximè faceret florere: Nam quod ipſius quidem vitam concernit: omne tempus, quod illi ad otium competere potuit, non ad voluptatem carnis qualemcunque, ſed totum ſemper ad ſtudium convertit ſcripturarum, die ac nocte lectionibus intentus, ſemper aliquid ſcribens aut diſcens. Nemo illum unquam invenit otioſum, nemo vidit vel audivit carnis ſolatiis deditum, vagisque diſcurſibus vel ſpaciamentis in monaſterio vel extra inutiliter occupatum, ſed neque commeſſationibus, aut potationibus, conviviisque minùs neceſſariis intentum, ſeu quibuscunque aliis levitatibus aut vanitatibus deſudantem. Nihil illi dulcius unquam fuit, quam ſacras rimare ſcripturas, in illisque opportuno tempore, diebus occupari & noctibus, & ſemper aliquid boni legere aut ſcribere. Sed & in eadem obſervantia ac regulari diſciplina monachos ſuos cohibuit, ſcripſit, dixit, verbum DEI continuè illis prædicavit, eosque opportunè & importunè ad cultum veræ ſapientiæ publicè ac privatim exhortatus eſt, quamvis, ut ipſemet deplorat, nihil profecerit, ſacra ipſius ſtudia iis diſplicuerint ſemper, ſcriptis ejus pro reverentia cachinnos reddiderint, & nemini unquam lucubrationes ipſius placuerint minus quam filiis (inquit) ſuis; quæ etiam cauſa fuit, ut deſerto Cœnobio Spanheimenſi aliò fugeret, &, quia Spanheimenſes ipſius exhortatione ſe indignos fecerunt, divinâ providentiâ transplantaretur, ne inter ſpinas arbor diutiùs ſine fructu pungeretur. Sed tamen, licet Spanheimenſes ſemper ipſius exhortationibus contrarii, multis ſæpe in eum conſpirationibus machinati fuerint, mendacia confinxerint, & cura ac ſollicitudine temporalium ſpiritualiumque per omne tempus regiminis graviter oppreſſum nullus relevare aut laboribus ejus compati voluerit, tamen ſemper manſit conſtans, & multis gemitibus ac ſuſpiriis plenum onus paſtoralis curæ portavit, ac ſuæ pietatis & nominis ſplendore monachorum ſuorum deformitatem texit & cœnobii decorem conſervavit, ita, ut Cœnobium Sponheimenſe fuerit Schola eruditionis & pietatis; ſed quænam facies Cœnobii Spanheimenſis poſt exitum Trithemii? ut contraria juxta ſe

poſita

poſita magis eluſceſcant. Exclamat eam in rem Joannes Gotfridi Paſtor in Mandal. in Epiſt. ad Trithemium, quæ eſt 17. lib. 2. Epiſt. fam. *O quam tetra nunc facies monſtri monaſterium videre Spanheimenſe, ubi Trithemio abſente omnia penè cernuntur collapſa, regularis obſervantia cecidit, morumque integritas corrupta eſt & in ſolo habitu Monachorum nomen clauſtralis diſciplina remanſit.* Sed ut & Abbatem cum Trithemio comparemus pergit d. Joannes Godfridi. *Abbas ipſe tuus ſucceſſor, ſocius Judæ traditoris, homo inexpertus, piger & fatuus, nulli placet vicinorum, ab officialibus Principum contemnitur, & deſpectui ab omnibus habetur.* At quid Trithemius? Totius patriæ decus, lumen Chriſtianorum, Clauſtralium & Religioſorum Doctor, ruralium Sacerdotum defenſor, inſtitutor & advocatus, pater quoque pauperum & medicus infirmorum! An Trithemium dicemus fuiſſe pigrum aut otioſum? Audiamus diſcipulum ejus Joannem Centurianum de Cluſardia Paſtorem in Trittenheim in Epiſt. ad Trithemium, quæ eſt 16. lib. 2. Epiſt. fam. *Multi quoque hoſtium tuorum dictis fidem adhibentes te periiſſe credebant, dicentes:* Hei lumen illud ſplendidum, quod illuminare totum orbem ſuâ eruditione conſuevit, quomodo tenebrarum eſt caligine obfuſcatum? Quis Abbatem Trithemium in toto pene orbe Chriſtiano fama eruditionis & ſanctitatis glorioſum in tantam animi dejectionem credidiſſet venturum, ut patriam & amicos tam inconſultè deſereret? *Ego autem, qui doctrinam tuam, prudentiam quoque aut vitæ ſanctimoniam peroptimè noveram, his impiorum blaſphemiis & maledictis ſemper pro viribus reſtiti & quam temeratam ſanctiſſimo nomini tuo feciſſent injuriam multis palam argumentis demonſtravi. Biennio enim ſub tuo Magiſterio pro diſcendis Græcis Hebraicisque literis, ſalutarique ſcientia ſcripturarum hauriendâ in tuo monaſterio converſatus nihil unquam videre potui, nihil audire de te, quam ſanctum, integrum, & religioſum: ſed in tanta te vidimus puritate converſantem omni tempore, ut ſatis miraremur. Cæteris dormientibus tu in ſacro Scripturarum ſtudio vigilabas, ſemper aut legens, aut ſcribens aliquid pro communi utilitate multorum. Nemo te unquam reperit otioſum, nemo commeſſationibus aut potationibus vacantem audivit: nemo riſu aut levitate aliquâ te vidit diſſolutum, cum mulieribus loquentem aut converſantem, unde mali poſſet oriri ſuſpicio, nemo te unquam invenit.* Itaque ex his clarè elucet cura internæ perfectionis in Trithemio tam ſui quam totius monaſterii; ſed nec in externis defuit, Eccleſiam ornavit, Sacella ædificavit, Altaria erexit, Sanctorum reliquias acquiſivit & nihil omiſit eorum, quæ ad internam animæ perfectionem ſalutaria videbantur.

Anno Regiminis primo Altare in Sacriſtia conſecrari fecit in honorem S. Annæ Matris B. M. Virginis, Sancti Hieronymi Presbyteri, & S. Benedicti Abbatis, S. Servatii Epiſcopi Tungrorum, & S. Barbaræ Virginis & Martyris; in quo multæ reliquiæ Sanctorum ex more fuerunt reconditæ.

Anno Regiminis quarto Altare in Sponheim, monaſterio dudum incorporatum, nimia vetuſtate cum capella ſua collapſum, ad preces & inſtantiam

in

in valle juxta caſtrum commorantium in villulam de caſtro transtulit & conſtruit, ac in die S. Margarethæ Virginis & Martyris eodem anno conſecrari fecit in honorem Sanctorum Joannis & Pancratii, Hieronymi Presbyteri, Bernardi Abbatis, Catharinæ Virginis & Martyris, Catharinæ de Senis & XI. millium Virginum.

Anno Regiminis 12. conſecrari fecit altare novum in domo abbatiali, quod priore anno cum teſtudine & tota habitatione conſtruxerat, ubi multæ ſunt impoſitæ reliquiæ in vaſe vitreo, de S. Andrea Apoſtolo, de S. Nicolao Epiſcopo, de S. Bonifacio Archiepiſcopo & Martyre, de S. Laurentio Martyre, de S. Luca Evangeliſta, de S. Johanne Baptiſta, de S. Paulo Apoſtolo, de S. Lucia Virgine & Martyre, de S. Cæcilia Virgine & Martyre, de veſtimentis Beatiſſimæ DEI Genitricis Mariæ & de ſepulchro Juſtinæ Virginis & Martyris. Eſt autem Beatiſſima DEI Genitrix aræ patrona principalis, tùm ejus Mater Anna, & tertiò Apoſtolus Andreas. Porrò Maria Magdalena biennio poſtea in compatronam, propter ejus reliquias, quæ per Trithemium allatæ ex Gallia fuerunt, & ibidem repoſitæ, aſſumpta eſt. Denique pro decore ejusdem altaris multas Sanctorum pretioſiſſimas reliquias ſucceſſu temporis à diverſis Principibus, Epiſcopis, Abbatibus, aliisque eccleſiarum & monaſteriorum Prælatis impetravit, quas huic monaſterio cum gaudio importans, juxta præfatum altare cum reverentia recondit.

Anno Regiminis 19. majorem campanam ante decennium confractam, denuò, majoremque quam priùs erat, fieri fecit quindecim centenaria æris optimi appendentem, & poſtea per ſe ſolenniter benedixit.

Anno Regiminis 20. privilegium ſuper uſum altaris portatilis ſibi & ſucceſſoribus ſuis impetravit à Reymundo Cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato à latere & ad univerſam Germaniam legato.

## CAP. XIII.

## FAMA MONASTERII SPANHEIMENSIS PER TRITHEMIUM COMPARATA.

Fuit quondam inſigne, fuit illuſtre monaſterium Sponheimenſe, tum ob claritatem fundatoris, ob dignitatem Abbatum, ob ſanctam converſationem monachorum, ita ut excellentes piorum hominum donationes, exemptiones, libertates, privilegia, eorum Apoſtolicas & Archiepiſcopales confirmationes, ſpecialem ſedis Apoſtolicæ tutelam, fraternitatem cum pluribus Monaſteriis illuſtribus, & denique multa beneficia meruerit: verùm flacceſcente religionis fervore, deficiente Abbatum reverentiâ, invaleſcente monachorum licentiâ in tam humilem devenit ſtatum ut ante Trithemium vix nomen cœnobii conſtaret, nam ut loquitur Joannes Gotfridi, Paſtor in Mandal, in Epiſt. ad Trithemium quæ eſt 17. l. 2. Epiſt. fam. *Quid erat Spanheim, antequam Trithemius eſſet in eo? Aut quis nomen ejus procul audivit? Certè nihil*

*bil erat, & nomen ejus obſcurum in tenebris abjectum latitans & incognitum. Trithemius ſuâ eruditione & lucubrationibus nomen illuſtravit Spanheimenſe, fecitque in toto mundo cum ingenti gloriâ inclytum, quod antea penitus fuit incognitum.* Idque etiam ipſe Trithemius innuit in Epiſt. ad Conventum Spanheim. quæ eſt 2. libr. 2. Epiſt. fam. *Superfluum fuerit noſtras recenſere lucubrationes, quas in medio curæ paſtoralis, rerumque ſollicitudine temporalium per intervalla ſcripſimus, quibus nomen Spanheimenſis Cœnobii prius incognitum & obſcurum, ſatis celebre factum eſt.* Confirmat idipſum Theodoricus Monachus Fuldenſis in Epiſtola 54. lib. 2. Epiſt. fam. ad Trithemium. *Contriſtatus quidem propterea, quod invidia æmulorum veſtrorum in tantum valere permiſſa eſt, ut vobis occaſionem præberet monaſterium veſtrum deſerendi, quod veſtris ingenio, ſcriptis & libris per totum fermè orbem notum, clarum, famoſumque reddidiſtis & inſigne. Quid enim fuit monaſterium Spanheimenſe priusquam veſtra paternitas reverenda eidem præficeretur? In obſcuro latebat & in tenebris, ita ut ultra decem milliaria in circuitu nominis ejus nulla æſtimatio vel notitia haberetur. Reddidiſtis illud veſtris lucubrationibus longè latéque glorioſum & notum, ita, ſicut vidi per memetipſum qui ultra triennium ſub veſtro magiſterio militavi diſcipulus, quod ex Gymnaſio Pariſienſi in Gallia, Lovanienſi in Brabantia, Tubingenſi in Suevia, ex Italia quoque & Alemannia, aliisque remotioribus terrarum locis, quam multi viri doctiſſimi, Principes quoque & Pontifices excitati fama nominis veſtri certatim confluebant ad Spanheim. &c.* Triplici autem de cauſâ tam celebre nomen huic Cœnobio eſt adquiſitum. Prima fuit ipſa Trithemii fama & converſatio, quæ multos etiam viros celeberrimos quin immò & potentes Principes attraxit, ut ad Cœnobium Spanheimenſe venirent, ut fuere Philippus Comes Palatinus Rheni & Elector, ac Chriſtophorus Marchio Badenſis; Secunda cauſa fuit Bibliotheca Spanheimenſis, quæ in omni orbe celebrabatur, ut ſupra cap. X. abundè dictum, ac propterea excellentiſſimi viri ejus videndi in Spanheim deſiderio venerunt. Nam Anno 1496. quarto nonas Julii fuerunt in Monaſterio ad videndam Bibliothecam, quam fama ubique pretioſam divulgavit, Joannes Epiſcopus Wormatienſis, vir Græcè & Latinè doctiſſimus; Joannes Reuchlin, alias Capnion, legum Doctor Hebraicè, Græcè & Latinè diſertiſſimus, Ducis Wirtenbergenſis Secretarius; Franciſcus Bononius Tergeſtinus, Poëta & Orator Græcè ac Latinè peritus, Reginæ Romanorum Secretarius; Henricus de Bunavv miles, in omni facultate eruditus, Ducum Saxoniæ Friderici & Johannis Secretarius; & Joannes Vigilius utriusque Juris interpres, Philippi Palatini Comitis Secretarius, Philoſophorum omnium mœcenas; Hi omnes viri doctiſſimi viſâ tantâ multitudine rarorum voluminum in hoc paupere monaſterio, nimium obſtupuerunt, ordinem, pretiumque eorum & ſtudium Patris Trithemii induſtriamque collaudantes. Taceo reliquos; quos Chronicon Spanheimenſe ad longum recenſet. Tertia cauſa fuit, quod Cœnobium Spanheimenſe illo tempore ſit habitum exemplar eruditionis, ac, ut ait Chronicon Spanheimenſe, ejus parietes plus continuerint

erudi-

eruditionis, quam aliorum pulverulentæ bibliothecæ. Nam in conclavi Trithemiano, quod adhuc integrum viſitur (referte amico quodam) omni ex parte inſcripta elegantibus literis, rubris, nigrisque leguntur plurima diverſorum Auctorum veterum & recentiorum carmina & ſententiæ, tam Græcæ quam Latinæ: præſertim Sedulii, Juvenci, Fortunati, Hildeberti Epiſcopi, Petri de Riga, Galteri Inſulani; Quibus Conradus Celtis coætaneus & amicus Trithemii iſta adſcripſit.

## Conradus Celtis, Protucius Poëta.

*Aſpice verſiculos hoſpes venerabilis iſtos,*
*Trithemius poſuit, quos tribus ecce notis.*
*Ille vetuſtatis cultor, quantus vel amator*
*Linguarum, paries ſcriptus utrumque docet.*

Ejusdem Celtis effigies ad vivum coloribus expreſſa in pariete cernitur, his adſcriptis: Conradus Celtis Protucius Poëta Laureatus, hæc cecinit Anno Domini 1494, cum eſſet hic.

## Ad futurum Abbatem.

*Quisque futurus ſis Abbas hæc carmina noſtra*
*Mente rogo memori volvere ſæpe velis.*
*Eſto pius, clemens, & religionis amator,*
*Trithemiumque meum, conſulo, diſce ſequi.*

## Joannes Trithemius Abbas ad Succeſſorem.

*Aſpice, doctorum poſui monumenta virorum*
*Et quicquid multum vos decorare poteſt.*
*Hortor & admoneo, veſtigia noſtra ſequaris*
*Poſt me venturus qui mea tecta reges.*

## CAP. XIV.

## Capitula Ordinis S. Benedicti, Quibus Præsedit Vel Interfuit Trithemius.

Cum, ut dictum eſt ſupra cap. 4. §. 8. omnes Abbates & Prælati ordinis S. Benedicti per totam provinciam Moguntinam citati fuiſſent ad concilium Conſtantienſe, pro celebratione Capituli provincialis inſtituendâ & ordinis reformatione in omnibus monaſteriis inchoandâ; Atque Patres ac Prælati magno numero conveniſſent, Capitulum celebrâſſent, multaque pro reformatione ordinis laudabiliter inſtituiſſent; Ex eo tempore Capitula provincialia in triennio celebrari in Provincia Moguntina cœperunt. Secundum itaque celebratum eſt Moguntiæ. Anno 1418. 1. Septembris. Tertium in Monaſterio Fuldenſi 1420. 5. Maji. Quartum in Seligenſtat 1422. 3. Maji. Quintum in Monaſterio Sancti Stephani Herbipoli 1424. 14. Maji. Sextum in Erphordia 1426. 21. Aprilis. Septimum in monaſterio montis

Monachorum prope Bambergam 1429. 10. Aprilis. Octavum apud S. Udalricum in Auguſta 1432. 11. Maji. Nonum in Baſilea tempore Concilii generalis 1435. 26 Junii. Decimum in monaſterio Sancti Ægidii Norimbergæ 1439. 26. Aprilis. Undecimum ibidem 1441. 30. Aprilis. Duodecimum in monaſterio Sancti Petri Erphordiæ 1444. 10. Maji. Decimum tertium in Conſtantia 1447. 7 Maji. Decimum quartum in monaſterio Sancti Stephani Herbipoli 1451. 23. Maji. Decimum quintum in Seligenſtat 1454. 12. Maji. Decimum ſextum in Erphordia 1456. Dominica 3. poſt feſtum reſurrectionis. Decimum ſeptimum Norimbergæ 1459. ſecundâ Dominicâ poſt feſtum Dominicæ reſurrectionis. Decimum octavum in Herbipoli apud S. Stephanum 1464. Domin. 3. poſt feſtum reſurrectionis. Decimum nonum in monte Monachorum prope Bambergam 1467. Dom. 3. poſt feſtum Reſurrectionis. Vigeſimum in Erphordia 1470. 18. Maji. Vigeſimum primum Norimbergæ 1473. Vigeſimum ſecundum in monte Monachorum prope Bambergam 1476. Domin. 3. poſt Paſcha. Vigeſimum tertium Norimbergæ 1479. Domin. 2. poſt Paſcha. Vigeſimum quartum in Blaburen 1482. Domin. 3. poſt Paſcha. Vigeſimum quintum, quod fuit primum ſub Abbatia Trithemii, cui & præter alios Prælatos præſedit in Auguſta 1485. Domin. 3. poſt feſtum Paſchæ. Vigeſimum ſextum apud S. Jacobum prope Moguntiam 1487. Dom. 3. poſt Paſcha. Vigeſimum ſeptimum in Norimberga 1490. Dom. 2. poſt Paſcha. Vigeſimum octavum in Hirſaugia 1493. ad Dominicam Jubilate. In quo præter cæteros præſedit Trithemius, in eodem Capitulo etiam liber penthicus Trithemii de ruina ordinis ſui publicè ad menſam Prælatorum & Doctorum, qui ex Tubingenſi Univerſitate cum aliis convenerant videre Capitulum & Patres, per triduum mane & ſero lectus fuit, & unanimiter ſtatutum, ut perpetuis temporibus ad menſam Prælatorum in ipſo capitulo pro tempore celebrando legeretur. Vigeſimum nonum Capitulum provinciale in monaſterio Seligenſtat 1496. Dom. 4. poſt Paſcha, ubi Trithemius dixit illam notiſſimam orationem, quæ de cura paſtorali prænotata eſt. Capitulum Trigeſimum in monaſterio Sancti Stephani Herbipoli Dom. 3. poſt Paſcha 1499. In quo præter cæteros præſedit Trithemius, qui & orationem ex tempore dixit & dux verbi fuit, das Wort geführt. Trigeſimum primum in monaſterio Fuldenſi 1501. Dom. 3. poſt Paſcha. In quo præſedit Trithemius & verbum fecit. Anno 1502. Capitulum annale apud S. Petrum in Erphordia celebratum eſt, die Dominica poſt feſtum Sancti Bartholomæi Apoſtoli, in quo Abbas Trithemius ad cœtum Patrum, Abbatum, Doctorum, atque ſtudentium inſignem de laudibus religionis monaſticæ fecit orationem, magnoque omnium favore exceptus non ſine laude reverſus eſt. Non tantum autem interfuit provincialibus his & annalibus Capitulis, ſed in multis eorum etiam ad reformationem & viſitationem variorum ſui ordinis cœnobiorum fuit deputatus, prout ipſemet

ipſemet inquit in Epiſt. ad Conventum Spanh. quæ eſt 2. l. 2. Epiſt. fam. *Nos autem, qui Patrum ordinis imperio multoties obedire compulſi, ab annis vinginti per omnes vicinas provincias viſitando totas plerumque conſumpſimus æſtates &c.* Item in Ep. 68. l. 1. Epiſt. fam. ad Præſidentes Concilium annale celebrantes. *Annis jam viginti & amplius (ſicut vos ipſi ſcitis) pro communitate ordinis atque capitulo continuè laboravi, ſcribendo, dicendo, viſitando, cauſas & commiſſiones innumeras unionis noſtræ coram Epiſcopis atque Principibus aliisque diverſis expediendo, nec hodie quisquam in ordine vivit, qui tantos labores pro bono communi toleravit, quantos me ſcitis pertuliſſe. Per Sueviam, Franconiam totam, Alſatiam, perque Diæceſes Treverenſem, Colonienſem, Moguntinenſem, Spirenſem, Bambergenſem, Herbipolenſem, Argentinenſemque non ſemel aut bis, ſed multoties veſtro juſſu viſitavi, multoque tempore de monaſterio meo abſens vobis imperantibus propria neglexi, curans aliena.*

## CAP. XV.

## LIBRI A TRITHEMIO CONSCRIPTI.

Joannes Trithemius Anno ætatis ſuæ 23. ut eſt in Epiſt. ad Rogerium Sycambrum, qui ſtudio, (quantum licebat) alioquin ſemper erat intentus, cogitationes ſuas & adinventa cœpit literis demandare; duplicem cauſam, cur hoc faceret, aſſerens. Primam, quod, dum hæc ageret, vanis & inutilibus, vel etiam noxiis cogitationibus mens videretur eſſe præcluſa. Secundam: Eſto, quod ea, quæ ſcriberet, nulli prodeſſent, ſibi tamen intellectum ſucceſſu temporis perficerent, & ingenium uſu ad quandam facilitatem exercerent. Nec eum fefellit opinio, quia quotidiano & continuo ſcribendi uſu tam facilis ad quælibet occurrentia dictanda factus eſt, ut omnes etiam doctiſſimi de ejus orationis facilitate mirarentur, &, qui eum ſcribentem tempore quocunque non præmeditata viderunt, fluere orationem potius, quam ſcribi, confirmârint. Scripſit itaque ab hoc tempore usque ad diem obitûs innumera ferme opuſcula, quorum catalogos ab ipſomet conſcriptos reperio quinque. Primus eſt in fine libri de ſcriptoribus Eccleſiaſticis completi Anno 1494. 2. indictione. Secundus eſt in fine catalogi illuſtrium virorum Germaniæ completi ultimâ die Julii Anno 1495, indict. 13, ubi & rationem, quare catalogum librorum à ſe editorum ipſemet conſcribat, non ſine judicio magnæ humilitatis aſſignat his verbis: *Non exiſtimo me dignum, qui locum inter ſcriptores & illuſtres Germaniæ viros occupare debeam propter ingenii mei paupertatem: ſed, ne mihi obveniat, quod multis legimus contigiſſe, qui titulos operum ſuorum ex humilitate occultantes, auctores eorum quoque librorum æſtimati ſunt, quos forſitan non viderunt. Sed Apologiam cui ſcribimus? In his conſcientiæ teſtimonium unicuique ſufficiat, nemo extra ſe amplius requirat. Celent alii ex humilitate, quæ cuderunt, opuſcula, Ego, quæ ſcripſi, magis ex humilitate & charitate in lucem conſtitui producenda. Malo enim (ſicubi erratum eſſet) vivus corripi quam mortuus, quoniam, ſicut à mortuo perit confeſſio, ita in vivo prodeſt correctio. Neque enim tam petulans ſum, ut memoriam nominis vanitati obnoxiam pro laboris mei mercede expoſtulem. Ne*

*ergo compoſuiſſe videar aliena, aut celâſſe propria, exemplo divorum Patrum titulos operum meorum ſubjiciam.* Tertius extat in Proëmio Chronici Spanheimenſis editi Anno 1506. die ult. Octobris. Quartus eſt in Epiſtola ad Rogerium Sycambrum datâ Herbipoli Anno 1507. die ultima Auguſti, quæ eſt 51. lib. 2. Epiſt. famil. Quintus denique extat in Chronico Spanheimenſi perducto ad annum 1511. Extat præterea adhuc alius librorum Trithemianorum Catalogus in Epiſtola Joannis Duraclufii Diſcipuli Trithemii ad Nicolaum Hamerium Emelamum, quæ reperitur in editione operum hiſtoricorum Trithemii. Ex his itaque omnibus ſequentem deſcripſi Catalogum, ordinem ſequens annorum quo libri ab eo ſcripti ſunt quantum fuit poſſibile.

Ac primò ab inita Abbatia usque ad annum quintum regiminis ſive ab Anno 1483 ad annum 1488 hæc ferme ſcripta ſunt.

| | |
|---|---|
| De inſtitutione Sacerdotali. | lib. 1. |
| De Tentationibus Monachorum. | lib. 2. |
| Exhortationum ad Monachos. | lib. 2. |
| In Regulam S. Benedicti. | lib. 2. |
| De Proprietate Monachorum. | lib. 1. |
| De Vita Spirituali. | lib. 1. |
| Inveſtigatorium Scripturarum. | lib. 1. |
| De vero modo ſtudendi. | lib. 1. |
| De Miſeria humanæ vitæ. | lib. 1. |
| Speculum vitæ hominis Religioſi. | lib. 1. |

## Anno 1489. Regiminis 6.

| | |
|---|---|
| Vita S. Irminæ Virginis. | libell. 1. |
| Laudes S. Andreæ Apoſtoli. | libell. 1. |
| Laudes S. Joſephi Nutritii Domini. | libell. 1. |
| Laudes S. Benedicti Abbatis. | lib. 1. |

## Anno 1490. Regim. 7.

| | |
|---|---|
| De modo & forma viſitationis clauſtralium. | lib. 1. |
| Laudes vitæ Cœnobiticæ. | lib. 1. |

## Anno 1492. Regim. 9.

| | |
|---|---|
| De laude Scriptorum Manualium. | lib. 1. |
| De modo celebrandi Synodum Provincialem. | lib. 1. |

## Anno 1493. Regim. 10.

| | |
|---|---|
| Liber Penthicus, id eſt, lugubris de ruina ordinis. | lib. 1. |

## Anno 1494. Regim. 11.

| | |
|---|---|
| De laudibus Sanctæ Annæ Matris B. M. Virginis. | lib. 1. |
| Soliloquiorum hominis ad animam ſuam. | lib. 1. |

De laude, amore & vero ſtudio ſcripturarum. lib. 1.
De Ordinis Carmelitarum exordio & progreſſu. lib. 2.
Statuta Capituli Provincialis collecta. lib. 1.
Quæſtiones Græcæ de Evangeliorum diſſonantia.
Dialogus Maximi Abbatis è Græco in Latinum verſus.
Epiſtolæ tertiæ Synodi S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini è Græco in Latinum verſæ.
Catalogus Scriptorum Eccleſiaſticorum. lib. 1.

## Anno 1495. Regim. 12.

Catalogus Illuſtrium Virorum Germaniæ. lib. 1.
Miracula Sanctiſſimæ Matris Annæ. lib. 1.

## Anno 1496. Regim. 13.

Oratio de Cura Paſtorali habita Selgenſtadii.

## Anno 1500. Regim. 17.

Steganographiæ opus in octo libros partiendum. lib. 2½.

Hæc ſunt, quæ Abbas Trithemius ab intia Abbatia ſcripſit usque ad annum 1505. 1. Aprilis, quo ex Spanheim exivit, ſecundum numerum annorum, quo ſcripta ſunt, quantum ex Chronico colligitur, deſignata; quæ ſequuntur, durante eodem tempore ſcripta ſunt, ſed incertum quo Anno.

De illuſtribus viris ordinis ſui. lib. 4.
Chronicon Monaſterii Spanheimenſis. lib. 1.
Chronicon Monaſterii Hirſaugienſis. lib. 2.
Chronicon Succeſſionis Ducum Bavariæ. lib. 1.
De miſeria Prælatorum clauſtralium. lib. 2.
Laudes veræ Pœnitentiæ. lib. 1.
Quæſtiones in Evangelium Joannis. lib. 1.
Quæſtiones in Pſalterium. lib. 1.
Statuta Unionis Bursfeldenſis. lib. 1.
Spirituale monachorum Exercitium. lib. 1.
Epitome ſeu Breviarium ejusdem. lib. 1.
De Computu Eccleſiaſtico. lib. 1.
Epiſtolarum Spanheimenſium ad diverſos. lib. 4.
Orationes in capitulis & alibi habitæ 24. lib. 1.
Sermones ad fratres Monaſt. Spanh. 40. lib. 1.
Sermones in diebus feſtis ad populum. lib 1.
Orationes ad Deum & ſanctos ſupplicatorias. lib. 1.
De Triplici regione clauſtralium. lib. 3.
De Continentia & Virginitate. lib. 1.
De Viduis. lib. 1.
De crucibus in hominum veſtibus apparentibus. lib. 1.

De vitiis atque virtutibus. lib. 2.
Statuta annalis capituli. lib. 1.
Modus & forma celebrandi annale Capitulum. lib. 1.
Roſarium de Sanctiſſima Anna 50. Articulorum. lib. 1.

Poſt diſceſſum verò è Spanheim usque ad aſſumptam Abbatiam Peapolitanam, præcipuo tempore in Marchia Brandenburgenſi conſtitutus ſcripſit ſequentia.

Epitomen de vitis Sanctorum. lib. 1.
Panalethiam, id eſt, variarum quæſtionum. lib. 14.
Opus Hieraticum pro diverſis morbis propellendis. lib. 1.

Ab aſſumpta vero Abbatia Herbipolitana usque ab obitum, ſive ab anno 1506. usque ad annum 1516. ſequentia reperiuntur ab eo ſcripta.

Polygraphia opus mirandum. lib. 6.
Polygraphiæ clavis. lib. 1.
In octo quæſtiones Cæſaris. lib. 1.
De ſeptem intelligentiis orbem moventibus. lib. 1.
De prænotionibus licitis Chriſtiano. lib. 2.
Epiſtolarum. lib. 1.
Contra maleficos & omnes artes prohibitas. lib. 5.
De cauſis & cura morbi caduci ac maleficiorum. lib. 3.
Itinerarium vitæ. lib. 2.
Annales de Origine regibus & geſtis Francorum. lib. 3.
Epitome eorundem annalium. lib. 1.
De Ducibus & Epiſcopis Francorum Orientalium. lib. 1.
De Miraculis B. M. Virginis in Dettelbach. lib. 2.
De miraculis ejusdem in urbiceto apud Heilprumam. lib. 6.
Apologeticus in Carolum Bovillum. lib. 1.
De origine Francorum. lib. 1.
Chronicon Monaſterii Divi Jacobi apud Würtzburg. lib. 1.
Vita Divi Rabani Archiepiſcopi Moguntini. lib. 3.
De ejusdem à Moguntia in Saxoniam translatione. lib. 1.
Vita Sancti Maximi Epiſcopi Moguntini. lib. 1.
De origine Regibus ac Ducibus Bavarorum & Palatinorum. lib. 4.
De Dæmonibus & artibus profanis incœptum opus.
Epiſtolarum Herbipolenſium. lib. 4.
Curſus, Roſarium, Miſſale officium de Sancta Anna.
Laudes, Precationes, atque Roſarium de S. Magdalena.
Roſarium de Sancto Joſeph Nutritio Domini.
de Sancto Petro Apoſtolo.
de Sancto Joanne Evangeliſta.

Sequen-

Sequentia de Sancta Anna quæ incipit. *Jeſu cœlorum regis*
de Sancta Anna in feſto ejus canenda. *Exultent in hac die.*
de Eadem. *Jubilemus in honore.*
de S. Hildegarde. *Laus tibi ſit Domine.*
de Sancto Ruperto Bingiorum Duce. *Exultent in hac die.*
de Sancto Joſepho. *Cantemus inclyti.*
de S. Rabano Archiepiſcopo Mog.
de Vulneribus Chriſti. *Jeſum Chriſtum adoremus.*
de Compaſſione B. Mariæ. *Eia ploremus mente pia.*
de Sancto Joachimo. *Trinitatem adoremus.*
de Bono cujusvis hominis Angelo proprio.
In propria Miſſa cujusvis ſacerdotis.
de Sancto Maximo Epiſcopo Mog.
de S. Martha Virgine.
de S. Maria Magdalena.
de S. Maria Ægyptia.
de S. Jacobo Majore Apoſtolo.
de Sancto Benedicto Abbate.
de omnibus Sanctis.
Meditationum & Orationum. lib. 2.
Speculum cœleſtis Doctrinæ. lib. 1.
Contra morbum Simoniæ Clauſtralium. lib. 1.
Nepiachus rerum ſuarum. lib. 2.
Epiſtolarum ab exitu de Spanheim usque ad 1. Annum Abbatiæ Herbipolenſis. lib. 2.

Hæc ſunt opera Trithemii fermè omnia quæ per annos 33. reperitur ſcripſiſſe, ſi quæ vero eorum Catalogum hunc effugerint, aut ob diverſitatem tituli bis inveniantur poſita, lector benevolus defectum ſupplere, & exceſſum reſerare non gravabitur. Utrum autem ea omnia fuerint in lucem edita & adhuc extent, mihi hucusque conſtare non potuit, id certò credo, nullum ex his omnibus in ſolo fulgere titulo, ſed ad minimùm pro magna parte omnia fuiſſe incepta licet non completa, quæ deinde vel in Spanheim poſt diſceſſum, ut aliquot in locis ipſemet fatetur, imperfecta reliquerit, vel morte præventus non potuerit conſummare, morte præfecto toti orbi Chriſtiano, reipublicæ literariæ, Provinciæ Moguntinæ, ordini ſuo nimis immaturâ; ſi enim ſpatio annorum triginta trium inter continuas ſollicitudines & curas pro ſuo monaſterio Spanheimenſi curis, ut ipſe loquitur, inutilibus pleno, inter continuas profectiones ad Capitula Ordinis provincialia & annalia; inter maximos denique labores, quos in communibus cauſis & negotiis Capituli, Ordinis & Unionis, viſitando, ſcribendo, dicendo, ac legationes coram Principibus, Epiſcopis, aliisque complurius, multis vicibus peragendo impendit,

 pendit,

pendit, tot & tanta reperitur ſcripſiſſe, quanta nec longo tempore ante illum, nec ab illo hucusque quisquam ſcripſit, & quanta multi longiori annorum ſpatio ne legerint quidem? quid fuiſſet ſcripturus in pauperi, curis vacuâ, quietâ, ſtudiisque ejus ſatis convenienti & congruâ Abbatiâ Sancti Jacobi, quam pacis & tranquillitatis amore ſuſcepit Spanheimenſem nimis tumultuoſam reſignando? ſed nec multitudo tam eſt admiranda quam humilitas quâ ſuas lucubrationes operibus Patrum comparatas nihili æſtimat & contemnit, ita enim inquit in Epiſtola ad Rogerium Sycambrum, quæ eſt 12. lib. 1. Epiſt. fam. *Qui ſunt noſtra ſtudia Rogeri lucubrationibus iſtorum comparata virorum? omne tempus vitæ ſuæ literis tradiderunt, ſemper aliquid legentes vel ſcribentes, quo & ſuum intellectum in cognitionem ſummæ veritatis elevarent, & poſteritati utilia providerent. Quid denique ſunt noſtræ lucubrationes, quibus aliquid eſſe præ cæteris putamur, ſi præſcriptorum comparentur opuſculis Patrum, niſi paleæ relatæ ad triticum, & immaturi quidam fructus, quibus nec tempus affuit nec locus, immò nec aëris opportuna temperies donata fuit ut in cibum coaleſcerent optatum.* Scribimus *(ut Flaccus ait)* indocti doctique poëmata paſſim, *& inanis nimium æſtimationis cupidi opuſcula noſtri puerilia nimis, ut nonum taceam, nec in alterum quidem premimus annum. Quæ omnia & ſi ita ſe habeant noſtrorum tamen rectè laudamus ingenia, cum unusquisque hoc ipſum, quod poteſt, amore ſapientiæ facit.*

## CAP. XVI.

## Quibus Studiis Potissimum Deditus Fuerit Trithemius.

Superfluus videbor in recenſendo catalogo ſtudiorum ejus viri quem universus orbis novit fuiſſe ſuo ævo quamvis hominum doctiſſimorum fertiliſſimo omnis eruditionis & ſcientiæ principem, Germaniæ decus, ac totius archam ſapientiæ, ut merito Nicolaus Gerbellius Phorcenſis in Epiſt. ad Trithemium quæ eſt 32. Epiſt. fam. lib. 2. ita eum alloquatur. *Gratulor mihi ipſi ſapinſculè Reverendiſſime Pater, me feliciſſimo hoc ſeculo progenitum, quo tot illuſtres viri, nec ignobilis fama in Germania paſſim prodiere, quos inter tu unus es, qui eum literis Latinis & Hebraeas & Græcas apud Germanos feciſti locupletiores, inter quos tantum polles & eniteſcis, ut an cuiquam te comparem, an præferam cunctis in trivio ſim, fluctuemque Chremetis inſtar Terentiani. Verùm non inconſideratò dubito, cum non trivium in te, ſed diſciplinarum omnium theatrum ſpacioſum, exuberans, nitidiſſimum conſpiciamus, non in te virtutem unam aut tres, ſed eas omnes tenaciter & agminatim coagulatas perinde ac ſpectaculo decentiſſimo ſpectamus.* Attamen, ne eorum quoque ſtudiorum cultor fuiſſe dicatur, à quibus Chriſtiana Philoſophia & monaſticæ ſtatus religionis abhorret; non abs ratione hanc narrationem inſtitutam eſſe mihi perſuaſi. Fuit ergo Trithemius noſter primò Poëta celeberrimus, ejusque rei præter plurima, quæ fecit poëmata, manifeſtum dant argumentum quod non tantum ipſam poëſin ſed & omnes Poëtas amârit & honore ſummo fuerit proſecutus, non aliam ob cauſam, niſi ob ſtudiorum ſimilitudinem

nem, quæ ſola potens eſt amicitiæ virorum doctorum. Nec obſtat quod in literis ad Roger. Sycambrum, quæ eſt 40. lib. 2. Ep. fam. & epiſt. 12. l. 2. ad eundem. Studium poëticum paſſim vocet puerile, id enim reſpectu ſenum dicit, nempe quod eos non deceant carmina poëtarum, proſaicèque illis pro ſenectutis honore pergendum, tortuoſis ludat verſiculis immatura juventus, planum ſenes iter amare. Secundò fuit Orator facundiſſimus, demonſtrant id plurimæ orationes, quas in Capitulis provincialibus, annalibus, ac aliàs, & quandoque etiam ex tempore dixit, teſtantur id omnia ipſius ſcripta, quæ tam eleganti ac fluido ſtylo ſunt compoſita, ut nihil in illis reperiatur quæſitum, nihil coactum, ſed omnes dictiones dulciſſimâ ſibi ſuccedant harmoniâ. Tertiò fuit ſubtiliſſimus Philoſophus, legantur pro ejus manifeſtâ demonſtratione Epiſtolæ familiares ad Jacobum fratrem, legantur octo quæſtiones ad Maximilianum Cæſarem; nihil in illis reperietur niſi Philoſophicum & Philoſopho ſupremo dignum. Quartò fuit Mathematicus ingenioſiſſimus, ejus manifeſtam exhibent probationem ſubtiliſſimum opus Polygraphiæ, & liber de Domptu Eccleſiaſtico, Quintò fuit Hiſtoricus perfectus, exhibent id opera ejus quamplurima hiſtorica ac ipſius hiſtoriæ commendatio, & laus in initio Chronici Hirſaugienſis poſita. Sextò fuit Theologus inſignis, & nihil amavit ac ſitivit præter ſcientiam Scripturarum, prout infinitis in locis eam commendat, ac diſcipulis ſuis inculcat, unum audiamus textum qui eſt in Epiſt. ad Jacobum fratrem, 1. lib. 2. Epiſt. fam. *Sacra autem ſcriptura, quam merito nuncupamus divinam, omnem hujus mundi ſcientiam atque doctrinam procul excedit, quoniam vera ſine ambiguitate prædicat, mentem lectoris placidi à terrenis ad cœleſtia vocat, eamque pro DEI amore humilem reddit in proſperis, & fortem atque conſtantem in adverſis. Hic eſt ſacri fluminis impetus, qui civitatem DEI lætificat, planus ſimul atque profundus, in quo & agnus ſimplex ac parvus ambulet, & elephas maximus natet. Mirabilis iſte fluvius eſt, in quo ſimplex & ſine literatura Chriſtianus, pedibus, ut ita dicam, ſiccis ad ſalutem ſecurus tranſire poterit, & magnus ſubtiliterque literatus, & natare poteſt ſobriè ſapiendo, & ſi nimium ſcrutatus fuerit ſubmergi. &c.* Fuit itaque Trithemius noſter Poëta celebris, Orator eloquentiſſimus, ſubtilis Philoſophus, ingenioſus Mathematicus, Hiſtoricus perfectus, ac denique Theologus inſignis, prout eum appellat Andreas Thevetus, Engoliſmenſis Coſmographus Regius, in elogio ipſius.

## *CAP. XVII.*

## Trithemium Non Fuisse Alchymistam, Astrologum Et Magum, Ostenditur.

Conantur plurimi evincere Trithemium fuiſſe Alchymiſtam, & I. quia multis in locis præcipuè verò in Epiſtola ad Joannem Weſtenburg comitem &c. mentionem facit Alchymiæ, ac ejus principiorum, dum inquit inter cætera: Hoc unico medio ſecretum naturæ aperitur Alchymiſtis, ſine

quo nec intellectus artis acquiritur, nec operationis effectus invenitur. Item ſine hujus medii, finis, principiique cognitione per numeros, gradus & ordines, nec Magus imaginibus virtutem daret ſine crimine, vel etiam cum ſcelere dare poteſt, nec Alchymiſta imitari naturam, nec homo ſpiritus compellere, nec futura prædicere vates, nec quiſquam curioſus experimentorum capere rationem. II. Quod Cornelius Agrippa in literis ad Trithemium datis glorietur ſe cum eo multa de magicis multa de chymicis, multa de cabaliſticis, cæteriſque quæ adhuc in occulto delitescunt, arcanis ſcientiis atque artibus contuliſſe. Sed his non obſtantibus non illubens contrarium concludo atque meam ſententiam ex ipſis Trithemianis textibus, quibus ridet ac rejicit Alchymiſtas, demonſtro, primus eſt in Ep. 34. lib. 1. Epiſt. fam. ad Germanum de Ganay: *Hæc eſt totius fortitudinis pulcherrima virtus, quæ vincit omnia mundana, & penetrat ſolidum corpus omne, tingens unumquodque pulchritudine optabili, ſicut Alchymici quidem promittunt in corporibus compoſitis, ſed errant, falluntur, & decipiunt omnes, à quibus libenter fuerint auditi. Volunt imitari naturam, & facere partes quod ſolius eſt univerſalis, cum radicem virtutis naturæ non intelligant. Non acquieſcas inſipientibus Alchymiſtis, quoniam fatui ſunt & ſimiarum diſcipuli, hoſtes naturæ, & cœleſtium contemptores, ſine quorum intelligibili cognitione nihil eſt Alchymia.* Secundus eſt in lib. 6. Polygraphiæ: *Multas habet Alchymia domeſticas familiares, quæ dominam ſuam perpetuâ vigilantiâ cuſtodiunt, ſeque ejus nomine ſupponunt, ut eam conſervent à commercio tot importunè amantium tempore ſempiterno intactam. Vanitas, fraus, doloſitas, deceptio, ſophiſticatio, cupiditas, falſitas, confidentia mendax, ſtultitia, inopia, paupertas, deſperatio, fuga, proſcriptio & mendicitas pediſſequæ ſunt Alchymiæ, quæ dominam ſimulantes amatam eam inviolatam cuſtodiunt, & ſemetipſas illius quæſitoribus pecunioſis, avaris, cupidis, & fatuellis libenter proſtituunt.* Nec partis contrariæ argumenta quidquam dant momenti. Non primum, nam in eadem epiſtola vocat Alchymiſtas invidentes naturæ perſecutores. Non ſecundum, quia potuerunt conferre de chymicis, ut ea eluderent & confutarent, fraudeſque detegerent.

Neque Trithemius dici poteſt fuiſſe Aſtrologus (loquor de Aſtrologia judiciaria) nam multis in locis Aſtrologiam refutat ac damnat, ut in epiſt. 34. lib 1. Epiſt. fam. ad Germanum de Ganay. *Aſtra nihil intelligunt, nec ſentiunt quidem, unde nec ſapientiam menti noſtræ conferunt, nec aliquod in nos dominium habent, qui Spiritu ambulamus, confitentes Dominum Ieſum Chriſtum omnia in ſua poteſtate habentem, ad cujus nos ſimilitudinem pro viribus fideliter oportet conformare. Ipſe enim eſt ſapientia DEI Patris, ipſe eſt fons & origo ſcientiæ, ipſe eſt animi centrum, per quem facta ſunt omnia. Abeant homines temerarii, homines vani, & mendaces Aſtrologi, deceptores mentium, & frivola garrientes. Nihil enim ad mentem immortalem, nihil ad ſcientiam naturalem, nihil facit ad ſapientiam ſupercœleſtem ſtellarum diſpoſitio, ſed corpus in corpus duntaxat ſuum habet imperium. Mens eſt libera nec ſtellis ſubjicitur, nec earum influentias concipit, nec motum ſequitur, ſed ſupercæleſti principio, à quo & facta*

*eſt*

*eſt & fœcundatur, tantum communicat.* Item in Epiſt. 50. lib. 2. ad Jodocum Beiſelium. *Nunciatum tibi credo Jodoce per communes amicos, Rogerium, Herberum, & Kymolanum, & alios, rerum mearum variatum juxta geneſim ſtatum, ut compleretur prædictio Aſtrorum, quam ante viginti annos Regis Philippi vaticinavit Aſtronomus. Sæpius fateor & ipſe intereà comminantes inveni factâ calculatione figuras, ſed Divi Auguſtini conſilio perſuaſus, riſum computavi vaticinia ſtellarum. Evenit mihi tandem quod videbantur polliceri, & data mihi occaſio eſt, quâ deinceps experientia faciat neceſſario cautiorem. Invidia æmulorum præſtitu vaticinio locum, quam, ne Mathematici vacillaret prædictio, mihi dæmonium aliquod malignum ſuſcitavit; libenter enim, ſi DEUS permittat, dæmones vaticiniis cooperantur humanis, perquæ in erroris devio mentes capiunt nimium credulas vanitatibus.* Nec denique Trithemius dici poterit fuiſſe Magus, loquor de magia ſuperſtitioſa & diabolica non de naturali, perquam Trithemius nihil aliud intelligi vult quam ſapientiam, phyſicarum ſcilicet & metaphyſicarum intelligentiam rerum, quæ divinarum & naturalium virtutum ſcientia conſtat. Atque in hujus meæ ſententiæ argumentum ipſe audiatur Trithemius diſtinguens magiam naturalem à vetita cum ſua proteſtatione in ſupra cit. epiſt. ad Joannem Weſtenburgh comitem. *Magiam me penitus ignorare naturalem dicere non poſſum, perquam quæ miranda fiunt, naturaliter fiunt; ſuper naturam nihil in me, præter fidem Chriſtianam, quam natura non dedit, ſed gratia. Doctiſſimus ille & inter ſanctos verè ſanctiſſimus Albertus Magnus ratione profundiſſimi intellectûs magnus æternâ memoriâ dignus profunda Philoſophicæ naturæ ſcrutatus, miranda & cæteris inaudita diſcendo cognovit, usque adeò ut apud imperitos etiam magus & ſuperſtitioſus usque in hunc diem injurioſè ſit habitus. Magiam naturæ non ignoravit, pravorumque libros plurimos ſuperſtitioſos inculpatè legit & intellexit: nec propterea pravus aut ſuperſtitioſus fuit. Scientia autem mali non eſt malum ſed uſus. Feram igitur patienter feram, quod vir tantus toleravit ſine peccato. Nec me ſcire myſtica nego, quanquam Alberto & ſcientiâ inferior ſim procul, & nullatenus ſanctimoniâ comparandus. Multa, fateor, magorum volumina legi, præſtigiorumque non pauca ſynthemata perluſtravi; Nec ea volumina, quæ ligamenta ſpirituum docent, & eis conſimilia, penitus à lectione noſtra rejeci, & in his omnibus firmior ſemper, fateor, in ſancta fide Chriſtianorum evaſi, quia divino munere, quæ legeram, intellexi utplurimum. O clariſſime, O bone DEUS, quot vana, conficta & ridiculoſa, taceo mendoſa, & abominanda, quæ occultantur in libris magiæ ſuperſtitioſæ, & in illis quæ de conjurationibus dæmonum conſcribuntur, quæ nemo meliùs comprehendere, diſcernere, & confutare poteſt, quam, qui intelligit. Magia naturalis, quæ aliquando Principiis naturæ innixa, in ſua ſimplicitate pura conſtabat, tot mendaciis, tot impuritatibus, totque deceptionibus confuſa eſt, ut nemo, niſi in utraque doctiſſimus ſit, qui alteram ab altera diſcernere poſſit.* Item in literis ad Marchionem Brandenburgenſem. D. Joachimum: *Utinam locorum diſtantia inter nos brevior eſſet, meque aut nulla detineret cura rei familiaris, aut facilior conditio relevaret, advolarem protinus, tuamque ſerenitatem libens ac fidens adirem, aperiremque profunda ſecretiſſimaque Magiæ naturalis, quæ aut neminem, aut pauciſſimos hodie*



*ſcire*

*ſcire & intelligere crediderim. Omnes enim, quotquot novi, vidi & audivi in magia ipſa naturali, in compoſitione imaginum, annulorum & ſigillorum, abditisque naturæ operationibus laborantes nihil proficiunt, nec ullum ſuarum operationum conſequuntur affectum: ſed poſt longam & inutilem operationem ſæpe deſperantes ad frivola & ſuperſtitioſa prolabuntur. Magia autem naturalis pura eſt, ſolida, ſtabilis & licita, quæ Principes maximè decet & ornat, nec unquam ab Eccleſia prohibita, nec etiam jure prohibenda, quippe quæ prius naturæ principiis innititur, nullamque ſuperſtitionem admittit.* Et paulò poſt: *Magia ſiquidem naturalis non ſolum effectus operatur viſibiles, ſed etiam intellectum ipſius hominis in ea periti mirabiliter in cognitione divinitatis illuminat, inviſibilesque fructus animæ præſtat. Sed videmus nomen magiæ cunctis pene hodie hominibus odioſum & inviſum, ut omnes in ea ſtudentes unâ ſententiâ damnent, omnemque uſum ejus Chriſtianæ religioni adverſum penitus & contrarium exiſtiment. Et hæc bonæ ſanctæque ſcientiæ Magiæ naturalis injuſta damnatio, unde putas Sereniſſime Princeps exordium ſumpſit, meam ſententiam accipito. Poſteaquam veteres illi ſapientes Philoſophi Principes & Reges in ſcientia magiæ naturalis perfectè imbuti ab hac luce deceſſerunt, ſcientiam ipſam occultis ſecretiſſimisque myſteriis obvolutam ſtudio relinquentes, ne indignis pateret acceſſus. Qui ſcripta eorum legere, & operari in eis voluerunt homines, bifariè proceſſerunt: quidam enim ex eis, cum legiſſent miranda ſapientum in magicis experimenta, deſiderio & curioſitate attracti, quod inviti faciunt hodie, operari ſecundum faciem lectionis cœperunt, non intelligentes ea quæ legerunt; qui cum nullum conſequerentur promiſſæ operationis effectum, propter omnimodam ſui ignorantiam libros optimos & experientia probatos intelligentiarum velut inanes, falſos, mendaces & frivolos cum ignominia abjicientes condemnârunt. Alii vero præſcripta ratione infructuosè laborantes, cum nihil in compoſitione rerum magicarum proficerent, ſeque arbitrarentur promiſſione Auctorum eſſe deceptos, ne ſoli viderentur abducti, ſed plures haberent ſocios erroris, majora, quam inveniſſent, promittentes, vana, frivola, & conficta, ſcienter libris ſapientum immiſcuerunt, characteres varios cum ignotis nominibus inſerentes, in quibus magna laterent ſecreta, per quorum ſcientiam miranda fieri poſſe dixerunt. Alii non contenti prædicto modo hominibus illudere, ut naturalem magiam, quam non intelligebant, magis confunderent, diabolicas inſtitutiones addiderunt, quibus usque adeò fœdata & confuſa fuere volumina ſapientum, ut non ſolum à ſtudioſis intelligi hoc tempore & emendari nequeant, ſed, quod gravius eſt, ab omnibus pene viris bonis, qui ea diſcernere nequeunt, cum non didicerint, tanquam mala, reproba, ſuperſtitioſa, diabolica, & ſacroſanctæ fidei noſtræ contraria condemnentur: Unde Magia ſancta & bona rectè & purè licet occultè ab Authoribus olim conſcripta, ita confuſa, deturpata, & infecta eſt, ut nomen ejus audire inter Chriſtianos videatur horrendum ſitque horrendum omnibus, & non tam inviſa quam impenetrabilis.* Itaque conceſſerim quidem Trithemium fuiſſe Magum ſed naturalem, qui omnia, quæ ſcire unquam profeſſus eſt, cum DEO & ſine injuria fidei noſtræ Chriſtianæ ſcivit & operatus eſt. Licet ex multis pauciſſimi queant inveniri, qui myſteria occultarum adinventionum naturalium intelligant. Homo fuit mortalis, ſcivit, Chriſtianus fidei conſtantia, fidelis mona-

monachus, profeſſionis ſuæ non immemor, peccator, ſed pœnitentiæ ſalutaris ſarcinam ſedulo portans. Non ignoravit, quid ipſum decuerit; nec tam hebes fuit, ut futura cogitare poſt facta nequiverit.

## *CAP. XVIII.*

## TRITHEMII VIRTUTES.

Fuit Trithemius tam eleganti aſpectu, tam placido eloquio, vultu tam ad omnem humanitatem, dulcedinem, ac modeſtiam compoſito, ut intuentium animos omnium in ſui raperet admirationem & amorem, atque hanc externam corporis ſpeciem interna animi bonitas, prudentia, manſuetudo, miſericordia, humilitas, indiſſolubili nexu comitabantur, & naturæ dotes in eam elevavere perfectionem ut nihil in ipſo niſi excelſum, niſi majeſtuoſum, niſi ſummo Prælato dignum eluceſceret. Internam animi ſeveritatem exprimebat in dictis & factis maturitas, non ſolum religioſis verum & ſæcularibus reverenda & metuenda, eo usque, ut in ejus præſentia homines cæterum diſſoluti & leviſſimi, quaſi quodam numine intus violenter prohibente, non niſi honeſtatem & maturitatem potuerint exhibere; jucundus quidem fuit interdum, nunquam diſſolutus: ipſamque hilaritatem ſolita gravitate moderari ſcivit, ut ridenti cum ſancto Job, riſum nemo crederet. Atque hujus rei lucuſentum adfert teſtimonium Rogerius Sycamber, Canonicus clauſtralis in Hegen, familiariſſimus Trithemii amicus, in Epiſt. 11. lib. 2. *Scripſi nuper quoddam prognoſticon jocis & facetiis plenum, quod multis placet, ſed quoniam tua cenſoria ſeveritas jocos aſpernatur univerſos, non integrum judicavi ea mittere ad te, qui maturitate vitæ atque verborum nimium eſſe nugis formidabilis ſoles.* Hanc maturitatem ſequebatur majeſtas & authoritas regendi, ut non tantùm deſtinatione divina, ſed & humana diſpoſitione & ſymphatia non potuerit eſſe monachus niſi Abbas, & cui ſupremum regimen monaſterii deferri deberet. Sed hæ quidem ſunt externæ ſapientis virtutes, ad internas aſcendam, in quo tamen opere, nec principium invenire confido nec finem, tam enim in omni virtutum genere fuit perfectiſſimus, ut à quacunque incipiam, vel minus dicam, quam dignitas meretur, vel excurrendo latius reliquas debeam ſilentio præterire. Igitur brevi calamo potiores perſtringam, lectorem ad ipſum fontem invitando. Inprimis autem ſe offert amor & cultus religionis monaſticæ, obſervantia reformationis & unionis Burſfeldenſis, contemptus divitiarum & divitum Abbatiarum. Elucent autem hæ virtutes præcipuè ex eo, quod licet ſummis & notus & charus eſſet Principibus & apud eos optatiſſimam vivendi conditionem adipiſci potuiſſet, licet plurimi ordinis Abbates potentiores eum ſecum habere voluerint, licet optimis Abbatiis potuerit provideri, noluerit in curiis Principum converſari, neque extra unionem ſanctam obſervantiæ ſecedere, ut ipſemet inquit in Epiſt. 35. lib. 2. Epiſt. fam. *Nam ſi Principum vivere ſtipendiis voluiſſem, non utique converſari iſthic in paupertate fuiſſet neceſſarium. Plures enim ſunt, qui largâ me proviſione ſuſciperent*

*perent cum honore procurandum; ſed nunquam induci poteram, ut aulicis me papilionibus paterer conjungi, vetante id non minus philoſophiâ quam religione, quam in tumultu aulico illæſam conſervare neſcio, ſi quis potuerit unquam. Nempe,* ut ait in epiſt. 50. lib. 2. *Non eſt vita piſcibus in arido, nec monacho tuta converſatio ſine clauſtro, propterea ne mendacem conſtituam memetipſum, elegi pauper & abjectus habitare in cœnobio, magis quam dives & glorioſus apparere cum Principibus in ſæculo.* Item in Epiſt. 58. lib. 2. *Non enim decet homines, immò nec licet, qui ſe divinis ſemel mancipaverunt obſequiis, ad actus redire ſæculares, neque habitare in urbibus, qui monaſteriis ſunt addicti. Piſcis in coquina & monachus in Principis curia, ab extremo nihil videntur diſtare periculo, quoniam morti uterque eſt proximus, alter videlicet vitæ & carnis, alter ſpiritûs & mentis. Nam ſicut impoſſibile piſcem videtur diu in culina differendum à morte, cum propterea ſit illatus ut comedatur ab hominibus, ita non eſt poſſibile, quod monachus in curia Principis vel in tumultu mundanæ actionis propoſitum ſuum monaſticum inviolatum cuſtodiat, maximè ſi eum ambitionis aut avaritiæ cupido extra monaſterium trahat.* Elegit itaque Trithemius pauper habitare in cœnobio, magis quam dives converſari præter monaſticam regulam in ſæculo, nam, ut ait in Epiſt. 50. l. 2. *Victum habens & veſtitum Chriſtianus jubetur eſſe contentus, quoniam qui divites fieri cupiunt, varias tentationes dæmonum incurrunt; Monachus autem, qui divitias amat, nec monachus eſt nec Chriſtianus, ſed apoſtata potius & infidelis, quoniam & Evangelium transgreditur, & voti contemptor monaſtici ſuo Domino mentitur.* Sed non tantum fugit curias Principum Trithemius verum & Abbatias contempſit ditiores, prout ipſemet ait in Epiſt. 77. lib. 1. *Hæc me ſane annis compluribus nimio ſui amore detinuit* (loquitur de Abbatia Spanheimenſi) *& ne conſentirem in Abbatias pinguiores, quæ mihi offerebantur, ut ſcis; ſemper nimium retraxit.* Idque etiam confirmat Chron. Spanh. continuatum ad annum 1506. Secundo inter virtutes Trithemii ſe offert manſuetudo, patientia & contemptus vindictæ. Pro cujus demonſtratione eleganter loquitur Trithemius in Epiſt. 32. lib. 1. *Paratus ſum ipſe, Dominus Jeſus novit, & non ſum turbatus, pro gloria ejus nominis, pro meis quoque peccatis, & amore regni cæleſtis, non Abbatiam ſolùm & omnem hujus mundi favorem ſponte dimittere, ſed etiam extremæ inopiæ me ſubjicere, & addicere mendicitati. Injurias & contumelias non meritas à Principe Cynonotorum ſuſtinui, quas cum poſſem in ejus retorquere caput, malui amplecti patientiam, quam contra DEI voluntatem ſuſcitare vindictam. Eſt DEUS in cælo, qui videt injurias, quas patior ſine cauſa, ipſe, non dubito, vindicabit. Nam* ut ait in Epiſt. 75. lib. 1. *ad Chriſtianos pertinet, & maximè ad Clauſtrales injurias tacendo fugiendoque potius quam reſpondendo aut reluctando vincere, & quantò nos profeſſio monaſticæ inſtitutionis ad perfectionem ligat amplius tanto nobis licet minùs vim vi repellere, ſed magis oportet quæcunque adverſa patientiùs ſuſtinere. Chriſtiani ſumus & Clauſtrales peramplius ad humilitatem obligati, propter quod omnia gravia & amara pro Chriſti amore patienter à nobis ferenda ſunt. Ego, ut me Chriſti ſervum licet inutilem comprobarem, ecce quanta ſine demerito ſuſtinui meo, quæ in æmulos retorquere potuiſſem, ſed nocentibus malum inferre nunquam volui, ſperans*

rans

*rans, quod Dominus JESUS patientiam remuneratur quam dedit.* Tertiò inter virtutes Trithemii ſe offert humilitas & contemptus famæ & laudis; Quò placeat videre quæ partim ſupra cap. 15. jam oſtenſa ſunt, tum quæ plurimis in locis Chronicon Spanheimenſe ac literæ familiares ad Trithemium deſcribunt, ut Epiſt. 17. 18. 54. & alibi quæ longum eſſet recenſere ad alia properanti: Nec hic latiùs effundi poſſum in campum cæterarum virtutum quibus Trithemius enituit; Poſſem de ejus pietate, caſtitate, zelo honoris DEI & ſalutis animarum, juſtitia, temperantia, aliiſque integrum volumen comportare, ſed cum omnia ipſius ſcripta, dicta, facta, nil aliud prima fronte ſtatim ſpirent, quam omnium harum virtutum odorem, eò lectorem invito, & interea admirabundus ipſe calamum inſufficientem ſiſto. Id unum addo; Trithemium fuiſſe maximum cultorem B. Mariæ Virginis, & acerrimum propugnatorem ejus immaculatæ conceptionis, pro cujus manifeſto argumento videatur præter cætera Chronicon Spanheimenſe ad annum 1494.

## CAP. XIX.

## De Favore Principum Erga Trithemium Et Ejus Familiaritate Cum Viris Doctissimis.

Longus forem ſi enumerare ſummos Principes eos vellem, qui Trithemium honore maximo ſunt proſecuti, & pretioſiſſimis donis honorarunt; longior, ſi catalogum eorum non dicam Germaniæ ſed Europæ univerſæ virorum clariſſimorum huic tractatui inſerere tentarem, qui videndi, audiendique Trithemii cauſa maximis itineribus confectis in Spanheim venerunt, familiaritatem ipſius quæſiverunt, ac famam nominis ubique divulgarunt, novit id Spanheim, loquatur, quot per annos 23. ſub Abbate Trithemio viderit Principes, Epiſcopos, Prælatos, & ex omni orbe viros doctrina & eruditione celeberrimos; Nec certè propter Spanheim eò venerunt, *quid enim erat Spanheim antequam Trithemius eſſet in eo? aut quis ejus nomen audivit?* Longiſſimus autem forem, ſi famam Trithemii, quam in univerſo mundo conſecutus eſt ob ingenii penè divini perſpicacitatem, & incomparabilem omnium ſcientiarum doctrinam cogitarem revocare & quid orbis de eo dixerit, ſcripſerit, cogitaveritque denuò repetere; Solum igitur præcipuos Germaniæ Principes ſufficiat enumerare, apud quos in gratia & pretio Trithemius fuit. Inter eos autem primus eſt Romanorum Imperator ipſe Maximilianus I, qui Trithemiana conſuetudine impensè delectabatur, ac non tantùm ſæpius eum per literas accerſiri fecit, ut aliquanto tempore cum ipſo moraretur, verum & planè optabat eum in ſuam familiam adſciſcere, præſertim verò cum de Spanheim exiiſſet non ampliùs rediturus, per ſe & per Matthæum Gorcenſem Epiſcopum eum pluries ſollicitavit. Secundus eſt Philippus, Comes Palatinus Rheni, Bavariæ Dux & Princeps Elector, cui

familiariſſimus fuit Trithemius multisque ſæpiſſime diebus cum ipſo apud Budoras morabatur, quæ etiam ratio fuit, quod Ducis Cynonotorum gratiam exciderit, æmulorum invidiam ſuſcitarit, ac denique tot injurias & machinationes debuerit innocens tolerare. Tertius eſt Joachimus, Marchio Brandenburgenſis, S R. Imperii Archi Camerarius & Elector; de cujus amore, affectione, & favore erga Trithemium præſtat ſilere quam pauca dicere, legatur Chronicon Spanheimenſe, legantur literæ fermè innumeræ ab eo ad Trithemium ſcriptæ, maximè verò Epiſtola 19. lib. 2. Epiſt. fam. data Berlini 29. Maji 1507, quam ita finit: Vale Germaniæ decus & totius archa ſapientiæ, mei memor ad DEUM & amans, qui te vehementer amamus. Teſtantur idipſum plurima pretioſa dona queis Trithemius, *non* (ut ſunt verba dictæ epiſtolæ) *pro munere, ſed in ſignum amoris, ac ſtabilis amicitiæ dudum contractæ, & usque ad mortem permanſuræ* à memorato Brandenburgenſium Electore fuit honoratus. Taceo Hermannum Archiepiſcopum Colonienſem, Fridericum Ducem Saxoniæ, Chriſtophorum Marchionem Badenſem, Joannem Camerarium Dalburgenſem Epiſcopum Wormatienſem, Theodoricum Epiſcopum Lubeccenſem, Raymundum Cardinalem S. Mariæ novæ Presbyterum Apoſtolicæ Sedis de Latere tunc Legatum, & alios, in quorum ſpeciali gratia, favore, & familiaritate fuit, præſertim vero apud hunc poſtremum in tanta fuit exiſtimatione, ut, cum in Conventu Principum Anno 1503. Francofurti dictus Cardinalis ac Trithemius unà ad menſam Electoris Brandenburgici eſſent, Cardinalis Trithemio abituro dixerit: *O quam tardè notus quam cito recedis;* ac poſt egregiis muneribus donarit, magna promiſerit, ſi cum eo Romam pergare voluiſſet, & Curſum, Roſarium, Tractatum & Orationes in laudem S. Annæ per Trithemium ſcriptas auctoritate Apoſtolica confirmarit, ac indulgentiis dignatus fuerit. Sed & ex ultimis Galliis Epiſcopus Coburſenſis Trithemium propoſitis magnis donationibus ad ſe vocavit, fama nam queillius impulſus Præſul memoratus, cupiebat eum vel perpetuò vel ad tempus ſecum habere in Galliis & multa propterea pollicebatur. Atque hi quidem ſunt viri Principes; cæterorum nomina ſi quæ deſiderantur, videatur Chronicon Spanheimenſe ad annum 1582.

*FINIS VITÆ TRITHEMII ABBATIS.*

IOAN-

# JOANNIS TRITHEMII

PRIMO SPANHEIMENSIS DEINDE DIVI JACOBI PEAPOLITANI

ABBATIS

# STEGANOGRAPHIA

CONTRA

ACERBAS CENSURAS ET INJUSTAS CALUMNIAS

## VINDICATA.

### *PROOEMIUM.*

*Pro vindicanda Trithemii Steganographia in arenam deſcenſurus, cum triplici Adverſariorum genere animadverto decertandum eſſe: Sunt enim primò, qui editionem Steganographiæ præſentem rejiciant ut ſuppoſititiam contendendo, vel Trithemium de publicanda orbi tum curioſo Steganographia non cogitaſſe, adeoque ea omnia, quæ multis in locis promiſit, eſſe frivola, mendacia, & inanis gloriæ cauſa, ac, ut magnis Principibus fucum venderet, imprudenter in vulgus diſperſa, vel habuiſſe eum quidem in hac arte rariſſimæ ſubtilitatis inventa, ſed quæ (ut ipſe loquitur) aut malignitate nebulonum, aut ingratitudine orbis, aut magnitudine laboris deterritus in lucem non emiſerit, ſed æternum animo ſepeliverit; vel vagari forſan, aut latere in bibliothecarum receſſibus aliquam veram Trithemii Steganographiam, ſed editionem præſentem nil minus eſſe, quam genuinum & legitimum ipſius partum. Sunt ſecundò, qui librum quidem hunc illi reliquant Autori, cujus titulo ſub aſpectum gloriatur, cenſuris tamen plus juſto acerbis in eum invehant; ut, qui contineat ſuppoſititii partus veſtigia; qui tradat, quæ in virum religioſum, doctumque cadere non poſſunt; qui prodat dogmata pernicioſa, ad Magiam ſpectantia, non naturalia ſed vetita. Sunt denique tertiò qui librum cum Autore vetitæ magiæ, necromantiæ, ac ſuperſtitionis inſimulent damnentque. In duas autem præcipuè partes omnis Adverſariorum oppugnatio eſt diviſa, quarum altera Autoris eſt altera libri; Itaque & defenſionem oppoſitam in totidem partes exiſtimo dividendam eſſe, quarum altera ſimiliter ſit Autoris altera libri. Quantum quidem concernit*

*Autorem, credo ejus defenſionis faciliùs principium, quam exitum invenire; loquetur enim viri vita monaſtica, zelus religionis, fervor pietatis; defendet Imperatorum, Regum, Principum ac hominum doctiſſimorum familiaritas, teſtabitur infinita prope opuſculorum multitudo quæ in laudem Immaculatæ Virginis, in laudem S. Annæ, S. Joſephi, ac diverſorum aliorum Sanctorum, ſumma pietate conſcripſit; propugnabit illuſtrium ſcriptorum Eccleſiaſticorum ac Germaniæ luminarum gloria. Quod vero defenſionem attinet libri; facile omnia adverſariorum tela eludam; diriguntur enim ex tenebris, nec ſciunt ipſimet adverſarii, quo colliment, ſed divinant tantum, ac toties hucusque à ſcopo aberrarunt, ut ignorantiam fateri ſuam tandem fuerint coacti. Facilè quidem toti huic diſceptationi finem imponere liceret, lectorque ſine dubio ſupervacaneam judicaret diſputationem præſentem, ſi omiſſa Steganographia Vindicata immediatè ad reſeratam properarem; In ea enim obſcuræ metaphorarum translationes, intricatæ ænigmatum atque gryphorum circumlocutiones, horrendæ ſpirituum conjurationes ita ex umbra ad lucem, ex ſimilitudine ad veritatem, ex barbarie ad communis linguæ manſuetudinem ſunt revocatæ, ut cuivis etiam mediocriter docto tota Steganographiæ difficultas unico intuitu ſolvatur, atque innocentia Trithemii & Antagoniſtarum injuria omni omiſſa ulteriori defenſione manifeſta fiat. Verùm, cum etiam abſque notitia genuinæ clavis & puritas libro & autori fama innocentiæ reſtitui poſſit, judicavi non omnino alienum fore, ſi Steganographiæ Reſeratæ præponerem Vindicatam, ut, quod in una deeſt, ex altera perfectionem accipiat & claritatem, & ii, quibus clavem Steganographiæ non contingit penetrare, ex Vindicata diſcant, judicem ſe non oſtendere temerarium, qui priusquam veritatem cauſæ agnoverit, de ea profert ſententiam. In illa autem hæc mihi ferme ſunt præſtanda: 1.) Trithemium pro ingenii ſui ſubtilitate verè habuiſſe ingenioſiſſima inventa ſteganographica. 2.) Ea non tantum mente concepiſſe, ac ibidem ſepeliviſſe, ſed etiam ut minimum pro parte ſcripſiſſe. 3.) Ea inventa, quæ libro inſeruit, quem Steganographiam nominat, eam inquam Steganographiam adhuc extare, & non eſſe aliam quam editionem præſentem, quæ aliis Darmſtadiana nuncupatur. 4.) Nihil in illa Steganographia contineri, quod in virum religioſum doctumque cadere non poteſt, non dogmata pernicioſa & ad magiam ſpectantia, nihil Evangelicæ doctrinæ aut fidei contrarium. 5.) Nihil ibi tradi necromantici, nihil magici, nihil ſuperſtitioſi, ſed ea omnia, quæ ibi docentur, eſſe veris, licitis, & naturalibus principiis ſubnixa. Sit itaque.*

## *CAP. I.*

### Quid Sit Steganographia?

Nominis ex Græco στεγανὸς & γράφω derivati notatio rem ipſam deſignat, quod Steganographia ſit occulta ſcriptio, ſive ars per occultam ſcripturam animi ſui voluntatem abſentibus aperiendi; Enim verò cum Regibus & Principibus occurrant negotia multa, quorum ſuis interdum Vicariis procul abſentibus non ſatis tutò ſcientiam per literas uſitatas dare confidunt, operæ pretium fuerit, quemlibet eorum modos ſcribendi, nunciandique nonnullos habere ſpeciales, quibus ſecreta ſua tutiſſimè posſint nunciare amicis; his præſertim temporibus, in quibus prævalente licentiâ peccandi nusquam reperitur tuta fides in orbe. Hinc & legimus complures veterum ſapientum Philoſophos Reges & Principes olim varios & multiplices excogitâſſe modos, quibus nuntiis ſuis ad loca remotiora mittendis tutò committerent arcana conſilii, & quidquid myſterii confidendum occurriſſet ſecreti, quò fierent in perferendis idonei, atque ab omni pravorum incurſione ſecuri, nec vel ſimplicitas Cabaliſticorum denudaret myſterium, vel bacuceorum innata curioſitas apoſtolicis rebus inferret detrimentum. Alii familiares in myſterio artis propoſitæ bubones habebant Philophotos, alii Miſophotos, alii utrosque in practicam vocârunt ex arte. Rurſus alii cognitas transpoſuere literas alphabeti communis, alii Barbarorum ſub ſchemate proprios Characteres ſibi confinxerunt. Rurſus item alii miniſterio literarum utebantur viſibilium, ſcribentes cum minio vel encauſto communi; alii verò Characteres arbitrio ſuo inviſibiles ad nutum formaverunt; & quis veterum occultè ſcribendi modos exprimeret omnes? Ita quidem vetuſtas, verùm licentioſior hodiernus orbis alios ac longè ſubtiliores occultè ſcribendi modos coëgit excogitare, quos Joannes Baptiſta Porta, Hieronymus Cardanus, Blaſius Vignerius, Erycius Puteanus, Hermannus Hugo, P. Athanaſius Kircherus, Guſtavus Selenus, ac denique P. Caſparus Schor, S. I., ingenioſiſſimis inventis illuſtrârunt; quantum verò illi in ſubtiliſſima hac arte præſtiterint, examinare, nec virtutis eſt meæ

nec voluntatis; ſolum libuit lapidem lydium apponere, ad quem omnia eorum inventa ſteganographica lector ingenioſus ipſemet explorabit. Tria autem requiruntur ad perfectam Steganographiam. Primò: Ut modi occultè ſcribendi ſint abſque omni ſuſpicione. Secundò: Ut ſint ſecuri, nec quisquam ſecretum ſub illis latens virtute naturali indagare poſſit. Tertiò: Ut ſint faciles tam pro ſcribente quam pro legente. Hæc, qui præſtiterit, illum ego Steganographum credidero perfectum.

## CAP. II.

## AN TRITHEMIUS STEGANOGRAPHIAM ALIQUAM SCRIBERE COGITAVERIT?

Chronicon Spanheimenſe ad annum Chriſti 1499. de Steganographia Trithemii animo conceptâ in hæc verba ſcribit: Anno quoque prænotato, ſecundâ feriâ poſt diem Palmarum Joannes Trithemius Abbas hujus Monaſterii, Arnoldo Boſtio Carmelitæ Gandavi commoranti, viro doctiſſimo atque religioſiſſimo per literas ſciſcitanti, quid ſcriberet, ut vero amico reſponſurus reſcripſit; ſe in manibus habere magnum opus Steganographiæ ad unius Principis petitionem, quæ tractaret de quibusdam rebus & artibus occultis atque mirandis ab eo noviter inventis, quæ nulli hominum antehac fuerint cognita, quemadmodum opus ipſum probat; Verum priusquam veniſſet Epiſtola Gandavum, Boſtius ipſe, cui ſcripta fuerat, pridie nonas Aprileis, hoc eſt quintâ feriâ poſt feſtum Paſchæ (Trithemio naſciente) ad Dominum migravit. Prior ergò Conventûs Gandavi miſſam Boſtio Epiſtolam aperuit, legit, & quaſi pro miraculo ubique divulgavit, quæ brevi temporis ſpatio per totam Galliam & Alemanniam, coram multis Principibus & doctiſſimis viris fuit publicata, reſcripta, & maximâ omnium admiratione lecta, & pro novo & inaudito miraculo habita. At verò, cum nullus, quantumlibet eruditus, earum rerum, quæ ibi promittebantur, vel principia, vel rationes intelligere potuiſſet, ambiguam protulere ſententiam. Alii Trithemium hominum divinum, alii prædicabant eruditiſſimum; Nonnulli, quibus & intellectus tardior, & voluntas ad temeritatem paratior, magum eum, & ſpirituum miniſterio hac agere con-

confirmabant, ſed, quam pura ſint naturalia cuncta, quæ in eadem Epiſtola referuntur, ex principio libri Steganographiæ pateſcit. Hac novitate commoti plerique viri doctiſſimi ex ultimis Galliæ finibus, videre & alloqui Trithemium, huc venerunt, qui viſis libris & rebus ipſis, quorum famam longè poſiti audierant, demonſtrationeque lucidiſſimâ, quantum decuit, à Trithemio aſſumptâ, famam rebus & veritate longè inferiorem fuiſſe confeſſi ſunt. Nonnulli etiam longe diſtantes nuncios ſuos cum literis ad Trithemium miſerunt, cupientes rei cognoſcere veritatem quam ſolâ famâ cognoverant. Horum aliquibus Trithemius ita reſcripſit, ut & mirandorum ſuorum operationem ſine ſuperſtitione naturaliter intelligerent eſſe posſibilem, & quod principia ipſius artis, operandique per eam tanta mirabilia, rationem neſcirent. Inter eos verò, qui hiſce de rebus Trithemium per literas convenerunt, Vlaſcus Luſitanus, vir certè doctisſimus, tantâ ſubtilitate, tantâ eruditione, tantâque varietate argumentorum literis cum Trithemio egit, ut nemo in proponendis quæſtionibus talium rerum eo perſpicacior unquam fuerit à Trithemio compertus. Hucusque dictum Chronicon. Cujus authoritate, innumeriſque prope aliis locis, quibus Steganographiæ ſuæ Trithemius facit mentionem, adductus, indubitatam præſentem quæſtionem, atque inde ocioſisſimam judicavi; atque eum, qui eam diſputare contendat, vel neſcire, quod omnes ſciunt, vel negare, quod omnes credunt, vel calumniari, quod omnes admirantur & laudant, neceſſe ſit. Invenio tamen nonnullos, quibus (ut rectè Chronicon) & intellectus tardior, & voluntas ad temeritatem paratior, & quibus familiarius eſt ſapientiam ſpernere, quam didiciſſe, qui novitate & ſubtilitate promiſſorum in admirationem converſi & ſtuporem, impoſſibilia exiſtimantes ea, quæ Trithemius promiſit, non erubuerunt aſſerere: illa omnia eſſe frivola, mendacia, & inanis gloriæ cauſa, ac ut magnis Principibus fucum venderet, imprudenter excogitata. Verum quantam tales homini Chriſtiano, Presbytero, religioſo, viro integerrimo, ac de Rep. literaria meritisſimo injuriam inferant, quis non videt? niſi cui incomparabile Trithemii ingenium & honoris mundani contemptus non innoteſcit. Certè ſi ejus ingenium conſideremus, tanto à natura fuit præditus, ut ſuo

ævo ſit habitus miraculum ingeniorum, quod elegantisſimè Paulus Meliſſus Francus Com.Pal. & Eques Aur. civis Romanus his verſibus declarat:

*Humanos ſupra captus, mentesque Sophorum*
*Et mentes genium, cui fuit ingenium.*
*Non quierit diâ ſuperare Trithemius arte*
*Quicquid humo ſummum, quidquid in axe poli?*
*Deſine mirari; vir tantus ad omnia doctus*
*Naturæ inſtinctu totus acumen erat.*

Huic excellentisſimo naturæ dono conjunxit indefeſſum ſtudii laborem, atque brevisſimo tempore naturæ vires artis perfectione ſupra conditionem ferme extulit humanam, quod in ejus elogio egregiè deſcribit Andreas Thevetus Engoliſmenſis Cosmographus regius: *Encores enfant, bruslant d'une affection & amour des lettres, ſe propoſa chercher plus loing viande plus ſolide, pour appaiſer ſa faim: donc pour cet effect voyagea par diverſes provinces, & eſtudia és plus celebres Vniverſitez, qui floriſſoient adonc ques és ſciences tant humaines, que ſacrées, de maniere, qu'en petit eſpace de temps par continuel labeur, paruint au comble & perfection de ſçauoir. Car il eſtoit ſubtil Philoſophe, ingenieux Mathematicien, Poete celebre, Hiſtorien accomply, Orateur fort eloquent, & Theologien inſigne: doué au demeurant de pluſieurs rares vertus & graces, tant du corps que de l'eſprit.* Nec hujus divinando fit conjectura, ſed infallibile præbent argumentum multitudo, atque excellentia operum, quibus orbi ſtuporem parit & admirationem; ſive enim in iis ſtyli ſpectes elegantiam, ſive materiæ perpendas ſubtilitatem, attonitus hærebis, nec, quid in tanto numero mirere magis, tecum poteris convenire; Pro exemplo inter cætera quam plurima, quæ poſteritati reliquit ingenii monumenta Polygraphiam intuere, de qua ſupra nominatus Andreas Thevetus ita loqui pergit: *Quant aux livres de la Polygraphie, ceux, qui luy ſont les moins affectionnés, ſont contraincts d'admirer l'ingenioſité du ſtile, du quel il a usé, auſquels il deſcrit diverſes manieres d'eſcrire miſſives: mais c'eſt avec telle difficulté, que ceux, qui ſont les mieux verſez, ont aſſez de peine d'y pouuoir atteindre. Pour ceste occaſion luy meſme à forgé un livre, qu'il nomme le def def de la Polygraphie, à fin d'y ouvrir la porte & manifeſter le ſecrets, qui ne pouvoient*

*eſtre*

*eſtre communiquez, veus, ny recogneus, qu'avec une peine ineſtimable.* Si inſuper perpendamus humilitatem & contemptum rerum temporalium, honorum, dignitatum ac divitiarum, quo mentes ſuam contra omnem hujus orbis vanitatem muniverat, impoſſibile creditu eſt, eum abſque fundamento talia ſibi attribuiſſe inventa: quid enim inde expectâſſet? aurum forſan & divitias? honores ac dignitates & Principum favorem? ſed oblatos ultro principum favores & honores reſpuit, monaſticæque diſciplinæ obſervantiam amplexus eſt, de quo audiamus Chronicon Spanheimenſe ad annum Chriſti 1506, pag. interea, 426. n. 50: *Exiſtimantes Trithemium extra Sponheim non poſſe vivere, qui multis & notus & charus erat Principibus, apud quos (ſi voluiſſet) optimam vivendi conditionem omni tempore inveniſſet: Rex enim Romanorum Maximilianus per ſe, & per Matthæum Gorcenſem Epiſcopum illum pluries ſollicitavit, cupiens eum habere ſecum, vel in aliqua urbium ſuarum, ad ſcribendum hiſtorias, & reliqua id genus, à quo annuo ſtipendio adhuc provideretur, ſi munus oblatum vellet ſuſcipere. Philippus, Comes Palatinus ac Bavariæ Dux inclytus, Princepsque Elector Imperii, proviſurum in cunctis neceſſariis, quoad viverent ambo vel alter, ampliſſimè Trithemio Abbati pollicebatur. Joachim etiam Brandenburgenſis Marchio Elector Imperii, tanto usque in præſentem diem Trithemium deſiderio amplectitur, ut nihil magis quam habere illum ſecum videatur: teſtantur hoc nuntii & epiſtolæ manu ipſius ſcriptæ & plures & frequentes, tam ad Epiſcopum Herbipolenſem pro benevolentia & conſenſu, quam ad ipſum Trithemium ut venire conſentiat, bona voluntate rogantes. Hoc ipſius Principis in ſumma continet precatio, ut quia manere cum eo extra monaſterium perpetuo Trithemius non conſentit, ad tempus parvum ſibi adeſſe non recuſet. Vera ſunt hæc, & non ſolum literis memorati Principis celeberrimis comprobata, ſed etiam donis & muneribus per magnificis ſæpe demonſtrata. Multis enim & magnificis muneribus ipſe Marchio honoravit Trithemium, & crebris illum beneficiis usque in hodiernum diem non ceſſat cumulare. Ex eo namque tempore, quo receſſit à nobis, ad minus in valore quingentorum aureorum ipſum ab illo conſtat honoratum: nec fuit intereà annus, quorum nunc ſex tranſierunt, in quo ſæpe dictus Princeps Trithemium non honoravit, vel ſcypho aureo ſive argenteo, vel aliquo munere aliò. Inſuper & ſuis expenſis illi piſces ſalſatos, lucios & alios cum vaſis pluri-*

 mis

*nis tranſmiſit ad Herbipolim. Archiepiſcopus denique Colonienſis Hermannus operam Trithemio in omni neceſſitate promiſit affaturam, quem & pecuniis & argenteis ſcyphis pluries cumulavit. Abbas etiam Fuldenſis, audiens Trithemium diſceſſiſſe à nobis, nec velle redire, per Hartmannum Comitem de Kirchburg eum ſollicitari fecit, quatenus declinaret ad Fuldam, promittens ei Præpoſituram unam in ſtantis vitæ ſuſtentationem. Simili munificentia plerique alii potentes in ſæculo ac divites Trithemium proſecuti ſunt, qui illum habere ſecum ac providere abundantiſſimè promiſerunt: nec hodie quidem deſunt, nec deerunt in futurum, qui illum cum honore ſuſciperent, & honeſta conditione providerent, ſi ad eos declinare conſentiret. Verum Johannes ipſe Trithemius in obſervantia monaſticæ diſciplina à principio in præſenti monaſterio Sponheimenſi, cum eſſet annorum ferme trium & viginti ſuſceptus, & laudabiliter inſtitutus, in Curiis Principum converſari ſanum ſibi non duxit, nec integrum, neque extra unionem ſanctam obſervantiæ ſecedere honeſtum.* Hucusque d. Chronicum. Nec Trithemius pro mercede temporali laboravit: ita enim inquit in epiſtola ad Joannem Capellerium, Mathematicum Pariſienſem, quæ eſt 43. l. 2. Epiſt. fam. *Secunda eſt maximi laboris intentio & parvæ mercedis retributio; Nam, ut vidiſti, opus eſt arduum & acutiſſimæ ſpeculationis, quod ſine labore maximo nequeat conſummari. Et quæ tanti laboris retributio, niſi auri forſitan pondus modicum, quod tranſitorium eſt, & ob id à Chriſtiano Monacho potius contemnendum. Pro mercede temporali nunquam mihi fuit animus laborandi, qui me vocatum in vineam Regis conſpicio ſempiterni.*

## CAP. III.

## QUID TRITHEMIUS IN STEGANOGRAPHIA SCRIPTURUM SE PROMISERIT?

Admirabundus ego in Cap. præſenti ipſemet lector & auditor eorum ero, quæ Trithemius in ſupra memoratis literis ad Arnoldum Boſtium Carmelitam Gandavum ac multis Polygraphiæ ſuæ locis de Steganographia commemorat.

Primò. Literæ ad Arnoldum Boſtium. In manibus jam habeo grande opus, quod, ſi unquam fuerit publicatum, quod abſit, totus mundus mirabitur, cujus primi libri titulus eſt Steganographia: Erunt autem quatuor libri, quilibet ad minus centum capitulis diſtin-

ſtinguetur. Incepi hoc opus ad inſtantiam unius magni Principis, quem nominare non opus eſt. Quæris, quid hoc opus docet? Maxima docet omnibusque neſcientibus ſtupenda & incredibilia, quæ à ſæculo nunquam ſunt audita. Primus enim liber continet plusquam centum modos occultè ſcribendi, quidquid velis, ſine omni ſuſpicione, ſine literarum transpoſitione, ſine omni timore, ita, ut non ſit homo in mundo, qui naturali induſtriâ ſcire, vel ſuſpicari quidem poſſit, quod in meis literis contineatur, præter eum, qui artem novit ex me, vel ex eo, quem ego docuero. Verba ſunt plana & familiaria, omni ſuſpicione carentia, ſed intentionem meam nemo ſine arte percipere poterit in æternum, quantumcunque ſit doctus, & eſt res vere ſtupenda. Secundus liber multò mirabiliora continebit, per ignem ſidelicet in hac arte poſſum mentis meæ conceptum notum facere artem meam ſcienti ad quamcunque diſtantiam, ad centum milliaria vel plura, ſecurè, ſine verbis, ſine ſcriptis, ſine ſignis, per quemcunque nuntium, qui, ſi comprehenſus in via fuerit, ſi interrogatus etiam per tormenta duriſſima, nihil poteſt fateri de nuntio meo, quia nihil penitus ſibi conſtat de illo; quidquid occurrat, nuntium meum ſemper manebit occultum, nec omnes totius mundi homines, ſi ſimul eſſent congregati, poſſent illud inveſtigare virtute naturali, quod etiam facere ſine nuntio, dum volo, poſſum. Voluntatem quoque meam indicare poſſum ſedenti in carcere artem ſcienti? etiam longè abſens, quantumcunque cuſtodiatur, etiam ſi tribus milliaribus ſub terra ſederet. Et hæc omnia latiſſimè & univerſaliter, quando & quotiescunque voluero, poſſum, naturaliter ſine aliqua ſuperſtitione vel adjutorio ſpirituum quorumcunque. Mira ſunt fateor, ſed audi mirabiliora. Tertius liber docet artem, per quam poſſum hominem idiotam ſcientem tantum linguam maternam, qui nunquam novit verbum latini ſermonis, in duabus horis docere, ſcribere, legere & intelligere latinum ſatis ornatè & diſertè, quantumcunque voluerit, ita, ut quicunque viderint ejus literas, laudent verba, intelligant latine compoſita. Quartus liber continet multa ſtupenda experimenta, ſed pura naturalia, mentem ſcilicet meam indicare poſſum ſcienti artem meam inter edendum, vel ſedendum cum aliis ſine verbis, ſine nutibus, quam latisſimè voluero, etiam inter loquendum, prædicandum, ludendum in organo, vel

cantandum ſine impedimento actionis alterius cujuscunque ita, ut prædicando bona & ſancta indicem non verbis, non ſignis, non nutibus cuicunque ſcienti latiſſimè quidquid voluero, etiam clauſis oculis & multa alia quartus liber continebit arcana; quæ non ſunt in publicum proferenda. Mirantur hæc omnes, qui audiunt, è quibus multi ſunt viri nobiles, atque doctiſſimi exiſtimantes, iſta aut eſſe impoſſibilia, aut penitus ſupernaturalia. His ego, tibique reſpondeo, quod multis reſpondi, multa naturalia eſſe posſibilia, quæ neſcientibus vires naturæ imposſibilia, vel etiam ſupernaturalia videntur: Et ecce coram DEO meo loquor, qui novit omnia, quod ea, quæ prædixi miranda, multo ſint excellentiora, profundiora, & majora, quam ego ſcribere aut tu credere posſis, & tamen omnia ſunt pure naturalia, ſine deceptione aliqua, ſine ſuperſtitione, ſine magica arte, ſine invocatione ſeu miniſterio quorumcunque ſpirituum. Hæc ideo dixerim, ut ſi forte aliquando rumor ad te pervenerit, me aut ſcire aut poſſe miranda, non me Magum, dico exiſtimares, ſed Philoſophum. Nam quod Alberto Magno profundiſſimo rerum naturalium ſcrutatori contigit, ut propter miranda, quæ occulta virtute naturæ operatus eſt, Magus à vulgo ſit habitus, mihi ſum certus ſimiliter contingere poſſe. Si quæris, unde mihi iſta, quæ nemo alius novit? audi. Non ab homine, neque per hominem iſta didici, ſed per revelationem, neſcio, cujus; Cum enim præſenti anno quadam vice cogitarem, quid novi poſſem invenire, quod omnes lateret, cœpi cogitare, ſi ea poſſem excogitare, quæ dixi miranda. Cum poſt longam phantaſiam tanquam de re impoſſibili penitus deſperarem, dormitum ea me nocte repoſui, fatuitatem meam ipſe mecum deridens, quoniam impoſſibilia pertentaverim, eadem nocte mihi adſtitit quidam, dicens: Non ſunt vana ò Trithemi quæ cogitaſti, tanquam tibi ſint imposſibilia, quæ nec tu, nec alius tecum poterit invenire; dixique ad eum: ſi ergo posſibilia ſunt, dic obſecro, quomodo fiant, & aperiens os ſuum de ſingulis per ordinem me docuit, oſtendens quomodo fieri, quæ multis diebus fruſtrà cogitaveram, de facili poſſent. Ecce coram DEO, quia non mentior, ſed veritatem dico, neminem iſta adhuc docui, quamvis multi promittentes magna ſæpe rogarint, præter unum Principem, cui ſcribo, quem de posſibilitate artis manifeſto argumento feci certiorem, nec decet iſta

alios

alios ſcire quam Principes, alioquin multa per ea fierent mala, traditiones, deceptiones, fornicationes, & alia, quæcunque vellent homines mali. Sed bene utentes arte, multa per eam bona reip. facere poſſent. Poſſum autem iſta omnia docere in omni lingua totius mundi, quam nunquam audivi. Hæc tibi Boſti propterea ſignificare volui ne me crederes otioſum.

Secundò. Trithemius in Polygraphia ſua, pag. provenire, 34. Prima utilitas eſt, quod conſummata hujus operis intelligentia modum indigenti dat facilem, quo mentis tuæ arcanum, tutò, ſecretè, ac ſine aliqua ſuſpicione quorumcunque intuentium notum facies artis induſtriam ſcienti, quam latiſſimè fuerit opus ad quemlibet locorum diſtantiam, ſermone regulatam. Quod latet in his, Steganographiæ opus eruit, quæ nec literas nec nuncium requirit arcana, quæ ferat, ſcientem, ſecus fieret in rebus lucem admittentibus, more noſtrorum omnium communi; Rem aliter, quam eſt, ne capias.

Tertiò. Trithemius in Polygr. ſua, pag. Regni, 49. Explanatio. Bedanus iſte monachus in libello ſuo de inventis antiquorum, multos & varios occultè ſcribendi, notandique modos recenſuit, quibus arcana ſua tutò nunciabant amicis, & ſine voce loquebantur præſentibus. Arthrologiam & Dactylogiam primus omnium literis commendavit, quarum uſu alter pandit alteri ſecuriſſimè quidquid voluerit ſecreti, quod aſſidentium nemo notabit alius ac multò minus intelliget. Multis hoc ipſum & aliis modis fieri poſſe Bedanus ipſe docuit, de quibus, cum nihil in Polygraphia ſcripſerimus, loqui etiam plura hic meritò recuſamus, locum his ipſis rebus arduis proprium in Steganographia dudum conſignavimus, quam edere in publicum necdum cogitamus. Et quis Veterum occultè ſcribendi modos exprimeret omnes? Alii enim artis familiares in miniſterio artis propoſitæ bubones habebant Philophotos, alii Miſophotos, alii utroſque in practicam vocârunt ex arte; Rurſus alii cognitas transpoſuere literas Alphabeti communis, alii Barbarorum ſub ſchemate proprios characteres ſibi confinxerunt. Rurſus item alii miniſterio literarum utebantur viſibilium ſcribentes cum minio vel ancauſto communi, alii verò characteres arbitrio ſuo inviſibiles ad nutum ſuum formârunt. Modi verò characterum viſibilium pro ſcriptura occulta nimis ſunt multi, ac penitus innumerabiles,

quorum mentionem facere omnium, nec voluntatis eſt noſtræ nec virtutis. Inviſibilium autem tria ſunt genera inter mortales hodie magis uſitata; Primum nuncupatur Dermaticum, quo fit in dorſo nunciorum ſcriptura quædam artificialis per loturam cujusdam humoris duntaxat viſibilis, quem penetrare nemo ſufficit, qui artis neſcieret arcanum. Secundum verò Hyphaſmaticum dicitur, quo rebus certis in panno ſcribitur, quod exſiccatum videri poteſt minimè, donec madefactum in aqua frigida cernatur. Tertium genus nominatur Aleoticum, quod eſt multiplex & varium, tam in forma, quam in materia, habetque modos occultè ſcribendi pene innumerabiles, ejus autem ſcriptura fit in charta vel ſine charta cum nemilua, & cala, cum rapho, cum lapolce, aliisque rebus diverſis. Scribuntur item literæ ac variis modis abſconduntur & locis ut ſub rare tabulata, ſub rorifila rubior, in leopi, in neco flas, in ceocali, locubat, ratera, in liſpilie, & aliis ſimilibus penè infinitis; Verum quia nihil iſtorum hac vice noſtro deſeruit propoſito; propterea convenit, ut ad ea, quæ ratio poſtulat, feſtinemus. Eſt & aliud genus dactyletron, non ſcribendi tamen, ſed notis quibus ſubtiliſſimis modis alter alteri mentis ſuæ poteſt intimare conceptum, quod & ipſum tot variatur differentiis, ut nemo ſit in mundo, qui ſpecies tanti queat myſterii omnes dinumerare. Modo Principali ſimul & aliis multis ex eo deſcendentibus artificialiter in menſa ſedens, vel in quolibet alio loco quidquid volueris artem ſcienti, poteris intimare ſecurè, tutiſſimè & ſine cujusquam ſuſpicione; Denique, ut ſine literis arcanum mentis tuæ denuncies abſenti etiam ipſo neſciente, qui officium gerit nuntiantis, inventis Steganographiæ manet adſcriptum.

Quartò. Trithemius in Polygr. ſua pag. propterea 64: Dabimus ergo in quatuor ſequentibus libris faciliores quidem ſcribendi modos, licet ſuſpicione intuentium prorſus non careant, propterea, quod intellectum abhorreant plurimorum. In Steganographia autem locupletiores ſunt modi, ſecretiſſimè & ſine aliqua ſuſpicione ſcribendi, ubi non dictio literam, ſed quæque aliam integram ad myſterium convenientem repræſentat dictionem; Cujus rei ponamus exemplum; ut ſi velis præmonere amicum de aliquo imminente periculo ſub tali narratione verborum: *Conſpiraverunt in necem*

*tuam*

*tuam Malancius, Tiberius, Joannes & Petrus, famuli Comitis de Aſoto, & quartâ die poſt Laurentii in nocte circumvallabunt domum tuam, provide quid agas.* Hoc ſecretum Steganographia ſic palliat: *Oro te amice chariſſime, ut mutuo mihi transmittas decem florenos cum latore præſentium, quia ſunt mihi valde neceſſarii pro conſtructione cujusdam ædificii, eos tibi fideliter reſtituam.* Quis hoc arcanum crederet aut ſuſpicaretur latere in ſermone præſcripto? quod idem etiam ſub alia narratione ponamus: *Domine Jeſu Chriſte, fili DEI vivi, qui homo fieri, pro nobis pati & mori voluiſti, miſerere mei peccatoris indigni, nunc & in terribili hora mortis meæ.* Ecce jam unam cordis tui occultam ſententiam duplici habes narratione ſub Steganographiæ limitibus velatam, ſermone brevi, & fideli, quam totus mundus nec ſuſpicari quidem poterit, nec, ſi annis quærat centum, ullatenus invenire, etiamſi omnes docti convenirent. Denique hanc ipſam ſententiam cordis tui ſecretam, non ſolum una vel duabus narrationibus præſcriptis, ſed penè infinitis modis jam dicta Steganographia docet abſcondere, &, cui volueris tutiſſimè, ſecretiſſimè, ac ſecuriſſimè nunciare. Omnes quoque modi hujuscemodi adinventionis per metatheſin poſſunt mutari vicibus infinitis, & ſcribi per eos ac nunciari univerſa.

## CAP. IV.

## AN TRITHEMIUS STEGANOGRAPHIAM SUAM NON TANTUM MENTE CONCEPERIT SED ETIAM SCRIPSERIT?

Hanc ipſam quæſtionem in terminis proponit P. Caſparus Schot in Schola ſua Steganographica, Claſſe 7. Erotemate 2, ac refert: P. Athanaſium Kircherum ſentire: Steganographiam Trithemii, cujus ipſe in citata paulò ante epiſtola ad Boſtium mentionem facit, non fuiſſe ab Autore conſcriptam, ſed mente tantum conceptam, putareque illum, id ſe evincere poſſe ex ipſis Trithemii verbis. 1. Quia in ſupra dicta epiſtola ad Boſtium in partitione operis utitur verbo futuri temporis: *Erunt autem quatuor libri, quilibet ad minus centum capitulis diſtinguetur.* Ex quo luculenter appareat, eam tantummodo mente conceptam fuiſſe. Secundò: Quia Trithemius ipſe innumeris in locis dicit, Steganographiam nunquam edendam; ut in principio ejusdem epiſtolæ: *In manibus jam habeo grande opus, quod ſi unquam fuerit publicatum, quod abſit, totus mundus mirabitur.* 2. In literis ad Nicolaum Gerbellium Phorcenſem: *Inter*

*hæc*

*hæc quoque novo invento Steganographiæ navamus operam, quod in lucem edere necdum pollicemur, nebulonum malignitate deterriti. Dicebat quidam: qui facit, quod nemo, mirantur omnes. Jam vero dicendum: qui facit novum, detrahunt omnes. Maneat ergo ſepultum, quod tempore incongruo culpatur repertum.* 3. In præfatione Polygr. ad Maximilianum Cæſarem pag. Commercium, 26: *Lateat ergo Steganographia in tenebris, nec fiat Bouillanæ ſocietati mendaci communis.* 4. In Expoſitione in Prologum Polygr. pag. uſu, 50. *Locum his ipſis rebus arduis proprium in Steganographia dudum conſignavimus, quam edere in publicum necdum cogitamus.* 5. In cautelis expoſitionis lib. 1. Polygr. pag. mundi, 61: *Sed iſta in ſuis permaneant latibulis cum reliquis, ratio nos permovit, quoniam & lapides pretioſos in ventum projicere, & ardua ſine fructu gratitudinis parare, mihi nec placet nec omnino conducit.* 6. In explanatione lib. 2. Polygr. pag. quam, 65: *Quare autem Steganographiæ opus ſilentio maneat ſepultum, ſatis in Polygraphiæ noſtræ procœmio eſt dictum, & propterea iſthic non fuerat replicandum; Lateat ergo, ne videatur ab ingratis.* His textibus Trithemianis P. Athanaſius Kircherus omnino ſibi perſuadet, Steganographiam nunquam à Trithemio fuiſſe conſcriptam. Sed iis omnibus non obſtantibus cum P. Caſparo Schot lubens in contrarium deſcendo, ac textibus Trithemianis generalibus & mutilatis, ſpeciales ac integros oppono. Primò: In Præfat. ad Maximil. Cæſarem, pag. juſtos, 23. *Ad memorati Principis & Domini Electoris Philippi, Comitis Palatini Bavariæque Ducis inſtantiam, ego Joannes Trithemius nunc Abbas Monaſterii Sancti Jacobi apud Wirciburg, tunc vero Divi Martini Præſul in Spanheim, Moguntinæ Diœceſis, octo Myſteriorum libros in Steganographia ſcribere cœpi, me autem in tertio jam libro ejusdem operis lucubrationem continuante, res contigit, &c.* Et paulò poſt: *Altera Palmarum die per mercatores ut amico ſcripſi; me habere ſub incude novum & mirandum Steganographiæ opus, &, quid in ſingulis contineretur libris, per ordinem reſeravi.* Item in eadem præfatione, pag. ſeq. 24: *Cumque ut fieri ſolet inter amicos, maximè literarum ſtudioſos, omnia meo gratiſſimo hoſpiti exhibuiſſem videnda, cum aliis ſe obtulit etiam memoratum opus Steganographiæ necdum eo tempore conſummatum; vidit Bovillus & obiter legit, mente aliunde occupatus ſe ad inventum mirari dixi. &c.* Secundò: In Epiſt. ad Joannem Capellarium, Mathematicum Pariſienſem, quæ eſt 43. lib. 2. Ep. fam: *Steganographiam vero meam, cujus*

*primòs duos libros in Colonia vidiſti, neſcio ſi unquam in lucem editurus ſum.* Tertiò. In ep. ad Rogerium Sycambrum, quæ eſt 51. l. 2. epiſt fam. *Magnum poſthæc & nimis arduum opus Steganographiæ mirabilis adinventionis in octo libros partiendum ſcribere ſum adorſus, cujus primum quidem librum & ſecundum ad finem usque perduxi, tertium vero mancum & reliquos omnes dimiſi, usque in hanc diem animo ſepultos, multiplici conſidevatione perſuaſus, cum & labor ſit magnus, & forſan retributio parva, maneat ergo imperfectum ſicut jacet, donec aliud perſuadeat utilitas. Hoc opus ſic incipit: Antiquiſſimos ſapientes, quos Græco ſermone Philoſophos.* Quid clarius pro noſtra ſententia in medium adferri poteſt? Sed nec Textus à P. Kirchero allati quidquam nobis obverſantur. Primò enim, quod Trithemius in literis ad Arnoldum Boſtium in partitione operis loquatur per verba futuri temporis; 1. Vel nihil probat, vel noſtram quoque ſententiam confirmat; In eadem namque epiſtola, dum narrat, quid in ſingulis libris contineatur, utitur præſenti tempore. *Primus liber continet. Secundus liber multa mirabiliora continet. Tertius liber docet artem. Quartus liber continet multa ſtupenda experimenta.* 2. Si tandem aliquid probaret, poſſet concedi, quod eo tempore necdum fuerit ſcripta, ſcripta ſit autem poſtea; dicta autem Epiſtola ad Boſtium emiſſa eſt Feria 2. poſt diem Palmorum Anno Chriſti 1499, noſtra verò teſtimonia longo tempore poſt; Et quidem primum Anno 1508, 26. Aprilis; ſecundum Anno 1507 16. Auguſti; tertium eodem anno, ultima die Auguſti. Secundò, quod textus dicant, Steganographiam non debere publicari; debere manere ſepultam; debere latere in tenebris; non debere edi in publicum; Propoſito non deſeruit: poſſunt enim & ſcripta latere in tenebris, manere ſepulta, & non edi in publicum; Et ſi proprietatem earum dictionum accuratius enucleemus, magis conveniunt iis, quæ jam in ſcripturam redacta ſunt, quam, quæ animo tantum concepta.

## *CAP. V.*

## AN TRITHEMII STEGANOGRAPHIA SIT IN LUCEM EDITA?

Iterum in præſenti quæſtione mihi dux eſt P. Caſparus Schot, & contrarius P. Athanaſius Kircherus, ſentiens Trithemii Steganographiam nunquam in lucem editam fuiſſe, iſtamque opinionem ex ipſis Trithemianis verbis in cap. ſuperiori tam à ſe pro ſua, quam à

nobis pro noſtra ſententia adductis intendit confirmare; Inprimis verò multum illi ſuffragantur ſupra citatæ literæ ad Joannem Capellerium Mathem. Pariſienſ. *Steganographiam vero meam, cujus primos duos libros in Colonia vidiſti, neſcio, ſi unquam in lucem editurus ſum, trium intuitu rationum. Prima ratio, quæ me ab ejus editione retrahit, eſt futuri conſideratio, & timor veriſimilis mali, quod per abuſum pravorum hominum contingere poſſet, cum noſtris inventis mali non minus uterentur ad malum, quam boni ad bonum. Secunda eſt maximi laboris intentio, at parva mercedis retributio; Nam ut vidiſti, opus eſt arduum & acutisſimæ ſpeculationis, & quod ſine labore maximo nequeat conſummari. Et quæ tanti laboris retributio? niſi auri fortaſſe pondus modicum, quod tranſitorium eſt, & ob id à Chriſtiano monacho potius contemnendum; pro mercede temporali nunquam mihi fuit animus laborandi, qui me vocatum in vineam Regis conſpicio ſempiterni. Tertia vero cauſa eſt, indoctæ plebis æſtimatio, qua omne, quod non intelligunt, malis artibus adſcribunt. Nihil adhuc ſcripſi, de quo merito quiſpiam poſſit admirari, nihil feci ſtupendum, & tamen vulgi opinionem patior, dum magum me plerique arbitrantur, aſſeverantes, me ſuſcitaſſe mortuos, evocaſſe ab inferis dæmones, prædixiſſe futura, fureſque reduxiſſe carminibus, & ligaſſe latrones. Quæ omnia conficta & ementita nec feci unquam, nec cogitavi quidem. Libros, fateor, magorum pleroſque legi, non ut imitarer, ſed ut eorum ſuperſtitiones peſſimas aliquando redarguendo confunderem, quod largiente Domino Jeſu Chriſto brevi me facturum confido. Quid putas de me opinabitur ſtulta hominum indoctorum futura temeritas, cum Steganographiam in lucem produxero, quæ talia de me confinxit mendacia, cum nihil adhuc viderit arcani? Quamvis non magni facio hæc garrulamenta imperitorum, conſcientiæ teſtimonio contentus; dare tamen occaſionem ſuſpicionis malæ, quantum fuerit poſſibile non intendo.* Hucusque Trithemius. Ita P. Kircherus ſententiam ſuam firmat. Attamen ea omnia P. Caſparo Schot aliud non probant, quam vel Primò, quod eo tempore tantum quo literas præmiſſas, textusque cæteros huc allatos ſcripſit, edere non cogitaverit. Vel Secundò, quod forſan adhuc autore vivente latuerit. Vel Tertiò, quod autor ipſe eam in lucem non emiſerit; Quin verò ediderit poſtea, ubi utilitas perſuaſit, ut apertè inſinuat in cit. lit. ad Rogerium Sycambrum. *Maneat ergo imperfectum, ſicut jacet, donec aliud perſuadeat utilitas.* His textibus minimè probari poteſt, vixit enim autor


adhuc

adhuc longo tempore poſt ſcriptionem harum literarum ex quibus textus mutuavimus. Quin mirandorum novitate adductus alius, cui legenda communicata erat, eam luce donaverit, nullatenus oſtenditur; quod autem aliis communicaverit, manifeſtum fit ex literis ad Capell. Mathem: *Steganographiam vero meam, cujus primos duos libros in Colonia vidiſti.* Quin denique poſt mortem ſit inter autoris cætera ſcripta inventa & in lucem extracta, quomodo ex textibus Trithemianis poterit oſtendi? Itaquemihi perſuadeo, Steganographiam Trithemii aliquando in lucem editam fuiſſe à quocunque & quocunque tandem tempore, eoque me adducit totius orbis & omnium Steganographorum conſenſus; In ore enim omnium verſatur Trithemii Steganographia; quæritur in bibliothecis, deſideratur à Cancellariis, nominatur in Cathedris; vocatur ad examen, pertrahitur ad inquiſitionem, & ſententiam patitur carceris ſempiterni; Nec ab eo tempore, quo probabile eſt eam in lucem exiiſſe, Steganographorum invenitur ullus, qui non ejus faciat mentionem. Quid quod etiam multi doctiſſimi viri eam à cenſuris vindicare hucusque non omninò infeliciter tentarint, quando econtra alii injuſtis eam calumniis affecerunt, riſerunt & damnarunt. Ut neceſſe ſit ambulaſſe aliquam per librariorum officinas Steganographiam, quam gloria Trithemiani nominis illuſtravit.

## CAP. VI.

## AN TRITHEMII STEGANOGRAPHIA ADHUC EXTET?

In præſentem dubitationem adducit varietas, ut videtur, opuſculorum, quæ titulo Steganographiæ Trithemicæ gloriari dicuntur. Duo ſe vidiſſe dicit P. Caſparus Schot in Schola ſua Steganographica, Claſſe 7. Erot. 3. Alterum, ut vocant, in Quarto editum Coloniæ cum Commentariis Joannis Caramuelis admodum adhuc juvenis in Hiſpania ab eo conſcriptis. Alterum ſimiliter in quarto editum Darmſtadii Anno 1621, hoc titulo: *Steganographia, hoc eſt, ars per occultam ſcripturam animi ſui voluntatem abſentibus aperiendi certa. Autore Reverendiſſimo & Clariſſimo Viro Joanne Trithemio, Abbate Spanheimenſe & Magiæ naturalis Magiſtro perfectiſſimo, præfixa eſt huic operi ſua clavis, ſeu vera introductio ab ipſo autore concinnata, hactenus quidem à multis multum deſiderata, ſed à pauciſſimis viſa, nunc in gratiam ſecretioris Philoſophiæ ſtudioſorum publici juris facta.* Putatque Erot. ſeq. alterutram

utram illarum, quas legit, aut illam, quæ Coloniæ, aut quæ Darmſtadii prodiit, eſſe ſuppoſititiam, cum inter ſe valde diſcrepent.

Præterea dicit idem P. Caſparus Schot: Alterius opuſculi meminiſſe P. Kircherum in Polygraphia ſua Syntagm. 2. cap. 1. Francofurti impreſſi, ſub Trithemii nomine Steganographiæ titulo tripudiantis, ſed talis (dicit, ſubjungere P. Kircherum) ut qui id exactiori trutinâ probè expendit, is vel prima fronte ſub eo neſcio cujus ſuppoſititii partus veſtigia latere ſubolfaciat, cum in eo nulla Steganographiæ Trithemianæ forma, nec modus, aut ratio exprimatur, multaque in eo contineantur, quæ in virum religioſum doctumque cadere non poſſunt, unde, ait, illum concludere, dictum librum Trithemii partum non eſſe, & omnia, quæ in ipſo continentur, eſſe vana.

Alius quoque Steganographiæ Trithemii ait ſæpe laudatus P. Schot, meminiſſe Cardinalem Bellarminum in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & Antonium Poſſevinum in Tom. 2. apparatus ſacri, alioſque, qui variorum Scriptorum Catalogos ediderunt, & Bellarminum quidem, ac Poſſevinum dicere: Trithemii Steganographiam eſſe plenam pernitioſis dogmatibus ad magiam pertinentibus, non naturalem, ſed vetitam, Trithemiumque id agnoviſſe & confeſſum eſſe. Steganographiæ quoque Trithemianæ meminit Joannes Weierus in Tractatu ſuo de Præſtigiis Dæmonum lib. 2. cap. 6. modumque & formam editionis Darmſtadianæ ad longum enarrat, & ut diabolicam & magicam damnat.

Ego, in tanta, quæ affertur, opuſculorum varietate, illa tantum duo vidi, & legi, quæ P. Caſparus Schot ſe vidiſſe refert, ſed illam diverſitatem, quam ille adducit, ego nullatenus poſſum deprehendere; reperio enim utrobique eandem præfationem, eundem numerum & eandem diſpoſitionem capitum, eoſdem titulos, eadem ſpirituum nomina, eadem conjurationum vocabula, ut conſideranti patebit, ſolum verò in eo differunt, 1. quod in Darmſtadiana ſit ſolus Trithemii textus; in Colonienſi ſit addita Caramuelis expoſitio. 2. quod in Darmſtadiana ſint libri duo integri & tertius mancus; in Colonienſi ſit tantum unus & primus liber, quem fortaſſe ſolum Caramuel intellexit. Aliam ſi quis differentiam oſtendat, lubens docebor. Reliqua opuſcula, quorum P. Kircherus, Bellarminus, & Poſſevinus meminerunt, videre mihi non contigit, ſaltem

ſub

ſub eo nomine, igitur nec de iis judicare licebit, affirmare tamen auſim, ea ab editione Darmſtadiana non eſſe diverſa; Et quidem, quantum concernit illud, quod Kircherus vidiſſe ſe dicit, non officit quod Francofurti ſit impreſſum. 1. Quia multi libri, præſertim tam ingenioſorum Auctorum, ſæpius & diverſis in locis imprimuntur. 2. Quia ſæpe additur locus habitationis eorum, qui impenſas ſubminiſtrant, aut, ubi venales proſtant, ut in clave Steganographiæ præfixa clare apparet, ea etenim typis data eſt Darmſtadii, & venundatur apud Joannem Bernerum, Bibliopolam Francofurtenſem, Anno 1621. Nec officit Secundò, quod Kircherus dicat, in ea nec eſſe formam, nec modum Steganographiæ Trithemianæ, quis enim adhuc formam veræ Steganographiæ Trithemianæ novit, ad quam illud opus potuit explorare? Nec officit Tertiò, quod dicat, multa in eo contineri, quæ in virum religioſum doctumque cadere non poſſunt. Nam ipſemet Trithemius fatetur, Steganographiam ſuam ſic eſſe compoſitam, ut legentibus, præſertim indoctæ plebi, ſiniſtram pariat opinionem prima fronte, & hinc tot in locis proteſtatur: *nihil in ea haberi frivolum, nihil Evangelicæ traditioni, aut Catholicæ fidei contrarium, nihil omnino tradi ſuperſtitioſum, ſed omnia eſſe naturalibus, licitis & honeſtis ſubnixa principiis, ſolisque peregrinis inſtitutionibus velatum miniſterium lectorem requirere eruditum*, nempe in eum finem, ne ſecreta ea magna in aures vulgarium imperitorum aut pravorum hominum perveniant, utque nemo ſit ex imperitorum numero futurus, nemo, niſi ſtudioſiſſimus, qui ejus ſcientiæ arcanum ſua poſſit virtute perfectè & ad intentionem ejus penetrare ad plenum, & ut mali & reprobi non modo ex malis verum & ex bonis & ſanctiſſimis inſtitutis occaſiones ſibi venantur, quibus deteriores fiant, ſimile ſuo ſecretiſſimo & alioquin utili Reip. atque honeſtiſſimo adinvento non contingat, malique non minus eo utantur ad malum, quam boni ad bonum. Atque hæc ipſa eſt ratio, cur credam, quod opuſculum dicta omnia non tantum quod Kircherus legit, ſed ea etiam, quæ Bellarminus & Poſſevinus deſcribunt, cum editione Darmſtadiana coincidunt; Sunt enim in ea editione primo intuitu ſuppoſitirii partus veſtigia, teſte P. Caſparo Schot, in Sch. Stegan. Synt. 7. Erot. 4. n. 9. Sunt, quæ in virum religioſum doctumque non adeo bene cadunt, teſte Caramuele in Steganographia Vindicata, diſputatione

Utrum Trithemii Steganographia, & Clavialla juſtè potuerit interdici. Sunt adſpeciem, & prima fronte dogmata ſub magiæ habitu velata teſte Carolo Bovillo & Joanne Weiero in Tractatu de Præſtigiis Dæmonum, l. 2. c. 6.

His Præmiſſis ad quæſtionem accedamus: *An igitur vera Trithemii Steganographia adhuc extet?* Certe, ſi ipſa Trithemii verba conſideremus, quibus multis in locis de ſua Steganographia loquitur, ſi combinemus proteſtationes tot, & tam accuratas, quibus Steganographiæ ſuæ omnem ſiniſtram opinionem, ac ſuſpicionem tollere, & eradicare conatur, ſi Apologiam quam contra Carolum Bovillum ejusque aſſeclas edidit perpendamus; ſi denique ipſam Caroli Bovilli ac ſequacium cenſuram licet injuſtam, licet temerariam, procedentem tamen ab homine cæterùm doctiſſimo, & qui ſuperficiem tantum Steganographiæ judicarit, perlegamus; inveniemus methodum aliquam Steganographiæ extraordinariam, ac ad magicorum fundamentorum ſimilitudinem, & imitationem peregrinæ inſtitutionis modo elaboratam, cui certè omnia hucusque deſcripta opuſcula ad amuſſim conveniunt; Quidquid igitur ſit, ſive illa coincidant, ſive diſcrepent, aliquod illorum erit vera Trithemii Steganographia.

## CAP. VII.

## Describitur Forma Steganographiæ In Editione Darmstadiana.

In Cap. ſuper. credidi, nec erraſſe me, ſuſpicor omnia ibi citata & adducta opuſcula, quæ titulo Steganographiæ Trithemicæ gloriantur, in unum coincidere, & non aliam, quam editionem Steganographiæ Darmſtadianam ab omnibus illis Autoribus viſam, lectam, & cenſuræ ſubjectam, itaque convenienti ordine methodum ejus, ac formam hoc in cap. cenſeo delineandam. Eſt autem is liber Steganographia, id eſt, ut ſub initium definivi, ars per occultam ſcripturam animi ſui voluntatem abſentibus aperiendi; Itaque ejus hæc eſt methodus: Nunciaturus amico quodpiam arcanum, debitâ conjuratione ſpiritum advocas, illi negotio, tempori, aut loco deſignatum, huic ſecretum tuum, quod aliàs nec homini, nec literis tutò confiditur, committis perferendum; literas deinde ſcribis in nullo penitus ſuſpectas, & quas nec intelligere ipſe quidem putetur, utpo-

utpote latini, aut ejus ſermonis ignarus, quas ſigno illius ſpiritus ſubſignas, atque ad amicum ſine ullo timore mittis; Cum has literas, aut quaslibet alias hoc tamen ſigno munitas acceperit, is cui mittuntur, in arte peritus, cognito ſigno ſpiritus, aliam dicit conjurationem, quâ ſecundum debitum modum completâ, ſpiritus, inviſibilis alioquin, apparebit viſibilis, & arcanum commiſſum fideliter revelabit.

Totum verò opuſculum hujus editionis duobus conſtat libris integris, & tertio inchoato. In primo libro deſcribuntur 31 Spiritus, quorum primi 16 his nominibus: 1. Pamerſiel. 2. Padiel. 3. Camuel. 4. Aſéliel. 5. Barmiel. 6. Gediel. 7. Aſeliel. 8. Maſeriel. 9. Malgaras. 10. Dorothiel. 11. Uſiel. 12. Cabariel. 13. Rayſiel. 14. Symiel. 15. Armadiel. 16. Baruchas. Sedecim ventis præſunt, quorum nomina: 1. Oriens. 2. Subſolanus. 3. Eurus. 4. Euro Auſter. 5. Auſter. 6. Auſt Africus. 7. Africus. 8. Favonius. 9. Occidens. 10. Chorus. 11. Subcircius. 12. Circius. 13. Septentrio. 14. Aquilo. 15. Boreas. 16. Vulturnus.

Quatuor ſubſequentes: 17. Carneſiel. 18. Caſpiel. 19. Amenadiel. 20. Demoriel, morantur in quatuor mundi cardinibus, qui ſunt: Oriens, Auſter, Occidens, Septentrio. Quatuor ſequentes: 21. Geradiel. 22. Buriel. 23. Hydriel. 24. Pyrichiel; præſunt quatuor Elementis, unde & nomen traxerunt hoc ordine: Aer, Terra, Aqua, Ignis. Reliqui ſeptem certis quoque ſtationibus ſunt deputati, ut in ipſo libro videri ad longum poterit. Aliqui habitant in nemoribus ut Emoniel, alii libenter in domibus habitant ut Joſie, & ſi volueris ut omnibus diebus vitæ tuæ tecum permaneat, deputa ei unum locum ſecretum & abſtruſum in domo tua, & conjuratum fortiter præcipias eum illic manere, & obediet tibi hilariter, ſemperque ad mandatum tuum erit paratus. &c.

In ſecundo libro ſunt Spiritus 24, hoc ordine: 1. Samael. 2. Anaël 3. Vaquamiel. 4. Vathmiel. 5. Saſquiel. 6. Saniel. 7. Barquiel. 8. Osmadiel. 9. Quabriel. 10. Oriel. 11. Bariel. 12. Beratiel. 13. Sabrathan. 14. Tartiis. 15. Serquanich. 16. Jeſiſcha. 17. Abasdarhon. 18. Zaazenach. 19. Mendrion. 20. Narcoriel. 21. Pamiel. 22. Jasquarim. 23. Dardariel. 24. Sarandiel. Hi præſunt 24 horis diei naturalis his nominibus: 1. Barim. 2. Cevorim. 3. Danzur. 4. Elechym.

chym. 5. Fealech. 6. Genapherim. 7. Hamarym. 8. Jaſanym. 9. Karron. 10. Lamarhon. 11. Maneloym. 12. Naybalon. 13. Omalharien. 14. Panezur. 15. Quabrion. 16. Ramerzy. 17. Sanayfar. 18. Thaazaron. 19. Vanaydor. 20. Xymalim. 21. Zeſchar. 22. Malcho. 23. Aalacho. 24. Xephan. Et ne quis in horarum ſupputatione ex errore deficiat, horas planetarum tam in die, quam in nocte nos accepiſſe noſcat. Hi autem omnes ſuprà nominati ſpiritus, imperatores ſunt & magni principes, his alii ſubſunt duces & ſubduces ſive comites, & iſtis denique ſervi & famuli pro certo numero.

In tertio libro ſunt ſeptem ſpiritus principales: 1. Oriffiel. 2. Zachariel. 3. Samael. 4. Michael. 5. Anael. 6. Raphael. 7. Gabriel; qui ſeptem Planetis præſunt hoc ordine: Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Cuilibet autem horum ſpirituum principalium ſubſunt tres alii: 1. Sadael, Poniel, Moriſiel. 2. Floriel, Ariel, Raphael. 3. Amael, Aſmael, Nebiel. 4. Laniel, Peſael, Vanriel. 5. Zabdiel, Sacmiel, Adoniel. 6. Carmiel, Nabeyel, Pathiel. 7. Remafiel, Teſpiel, Theoriel. Atque ita ſpirituum inferiorum fiunt 21, in univerſum verò 28, ſecundum horum multiplices conjunctiones & motus directos, retrogrados, puros, mixtos, proprios, aut confuſos ſtupendæ fiunt operationes in Steganographia. Ut ecce: ſi duas imagines certo modo ſecundum artis præcepta effigiatas & conjunctas ſimul panno mundo loto cum aqua albidine involvas & eas ponas in vas mobile, quod Indiæ ſapientes appellant Pharnat alronda, & cooperias illud ſuperius diligenter cum corio raſo, ac ponas in introitu alicujus habitationis clauſæ, ubicunque volueris, ad ſpacium 24 horarum: & ſine omni hæſitatione tuum deſiderium intra illas 24 horas perfectè adimpletur; ſcietque amicus tuus abſens intentionem in omni forma perfectisſimè, ſicut eam ſuper imaginem dixiſti, quantumcunque prolixa fuerit, & quidquid illum ex te ſcire volueris, ſciet in illis 24 horis perfectè & ſecretisſimè, ita, quod nunquam in æternum aliquis homo poterit hoc percipere, aut ſcire ſine voluntate tua, aut amici tui. Et eſt magnum ſecretum, quod nullus ſapientum antea literis commendare auſus fuit. Amicus autem ille tuus, ſi quid te ſcire voluerit ex ſuis negotiis, cum eodem ſpiritu intra idem ſpatium viginti quatuor horarum te poteſt facere certiorem, modo ſit in hac arte bene perfectus.

## CAP. VIII.

### AN EDITIO DARMSTADIANA SIT VERA TRITHEMII STEGANOGRAPHIA?

Ex ratione generali, quâ omnia ſuperius in cap. 6. adducta & Steganographiæ Trithemicæ titulo gloriari dicta opuſcula, præſertim vero editionem Darmſtadianam, utpote cum reliquis coincidentem, affirmavi cum forma & methodo veræ Trithemicæ Steganographiæ convenire, nunc deſcendo ad rationem ſpecialem, atque aſſero: Editionem Darmſtadianam eſſe veram & genuinam Trithemii Steganographiam, & nihil minus, quam ſuppoſititium ejus partum; quidquid ſibi ex falſa Hypotheſi perſuadeat P. Caſparus Schot in Sch. Steg. Cl. 7. Er. 4. n. 9. Et hanc meam ſententiam ſequentibus ſtabilio argumentis. Primò: Quia ſecundum P. Schot d. loco, Editio Darmſtadiana ſapit omninò genium & ſtylum Trithemii, quem in Polygraphia oſtendit, dum doctrinam ſuam Auctor in illa traditam variorum ſpirituum vocabulis exoticorumque vocabulorum obſcuritatibus obvelat. Unde etiam P. Schot conjicit, Steganographiam Trithemianam non verbis planis ac claris fuiſſe conſcriptam, ſed miris & ingenioſis ænigmatibus, gryphis, metaphoris, alluſionibus & obſcuritatibus dedita opera obvelatam, tum ne vulgò ab omnibus intelligeretur, tum ut curioſorum ingenium, ſi quando in illam incidiſſent, vexaretur; Sicut Polygraphiam adeo obſcuris, aptiſſimis tamen & ingenioſiſſimis circumlocutionibus, dum ſingulos libros explicare præ ſe fert, implicavit, ut vix ne vix quidem ab ullo vel ingenioſiſſimo intelligi potuiſſet, niſi ipſemet deinde in gratiam Maximiliani Cæſaris ſingulorum librorum clavem adjeciſſet; ac propterea P. Schot etiam concludit: ſi quæ extat Steganographia ſub Trithemii nomine edita, in qua fit mentio variorum ſpirituum diurnorum, nocturnorum, ſolivagorum, contumacium, benevolorum &c. variorumque eorum comitum & miniſtrorum, nec non variarum peregrinis & nihil ſignificantibus verbis conceptarum adjurationum, quibus dicti ſpiritus advocantur, ablegantur, conſtringuntur; non continuò ſequitur eam ſuppoſititiam eſſe. Secundò: Quia in d. editione tot præcisè ſunt libri, quot ſe ſcripſiſſe Trithemius ipſemet fatetur; duos autem perfectos & tertium mancum dicit ſe ſcripſiſſe. 1. in Præfat. Polygr. ad Maximilia-

num Cæſarem pag. 23: *Octo myſteriorum libros in Steganographia ſcribere cœpi, me autem in tertio jam libro ejusdem operis lucubrationem continuante res contigit.* 2. In literis jam ſæpe cit. ad Rogerium Sycambrum: *Magnum poſthæc & nimis arduum Steganographiæ opus mirabilis adinventionis in octo libros partiendum ſcribere ſum adorſus, cujus primum quidem librum & ſecundum ad finem usque perduxi, tertium vero mancum & reliquos omnes dimiſi, usque in hunc diem animo ſepultos.* Totidem autem libros, nempe duos perfectos & tertium inchoatum continet d. Editio. Tertiò: Quia in hac editione traditur, quod Trithemius in literis ad Arnoldum Boſtium doctorum ſe dicit: *Primus liber continet plusquam centum modos occulte ſcribendi, quidquid velis, ſine omni ſuſpicione, ſine literarum transpoſitione, ſine omni timore, ita ut non ſit homo in mundo, qui naturali induſtria ſcire, vel ſuſpicari quidem poſſit, quid in meis literis contineatur, præter eum, qui artem novit ex me, vel ex eo, quem ego docuero, &c.* Quis enim à ſesquicentum annis, vel unicam dictæ editionis epiſtolam ad mentem autoris explicavit? Quartò: Modus, quo Joannes Weierus jam ſæpe cit. ex Carolo Bovillo dicit Steganographiam Trithemii fuiſſe conſcriptam, plane convenit cum forma hujus editionis: ſicut enim in tract. de Præſtig. Dæmon. lib. 2. cap. 6. dicit, quod Trithemius utatur miniſterio ſpirituum, eos dividat in Imperatores, Duces, Comites, Servos, per conjurationes advocet, ableget, conſtringat, præcipuè vero ubi explicat ſpiritum domeſticum, qui in certo aliquo domus loco ſervari & ad omne ſervitium adhiberi posſit; planè ipſam hujus editionis methodum ſupra cap. 7. explicatam ad vivum delineat, & per explicationem ſpiritus domeſtici, ideam Icoſielis noſtri, qui eſt vigeſimus ſeptimus, perfectè exprimit. Vidit autem Bovillus Trithemii Steganographiam & legit, ut in ſæpe cit. præfat. Polygr. ad Maximilianum Cæſarem ipſe Trithemius dicit. Nec obſtat, Primò, quod quilibet liber Steganographiæ debeat ad minus centum capitulis diſtingui; Primus autem hujus editionis non contineat niſi 32, ſecundus, nonniſi 25. Non obſtat inquam 1: quia dicit quod ad minus centum capitulis diſtinguatur, non igitur certum præfinivit numerum, ſed ſuo arbitrio reliquit. 2: Quia potuit propoſitum de numero capitulorum retractâſſe, incepit enim modo integro fere anno poſt ſcribere Steganographiam, quam literas ad Boſtium emiſerat, ſicut retractavit

propo-

propoſitum de numero librorum, dicit enim in eadem epiſtola ſe ſcripturum quatuor libros; alibi vero, ut in ſæpisſimè cit. Præfat. ad Maximil. Cæſ. & in literis ad Rogerium Sycambrum, expreſſis verbis ſcribit, in octo libros voluiſſe ſe Steganographiam partiri. Nec obſtat Secundò, quod objicit P. Caſparus Schot d. l. n. 9: Doctrina Steganographiæ non debet diſcrepare à doctrina, quam claves inſinuant, hæ autem non inſinuant doctrinam, quam Trithemius in epiſtola ad Boſtium promittit. Ergo Reſp. 1. poteſt negari ſuppoſitum, nempe quod claves Steganographiæ præfixæ ſint veræ claves, id enim certè necdum P. Schot probavit, ſed ipſe contrarium exiſtimat Erotem. 5: *Duæ, ut dixi Erotem. 3, claves Trithemianæ Steganographiæ circumferuntur. Prima in duo capitula dividitur, vel potius libellos non exiguos, & continet varios, nec parùm ingenioſos occultè ſcribendi modos; quos ego diverſos eſſe exiſtimo à modis in ipſa Steganographia Trithemiana comprehenſis; Unde non tam clavis Steganographiæ à quoquam conſcripta, quam nova Steganographia eſſe videtur, qui diceret, eſſe minorem illam Trithemii Steganographiam, cujus memini in fine Erotem. 2, atque Trithemius in initio literarum ad Joannem Capellerium Mathem. quæ ſunt 23. lib. 1. Epiſt. famil. non male fortaſſis diceret.* Reſp. 2. Negando minorem. Non enim diſcrepant 1. ex eo capite, quod in literis ad Boſtium expreſſe dicatur: Occultè ſcribendi modos debere eſſe ſine literarum tranſpoſitione, modi vero clavis fere omnes, exceptis aliquot prioribus in literarum tranſpoſitionibus fundantur. Nam ipſe P. Schot d. l. Erot. 5. §. 3. circa finem contrarium his verbis dicit: *Fateor tamen omnibus his modis, primò fortaſſis excepto, convenire exactisſimè id quod Trithemius in primo Steganographiæ ſuæ libro promittit, carent enim revera, præſertim, ſi aperte narratio inſtituatur per modum Epiſtolæ, omni ſuſpicione latentis ſecreti, ſine literarum tranſpoſitione, quæ appareat, aut deprehendatur ab ignaris artificii, verba ſunt plana & familiaria ſuſpicione carentia.* Et paulò poſt: *Mihi enim videntur abunde reſpondere promiſſis illa, quæ ſupra claſſe 1. ex l. 1. Polygr. retulimus, & quæ h. erot. adduximus, ſi citata clavis fuit à Trithemio ſcripta.* Nec diſcrepant 2. ex eo capite, quod numerus modorum clavis non reſpondeat numero cap. Steganographiæ. Non enim id neceſſe eſt, nam clavem autor ſtudio confudit, ne à quovis, qui eam inſpiciat, ſtatim primâ fronte tota difficultas comprehendatur, ſed, ſicut Autor multis in

locis fecit, in lectore curioſo amor ſecretorum probetur, diligentia exerceatur, ingenium vexetur.

Nec obſtat Tertiò, quod, ſi vera eſſet Trithemii Steganographia, optimè de rep. literaria meritus fuiſſet, qui illam edidiſſet, ideoque nec nomen ſuum retinuiſſet, & unde, à quo, & qua occaſione ad ſe devenerit, non indiligenter expoſuiſſet. Reſp. enim, præterquam quod hoc argumentum ſit valde debile; Autorem, id eſt, eum, qui hanc editionem typ⸗s mandavit, id ſtudio non feciſſe, 1.) quia liber eſt valde exiguus, cui non⸗⸗n ſuum præponere non adeo honorificum exiſtimavit. Vel. 2.) quia nihil de ſuo omnino adduxit, ſed ſolum Trithemii textum, uti invenit, in publicum dedit. Vel. 3.) quia ille ipſe rem non intellexit, adeoque illaudabile duxit titulo ſcientiæ ignotæ gloriari. Vel. 4.) quia illi ſiniſtra Trithemii fama jam erat nota, cumque ei reſponderet iſta forſan in abſcondita bibliotheca inventa editio, nomen noluit prodere, ne cum Trithemio ſuſpicionem incideret Magiæ. Et denique quot libri eduntur etiam boni & utiles ſine Autoris nomine, ut taceam de iis, qui ſuſpicionem patiuntur & inquiſitionis ſententiam?

Nec obſtat Quarto, quod ſecundum literas ad Arnoldum Boſtium, modi debeant eſſe tales, ut non ſit homo in mundo qui naturali induſtriâ ſcire vel ſuſpicari quidem poſſit quid in literis contineatur, præter eum, qui artem novit ex ipſo, nempe Trithemio, vel ex eo quem ille docuerit; hodie autem per Autorem Steganographiæ Vindicatæ omnes ad amuſſim ſint explicatæ. Reſp. Rectè dicit Trithemius, quod nemo poſſit ſuſpicari aut ſcire quid in literis contineatur; Fateor enim imbecillitatem ingenii mei, fateor nullius unquam epiſtolæ ſenſum arcanum ullâ arte reperire potuiſſe, niſi prius in lectionem & ſolutionem conjurationum, quæ ſunt clavis & regula literarum legendarum, omne ſtudium contuliſſem; quibus cognitis & explicatis fateor ſat facilem mihi literarum explicationem fuiſſe, & certè, niſi ſingularum epiſtolarum, quæ in Steganographia continentur per conjurationum explicationem, clavem reperiſſem, nunquam earum ſenſum arcanum voluiſſem deprehendere. Experimento veritatem comprobet ingenioſus lector, cum in Steganographia Illuſtrata addidero aliquas epiſtolas abſque clave, & exploret, quanti ſit laboris, reperire ſenſum arcanum epiſtolæ, cujus clavis generalis ſcitur, non dicam de epiſtola, cujus nulla clavis proditur.

## CAP. IX.

### UTRUM EDITIO DARMSTADIANA SIVE STEGANOGRAPHIA TRITHEMII SIT SECUNDUM LITERAM INTELLIGENDA.

Cum Editio Darmſtadiana ſit tandem vera Trithemii Steganographia, iis nunc vocabulis utar promiſcuè, cumque formam Editionis Darmſtadianæ ſupra cap. 7. delinearim, eadem erit forma Steganographiæ Trithemii; de qua nunc quæritur, an ea, quæ ibi de ſpiritibus & conjurationibus dicuntur, ſint ſecundum literam intelligenda? id eſt, quod ſpiritus per veras adjurationes vocentur, verè advolent, ſecretum excipiant, ad abſentem deferant, reſponſum referant, & ſimilia, quæ ibi inſinuantur, præſtent: an verò in aliquo ſenſu tropico per translationem veritatis in ſimilitudinem ſint accipienda. Primum ſibi planè perſuaſit Carolus Bovillus & ejus Aſſecla Joannes Weierus, Trithemii calumniator injuſtiſſimus in tractatu de Præſtigiis Dæmonum lib. 2. cap. 6, cujus verba licet tenebras potius mereantur ſempiternas, quam lucem Steganographiæ Vindicatæ, quia tamen contraria juxta ſe invicem poſita magis eluceſcunt, & ut univerſus orbis videat, quantam Trithemio injuriam inferat, & quam omnes ipſius aſſeclæ & ſequaces palinodiam aliquando recantare teneantur, huic vindicationi de litera ad literam inſerere non alienum judicavi. Ita ergo inquit d. loco:

In dieſe Zahl (nempè librorum magicorum) gehört auch das Buch Joannis Trithemii des Abts zu Spanheim / von der Steganographia beſchrieben / deſſen dann Carolus Bovillus mit dieſen Worten Meldung thut: Ich hab mich (ſchreibt er) zum Trithemio verfüget / welchen ich wol als einen trefflichen Zauberer / aber darneben in keinem Stück der Philoſophi gefaßt / befunden hab / ein Buch hat er geſchmidtet / und demſelben den Namen Steganographia gegeben / welches ich überrumpelt / und nicht mehr dann etlicher Capitulen Anfang geleſen / aber kaum zwo Stund in Händen behalten / und negſten von mir geworffen hab / dann mich ein Grauſen und Schröcken ankam / von wegen ſolcher Beſchwehrungen / und ſo Barbariſcher und ungebräuchlicher Namen der Geiſter / ich hätte ſchier geſagt / der Teuffeln / welche meines Bedunckens mehrer Theil aus frembden Sprachen / Arabiſcher / Chaldeiſcher / Hebräiſcher / Grichiſcher (dann der Lateiniſchen keine oder gar wenig) genommen ſind; Aber ein Unzahl ſeltzamer Zeichen / damit die Beſchwehrungen bezeichnet / werden da gefunden / und daß Trithemius in einer Miſſiven an Boſtium ſchreibt / es ſeyn alles heitere klare Wort / ohne alle Verſetzung der Buchſtaben und Worten / alſo daß ſie männiglich leſen und ver-

ſtehen können / jedoch ſo werde das Secretum und Geheimnuß/ ſo darunter verdeckt ſeye / wol verborgen bleiben / daran hat er nicht gelogen / dann in ſeiner gantzen Steganographia läſt er hin und wieder herrliche Göttliche Gebettlein einlauffen/ die an ſtatt eines Send-Briefſs zu einem guten Freund möchten geſchickt werden/ aber in der Warheit ſeynd es nichts anders / denn wie das Sprichwort lautet/Crocodils-Zäher/dann mich beduncket/er gehe eben mit der Sach umb/ wie Dionyſius in einer Epiſtel ad Soſipatrum von Apollophane urtheilet; Göttliche ding (ſpricht er) braucht er wider GOtt/ und gehet darauf umb/ daß er durch die Weltliche unnütze Weißheit die wahre GOttes Weißheit verkleinere und zu nichts mache/ daß er aber ſich hören läſt und rühmet/ er wolle ohne Hülff und Beyſtand der Geiſter alle Ding zu wegen bringen / darinnen läugt er (wie Daniel am 13. ſprach) auf ſein Kopf / es iſt auch (mich betriegen dann meine Sinn) der gute Engel GOttes noch vorhanden / daß er ihn mitten voneinander ſchneide / und den unglücklichen unbillichen Bund / ſo er mit den ſchädlichen Engeln (ſo viel man aus ſeinem Werck abnehmen kan) eingangen und auffgericht hat/ zertrenne/ aber das gehe auff dißmal vorüber /doch ſo viel die offt angezogene Steganographiam dieſes unſers Joannis Trithemii belangt/ hält er / ſo viel ichs anderſt noch in friſcher Gedächtnus hab/ dieſe Ordnung:

Zum allererſten theilt er die Namen der Geiſter/ alsdann ſtellt er in ein Ordnung ihrer Beſchwehrungen/und hänckt daran eines jeden ſonderbahren Character oder Zeichen/ zum letzten unterſcheidet er die Figurn, auß welchen die Namen der Geiſter/ſo einer jeden Beſchwehrung gebühren/wo es die Noth erfordert/heraus gezogen werden/ er ſondert auch in dieſen Figuren die Geiſter ab/in vier Quartier, in Imperiales,Duces,Comites und Servos,das iſt/in Kayſer oder Oberſte Feldherrn/ Hertzogen/ Graffen und Knecht/ der Imperatorum ordnet er 12. und das/nach den 12. Winden / von welchen die Philoſophi ſchreiben / unter denen dann 4. die fürnemſte ſeynd/ der von Aufgang nemlich/ der von Nidergang/ der von Mittag/ und der von Mitternacht / welche er die groſſe Imperatores nennet / unter einem jeden Imperatore verordnet er bey 30. oder 40. Hertzogen/ unter deren einem jeden vielmehr Graffen/welcher aber auch ein Anzahl Knecht unter ihme hat. Nachdem nun alle Ding/deren er ſich zu gebrauchen nothwendig/ſo ordentlich abgetheilt/ greifft er die Sach auf ſolche Weiß an.

Wann er ſeiner guten Freund einem/ der aber weit von ihm/ ſeine Rathſchläge/ welche er dann Secreta, das iſt/ Heimlichkeiten/ nennet/ endecken und zu wiſſen thun/ willens iſt / ſo ſchreibt er an ſtatt des Send-Brieffs / ein Gebett / dem er ein Färblein groſſer Heiligkeit und Andacht meiſterlichen anſtreicht / und nachdem er eins der 12 Imperatorum Characteren darauff gedruckt/ ſendet er ſie hin zu ſeinem Freund / welcher ſich dann auch auf die Müntz verſtehet / welcher alſobalden er ſie empfangen und eröffnet / hat er inſonders gute Achtung zu End der Miſſiven, mit welches Imperatoris Character ſie verſiegelt und verwahrt ſeyn / iſt er eines vom Auffgang der Sonnen/ ſo fähret er zu/wendet ſich/ und zerſpannet den Brieff gegen Auff-

Auffgang/ alsdann ſuchet er fleiſſig in ſeinen Büchern mit was Beſchwehrungen dieſer Imperator möchte gezwungen werden/daß er einen ſeiner Unterthanen zu ihm abfertige: Er lieſt aber aus zwo Beſchwerhungen/deren er die eine braucht/weil der Brieff noch offen iſt/wendet ſich gegen Orient.ſpricht ſie/ alsbald ſie aber recht ausgeſprochen/ ſo ſchickt vorgemeldter Imperator ohn allen Verzug einen ſeiner Herzogen/ Graffen oder Knechten/ welcher in ſchneller Eil daher fliegend ſich von weitnuß ſehen läſt/ gleich wie ein Nebel oder Dampff ſo im Lufft ſchwebet/ nachdem er aber die Wort der andern Beſchwehrungen auch zum End gebracht hat/nähert ſich dieſer Geiſt noch mehr herzu/ und raumet ihm vorgemelte Heimlichkeiten und neue Zeitungen ſeines guten Freunds in die Ohren; Es ſeynd aber meines Beduncken die Beſchwehrungen nicht ein gantze vollkommene Redt/die einen ſatten Sentenz oder Verſtand haben/ſondern ein Zuſammen-Lauffung der Namen vieler Geiſter/wunderbahrlicher Weiß nach Art und Manier Magiſcher Kunſt abgeordnet/ und ſeynd ſolche Namen/ wie vorgemeld/ mehrertheils unbekant/ als Arabiſch/ Chaldeiſch/ Hebräiſch; Ich erinnere mich auch/ daß ich in ſeinem Buch unter andern dieſe Wort geleſen hab/ dieſe Geiſter/ ſpricht er/ ſeynd über die maſſen ſchädlich und ſchalckhafft/dem Liecht ſeynd ſie ſpinnen feind/ und lieben die Finſternus/ deßhalben bedarff es wol eine kräfftige Beſchwehrung/ damit ſie zu erſtatten/ was vonnöthen iſt/gezwungen werden/Es bedarff auch/daß der Beſchwehrer bey ſich ſelbſt ſeye/und Manns-Hertz habe/dann ſolte er mitten in der Beſchwehrung erſchröcken/ und aus Forcht entweder ein wenig zittern/ oder in der Außſprechung der Beſchwehrung/ es wäre/ daß er etliche Wort außlieſſe oder verſetzte/ fehlen/ wird ihm der Teuffel den allernechſten den Hals umbtrehen/ und das Liecht außblaſen; Iſt nun dieſes alſo/ wer wolte dann ſo gar Kindiſch ſeyn/ daß er dieſe rachgieriche Geiſter hielte: Ich hab auch im offtgedachtem Opere etliche Beſchwehrungen/ welche er Potentes, das iſt/ kräfftige und ſtarcke Beſchwehrungen nennet/geſehen/ ſo dann als er fürgibt/ darzu ſollen dienlich ſeyn/wann nemlich einer ſtets Dienſt der Geiſter begehrte/ daß er einen damit allzeit bey ſich und unter ſeinem Dach ſich zu halten/ und auff den Dienſt unverdroſſentlich zu warten/ zwingen möge/ es ſoll aber ſolcher Geiſt an ein Ort/ das weit von den Leuten ſeye/ gelogirt werden/ daß er nicht etwa/ die ſo da fürüber gehen/umbbringe; Mich beduncket/ich hab dich deiner Bitt genugſam gewehret/ in dem daß ich dir ſo viel erzehlet/ daraus du dann hell und klar die Kunden gefärbte angeſtrichene Kunſt/ ja ſtinckende Lügen augenſcheinlich magſt abnehmen/ ſo viel aus Bovillo angezogen; und wiewol ſich Trithemius gegen ihm nicht ohne Wort finden läſt/ ſondern in einer Epiſtel an Kayſer Maximilianum Hochlöblicher ſeliger Gedächtnus geſchrieben/ ſich zu entſchuldigen/ einen verlogenen gottloſen Mann ſchildet/ ſo wird es ſich doch mit der That und Warhafftig befinden/ wann anderſt ſich einer ſo viel Arbeit uterziehen will/ und gemelde Steganographiam mit Fleiß durch zuleſen nicht will bedauren laſſen.

Hucuſque maledicus blaterator ſine fundamento, ſine ratione, ſola libidine calumniandi: ſed profectò te ſimplicem, pigrum, Weiere, obtuſique ingenii, & quod voluptatibus carnis mundialibuſque curis immerſum ſit, fuiſſe oportet, quandoquidem nec natura te ad perſcrutandum profundæ hujus artis ſcientiam præparavit, nec amor ſecretorum ad honeſtum laborem & poſſibilem excitavit: non omnibus adire Corinthum licet; crede mihi, altiſſimam hanc ſcientiam humili tuo & rudi ingenio non convenire, ſed ex eorum te eſſe numero, quibus familiarius eſt ſapientiam ſpernere quam didiciſſe, & quos Trithemius nec optat nec vellet hæc myſtica ſua penetrare. Audi cum aſſeclis tuis & ſequacibus, quos ad ſpeculationem hujus ſcientiæ invitabit. *Magna quidem hujus artis myſteria non niſi à ſtudioſiſſimis viris penetrari poſſunt, illis videlicet, quos amor ſecretorum & natura promoveat ad perſcrutandum, & qui deſiderio ſcientiæ conſequendæ nullum ſubire laborem honeſtum & poſſibilem recuſent: homines pigri, obtuſique ingenio, & quos nec amor incendit ad ſtudium ſecretorum ſapientiæ, nec natura juvat, cum hanc noſtræ adinventionis artem ſecretiſſimam intelligere nequiverint, non nobis imputandum, ſed ſuæ potius ſocordiæ, pigritiæ & malitiæ adſcribendum intelligant, quippe qui aut voluptatibus carnis mundialibuſque curis immerſum habentes ingenium his perluſtrandis cum diligentia vacare nequeunt, aut ſe jam ſapientes aut doctiſſimos arbitrantes, noſtras compoſitiones tanquam indignas ſuis lectionibus contemnunt. Aderunt etiam nonnulli ita priſtinis alieniſque traditionibus conſiſtere aſſueti, ut, quicquid in illis non didicerint, aut impoſſibile aut ſuperſtitioſum arbitrentur. Nihil iſtis ad hujus profundæ artis ſcientiam ineptius, qui aut nolunt aut nequeunt altiſſima ejus ſpeculari.* Iterum in Præfatione Steganographiæ: *Ne autem hoc magnum ſecretum in aures vulgarium imperitorum aut pravorum hominum perveniat, officii mei rationem exiſtimavi non ultimam, ita illud, quoniam myſteria docet intelligere neſcientem, myſteriis obvolvere, ut nemo futurus ſit ex imperitorum numero, nemo, niſi ſtudioſiſſimus, qui hujus ſcientiæ arcanum ſuâ poſſit virtute perfectè & ad intentionem noſtram penetrare ad plenum, niſi per receptionem à docente, quam Hebræi Cabulam, myſteriis præpoſitam occultiſſimis appellant.* Rurſus in præfatione lib. 3. Steganographiæ: *Ego autem metuens tam mirabile opus propter nimiam obſcuritatem vilipendi ab imperitis, aut tandem igne cremari, cum in eo multis probationibus jam diu ſim expertus, ita illud litteris commendare apertioribus volui,*

*ut*

*ut & viris eruditis, & in magicis ſtudioſiſſimis, cum DEI auxilio poſſit aliquatenus fieri pervium, & tamen imperitis Rapophagis omni tempore maneat occultatum, & nullatenus eorum obtuſo intellectui cognitum. Nam certe ſimpliciſſimi ingenii* (inquit P. Caſparus Schot in Sch. Stegan. claſſe 7. eroth. 4. n. 5.) *aut certè anguſtiſſimæ conſcientiæ eum eſſe oportet, qui exiſtimet Trithemium loqui de veris ſpiritibus, docereque adhibendas veras conjurationes, vereque ſpiritus vocatos advolare, mandata acceptare, ad abſentes deferre reſponſa, ſimiliaque, quæ ibi inſinuantur, præſtare; Spiritus Principes, quorum meminit, ſunt ſigna quibus varii operandi modi inter ſe diſcernuntur & in literis ad abſentes artis conſcios ſcriptis mittuntur, ut ſciat, quomodo ſecretum tegendi fuerit uſus ſteganographicus, & quo ſibi ad idem detegendum ſit utendum: Spiritus miniſtri & Comites ſunt litteræ Alphabetariæ, quarum vel tranſpoſitione varia, vel vario ordine ſecretum tegitur, & retegitur. Diurni ſpiritus ſunt literæ, quibus epiſtolæ, aut narrationes apertè & nullum ſecretum continentes ſcribuntur, nocturni, literæ quibus ſecretus conceptus exaratur: Adjurationes ſunt regulæ, & præcepta in ſingulis operandi modis obſervanda: Aliæ obſcuræ loquendi formulæ, & quæ ſuperſtitionem aliquam præ ſe ferre videntur, adhibentur ad crucianda curioſorum ingenia.* En explicationem & reductionem tropicam clariſſimam & accuratiſſimam; quam etiam ipſe Trithemius inſinuat in Præfat. lib. 2. Stegan: *Sed cum denuo ſpirituum mentionem ſim habiturus, rurſus mihi reor eſſe præfandum: nihil in hac arte noſtra haberi frivolum, nihil Evangelicæ traditioni aut Catholicæ fidei contrarium, nihil omnino tradam ſuperſtitioſum: Omnia enim, quæ vel in præcedenti volumine diximus, vel in ſequentibus dicturi ſumus, naturalibus, licitis, & honeſtis ſunt ſubnixa principiis ſolisque peregrinis inſtitutionibus velatum myſterium, & verba nominibus involuta ſpirituum; Lectorem requirunt eruditum: utimur enim miniſterio ſpiritus ad velandum ſecretum quod noceret reprobis publicatum. Similibus* enim *loquendi formulis* inquit P. Schot d. l. n. 4. *utitur Trithemius in ſua Polygraphia, quas niſi per clavem adjunctam expoſuiſſet, nec intelligi à quoquam potuiſſet, nec legi ſine ſiniſtra de Autore conceptâ opinione; cum tamen certiſſimum ſit & apud omnes in confeſſo nihil eam mali ac pernicioſi comprehendere.* Ergo palinodiam cantate Weieri ſequaces, reddite libro puritatem, innocentiam, famam, agnoſcite errorem & ignorantiam, atque venite in Steganographia Reſerata viſuri quomodo ſimilitudo ad veritatem convenientiſſima ratione reducatur.

## CAP. X.

### Utrum Steganographia Trithemii Fiat Ope, Et Miniſterio Spirituum.

Oſtenſum eſt cap. ſuperiori Steganographiam Trithemii prout jacet convenientiſſimâ ratione, & ſecundum ipſius Autoris mentem reduci & explicari in eum ſenſum poſſe, quem itidem ex P. Caſparo Schot ad integrum recitavi; Iterum nunc dubitatur, an iis non obſtantibus nihilominus Steganographia fiat miniſterio ſpirituum? Non eſt hic locus, ut excurram longius de eſſentia, natura proprietate, poteſtate, officio & miniſterio ſpirituum ſive bonorum ſive malorum, unico dicam verbo: id controvertitur: an Trithemii Steganographia fiat cum expreſſo vel tacito pacto cum dæmone, vi cujus ille ſit obligatus ad obediendum voluntati operantis in Steganographia & ſecundum tenorem. Et huic ſtatim ſe implicat alia generalis quæſtio vel potius calumnia, jam ævo Trithemii agitata, & ab ipſomet tot apologiis, tot proteſtationibus ſoluta, rejecta & eluſa: utrum Trithemius Magus fuerit & pactum cum dæmonibus habuerit? Abſit autem, Trithemii famam, innocentiam & pietatem in dubium vocare, & vel talem de ipſo opinionem & quæſtionem movere; Solum in cap. præſente intendo innocentiam ejus defendere, propugnare, vindicare, in ipſo ſtatim limine aſſerendo: Trithemium nunquam Magum, nunquam Necromantam fuiſſe; ſed ſi quæ ſcripſit, aut fecit, quæ indoctæ plebis aut etiam hominum aliàs eruditorum captum excederent, ea omnia naturæ viribus ſubnixa ex Philoſophiæ veræ & Chriſtianæ fundamentis originem traxiſſe: nullum illi pactum cum dæmonibus, cum ſpiritibus: nullum cum Magis & Necromantis commercium fuiſſe; adeoque Steganographiam ejus non ullo ſpirituum fieri miniſterio, ſed ſub eorum nomine & officio myſterium Steganographiæ eſſe velatum;

Duæ autem hic videntur eſſe quæſtiones (ut interim hoc utar nomine) diſtinctæ & præjudiciales, quarum una conſumat alteram; una quidem, quæ ſpecialis ſit & Steganographiam ſolum concernat atque hujus cap. rubricæ concordet: altera, quæ generalis ſit & Autorem aggrediatur; atque apparent ita inter ſe conjunctæ, ut qui conceſſerit primam, etiam concedere teneatur ſecundam, & qui neget ſecundam, negare quoque cogatur primam; ſed ſi penitius introſpi-

troſpiciamus, una tantum eſt, illa nempe; quâ libri puritas controvertitur, nam ſi quidem obtineas libro magiæ maculam eſſerendo, triumphabis etiam in altera, ſi verò puritatem libro vindices, autorem etiam ipſum ab omni labe vindicaveris; ſolùm enim Steganographia, Steganographia inquam ſolùm hanc ſiniſtram de Trithemio ſententiam peperit & opinionem; Nec obſtat, quod jam ſuo ævo, jam antequam Steganographiam ſcripſerit vulgi opinionem ſit paſſus & ſuſpicionem, ut ipſemet fatetur diverſis in locis & maximè in literis ſæpè citatis ad Capellerium Mathematicum Pariſienſem. *Nihil adhuc ſcripſi, de quo merito quiſpiam poſſit admirari, nihil feci ſtupendum, & tamen vulgi opinionem patior, dum Magum me plerique arbitrantur, aſſeverantes me ſuſcitaſſe mortuos, evocâſſe ab inferis dæmones, prædixiſſe futura, fureſque reduxiſſe Carminibus, & ligâſſe latrones, quæ omnia conficta & ementita nec feci unquam nec cogitavi quidem, libros fateor Magorum plerosque legi, non ut imitarer, ſed ut eorum ſuperſtitiones peſſimas aliquando redarguendo confunderem, quod largiente Domino noſtro Jeſu Chriſto brevi me facturum confido: quid putas de me opinabitur ſtulta hominum indoctorum futura temeritas, cum Steganographiam in lucem produxero, quæ talia confinxit de me mendacia, cum nihil viderit adhuc arcani? quamvis non magni facio hæc garrulamenta imperito conſcientiæ teſtimonio contentus: dare tamen occaſionem ſuſpicionis malæ quantum fuerit poſſibile non intendo, &c.* Unde expreſſè apparet, quod ideo Steganographiam edere non cogitavit, ne opinionem vulgi manifeſto ſtabiliret argumento. Non obſtat inquam, quia fuit indoctæ tantum plebis æſtimatio, ſine ratione & fundamento, ſine ratione quidem, quâ omne, quod non intelligunt, malis artibus adſcribunt: libros quidem magorum fatetur ſe legiſſe, non ut imitaretur, ſed ut eorum ſuperſtitiones peſſimas redarguendo confunderet; quod clarè confirmat in literis ad Rogerium Sycambrum ſæpè citatis in fine: *Decrevi autem in poſterum, ſi voluerit altiſſimus, qui poteſt omnia ſolus opus lucubrare meorum omnium, quidem maximum, quod libris duodecim foret diſtinguendum, quorum materia erit; de dæmonibus, artibusque prophanis, & maleficiis eorundem, quibus humanum genus miſerè decipiunt; eſtque mihi animus omnes ſuperſtitioſas dæmonum artes & hominum pro viribus explodere, confutare, & quam ſint vaniſſimæ, perniciosæ ac deteſtandæ multipliciter & propriis ſtultorum, qui eas tradiderunt, libris demonſtrare: videtur enim mihi neceſſarium opus his*

*maximè temporibus, in quibus homines nimium ſunt curioſi, docti ſcilicet nonnulli ſimiliter & indocti, ea perquirentes, quæ melius neſcirent, &c.* præterea nihil quicquam afferri poteſt ex maximo librorum numero, quos conſcripſit, quod in unica ſententia, in unica dictione, vel à longè ſapiat magiæ vel alterius vetitæ diſciplinæ principia, ſimilitudines & fundamenta, taceam, quod acerrimus hoſtis & inſectator fortiſſimus malarum artium fuerit eas eluſerit, refutaverit, damnaverit, ut teſtantur & claris verbis oſtendunt literæ ad Germanum de Ganay 34. lib. 1. Epiſt. famil. & literæ ad Theodoricum Eccleſiæ Lubecenſis Epiſcopum 22. lib. 2. Epiſt. famil. præter alia innumera teſtimonia. Taceam ſanctitatem, quæ autori ex lectione eorum attribui debet.

Itaque in id ſolum incumbendum eſt, ut Steganographia à vetitæ magiæ labe defendatur, atque hic ſe quamprimum offert ſæpe laudatus P. Caſparus Schot, jam mihi ſæpe Dux & Autor in Sch. Steg. Claſſe 7. Eroth. 4. n. 1.

*Ajo primo Steganographiam ab ipſo Trithemio conſcriptam & non abſolutam, ſed poſt librum primum & ſecundum, partemque tertii mancam relictam, uti erotem. &c. 2. Vidimus, nullam ſuperſtitionem, nullam magicam, aut diabolicam operationem, nullam Chriſtiano homini vetitam doctrinam continere, ita conſtanter affirmat tum in epiſt. ad Boſtium, tum paſſim in Polygraphia, & ubicunque occaſio ſeſe offert, ipſemet Trithemius; qui fuit vir non tantùm ingenio ſingulari, acri judicio, & omnigenâ doctrinâ præditus, ſed eximie religioſus, inſtituti ſui regularis tenaciſſimus, erga Deum ac Sanctos piiſſimus, ut omnes, qui vitam & res ab eo geſtas conſcripſere, fatentur. Quis ergo niſi aut nullius, aut perverſi judicii exiſtimet, eum vel neſciviſſe diſcernere licita ab illicitis, naturalia à ſuperſtitioſis, vel perverſa ac noxia dogmata voluiſſe ſuis lectoribus, præſertim viris principibus & ſingularibus amicis obtrudere? certè ex ejus antipalo, ex octo quæſtionibus ad Maximilianum I. Cæſarem, & aliis ejus operibus conſtat, eum fuiſſe acerrimum hoſtem & fortiſſimum malarum artium inſectatorem. Ajunt fuiſſe curioſum & novarum artium inſectatorem. Ajunt, fuiſſe curioſum & novarum artium ac ſcientiarum amantem, at fuit pius, fuit ingenioſus, fuit prudens, fuit doctiſſimus, fuit in ſumma apud Principes & ſui ævi doctos omnes æſtimatione, qui bonum à malo, licitum ab illicito, naturale à ſuperſtitioſo diſcernere poterant, & per verſas ejus doctrinas, ſi quas effudiſſet, deprehendere, conceptamque de ipſo opinionem non ſolum deponere, ſed in ſum-*

*ſummum odium convertere: Nos hæc videmus, Trithemius non videbat? non præcavebat?* Hucusque P. Schot: atque huic doctiſſimi viri judicio ſe corformant innumeræ ferè apologiæ & proteſtationes, quas Trithemius Steganographiæ ſuæ, quas variis locis, ubi de ea meminit, quas octo quæſtionibus ad Maximilianum Cæſarem, inſervit, longumque eſſet hic repetere, legatur proteſtatio in præfatione Steganographiæ ad Philippum Comitem Palatinum, & Judicium de Autore formetur non partiale; videatur etiam Apologia, quam præfationi Polygr. ad Maximilianum Cæſarem inſervit, quæ quia Bovillanæ temeritatis mendacia apertiſſimè refutat, placuit eam huic vindicatio ad Verbum inſerere: "Omnium vero incognita mea temere judicantium maximè temerarius, & iniquisſimus te-" "cum æſtimator tandem prorupit in medium Carolus Bovillus na-" "tione Picardus, qui, cum ſuperioribus partibus Alſatiæ peragratis," "ad me gratia hoſpitii veniſſet in Spanheim per Treviros rediturus" "in Galliam, quâ poteram humanitate ipſum tractavi, & omnia ho-" "ſpitalitatis beneficia, quamdiu mecum fuit, hilari vultu exhibui," "cumque ut fieri ſolet inter amicos maximè literarum ſtudioſos," "omnia mea gratisſimo hoſpiti exhibuiſſem videnda, cum aliis ſe ob-" "tulit etiam memoratum opus Steganographiæ, necdum eo tempo-" "re conſummatum, vidit Bovillus, & obiter legit mente aliunde oc-" "cupatus ſe adinventum mirari dixit, laudavit, nec, quo intelligere-" "tur modo, curavit; unde cum peteret intelligentiæ clavem, nihil" "eorum, quæ continebantur ipſa lucubratione noſtrâ, meruit audi-" "re, vel percipere. Reverſus poſthæc in Galliam, malum nobis" "pro bono reddidit, & Chriſtianæ fœdus amicitiæ turpiter viola-" "vit: Interrogatus enim per Dominum Germanum de Ganay" "communem amicum, poſtea Epiſcopum Aurelianenſem, quid" "apud me reperiſſet, vidiſſetque in Spanheim, falſa pro veris, men-" "dacia pro beneficiis reſcripſit, damnans & temere judicans ea, quæ" "comprehendere intellectu minimè valebat. Nam cum doctri-" "næ ſibi palmam invidia, & mendacio crederet fore conferendam," "epiſtolam ad memoratum virum doctiſſimum falſitate, mendaciis," "injuriis & contumeliis multis plenam reſcripſit, in qua non intelle-" "ctæ Steganographiæ mentionem faciens, me pravis artibus dedi-" "tum, Magum, Necromanticum falsò, mendaciter, & nimis injurioſè"

„ temerariâ præſumptione proclamat. Cujus mendaciſſimis inju-
„ riis & blaſphemiis DEO miſerante, brevi taliter ſum reſponſurus,
„ quò intelligat omnis poſteritas, & me innocentem, & Bovillum
„ impium, crudelem, & temerarium eſſe in hac parte mendacem;
„ Conſtanter affirmo, veraciter dico & confidenter in animam
„ meam juro, cum dæmonibus, pravis ac perniciofis, magicis, vel
„ necromanticis artibus me nullum unquam habuiſſe commercium:
„ ſed omnia & ſingula, quæ vel ſcripſi, vel ſcripturum me ſum polli-
„ citus, pura eſſe, ſana, naturalia, & Chriſtianæ fidei in nullo peni-
„ tus adverſa; unde non vereor, mea promiſſa coram viris bonis & do-
„ ctis, quando & quoties opus fuerit, dare examini, quorum deter-
„ minationi nullatenus intendo reluctari. Quod hanc Bovillanæ
„ temeritatis hiſtoriam huic præfationi meæ interpoſui, cauſa ra-
„ tionabilis fuit, ut intelligant omnes maturo factum conſilio, quod
„ hactenus manet in tenebris opus Steganographiæ ſepultum, non
„ quod temeraria Bovilli judicia metuam, ſed ne cauſam pluribus
„ videar dare ſimilibus de me ſimilia ſuſpicandi. Enimvero, quan-
„ tum ad me attinet, mallem æmulos meos placare ſilentio, quam
„ literis irritare, vel ſcripturis ad inſaniam provocare; ſatius enim
„ judicavi, omnia mirabiliter inventa perpetuo damnari ſilentio, quam
„ Magicæ vel Necromanticæ pernicioſæ ſuperſtitionis notam, falſæ
„ etiam hominum æſtimatione incurrere. Lateat ergo Steganogra-
„ phia in tenebris, nec fiat Bovillanæ ſocietati mendaci communis,
„ quæ de rebus judicare conſuevit incognitis & depravare famam bo-
„ ni viri ſolâ libidine pravitatis. Et paulò infra: Sum enim Chriſtia-
„ nus, ſum Presbyter, ſub norma D. Patris Benedicti & monachus,
„ Chriſtum diligo, &, qua poſſum ſinceritate mentis, devotus ſemper
„ adoro, nulla mihi ſunt, nulla fuerunt, & protectore DEO nulla erunt
„ cum dæmonibus commercia, nulla in Magis, Necromanticis, ſeu
„ prophanis artibus ſtudia, nullæ occupationes, nulla documenta. Qui
„ de me aliter ſentit, malè ſentit, injuriam facit, & apertum Bovilli
„ mendacium defendit.

Probatur ſecundò, quia ſunt multi doctisſimi viri, qui in per-ſcrutandis Steganographiæ myſteriis nullum laborem ac diligentiam ſubterfugerunt, & tamen nullam ibi vetitæ magiæ impuritatem, nullam ſuperſtitionis maculam, nullam Necromanticæ aut alius ve-

titæ artis labem deprehenderunt, ſed eam in puriſſimum & ab omni labe alienum ſenſum deduxerunt, ac innocentiam & ingenuitatem apologiis defenderunt, licet ipſis etiam verum ſenſum & genuinam allegoriæ ſimilitudinem non licuerit penetrare.

Probatur tertiò, quia nulla poteſt ab adverſariis adferri ratio, quare Steganographia in eum ſenſum derivari debeat, quem litera inſinuat, cum convenientiſſimè in ſenſum tropicum deducatur, atque ea deductio ab Autore clariſſimis verbis exprimatur, jubeatur, & cum proteſtatione excuſetur. Quod in cap. ſuperiori citatus calumniator Weierus tandem animadvertit, ac palinodiam cantavit in apologia contra Leonis Suavii calumnias, his verbis: Du thuſt kein Zeüchnuß mir mehr fürzuwerffen / dann allein des Agrippæ in Verantwortung des Trithemii, wider welchen ich / wie du mir mit der Unwarheit nachſageſt / gewüdtet / und ſein Gedächtnuß ſolle geſcholten und verflucht haben, und daß du ſolches alles der Warheit zugegen geſchrieben / will ich dir ſolches mit meinen Worten / in deinen Löwen-Hals ſchieben / und dich alſo ſchamroth machen / da ich ſonſten des Trithemii nit gedacht / dann alſo ſtehet in meinem andern Buch / Cap. 6. Steganographiæ Joannis Trithemii Abts zu Spanheim gedenckt Carolus mit dieſen Worten ꝛc. und nachmals da die Wort Bovilli erzehlt worden / hab ich hinzu geſetzt: Welchem doch Trithemius der Lügen und Gottloſenheit beſchuldiget / da er ſich in der Præfation libri polygraphiæ ad Maximilianum Imp. entſchuldiget. Wann ich hier allein darzu geſetzt / die Sach wird den Jenigen / ſo ſolches mit Fleiß lieſet / anderſt verſtändigen: Heiſt nun das toben / ſchelden / und eines andern Memoriam verfluchen. Ita quidem ſuum agnoſcit errorem Weierus, ſed contra manifeſtam proprietatem verborum retorquere vult opinionem, quam ante de Trithemio declaravit.

Neque obſtat aſſertioni huic, quod multi etiam ſubtiliſſimi & conſcientioſi viri, quos omitto nominare, hanc Steganographiæ Trithemicæ explicationem non admiſerint, ſed nihilominus acerbiſſimis cenſuris ſunt perſecuti. Reſpondeo enim ſicut ridiculi ſunt Judices cœci de coloribus, ita non minus ſint rejiciendi, qui de non intellectis auſi ſunt judicare, quia ut Caramuel inquit, in Concl. Steg. Vindicatæ.

*Nullus*

*Nullus debet decernere de rebus, quas vel non profitetur vel non intelligit, quia tale judicium temerarium, oportet, ſit, & ut eſt apud Auguſt. non Judicato ſane ſed ipſi nocebit judicanti, quia in dubiis ingenui ex pietate judicant, ut putat idem Auguſtinus.*

## CAP. XI.

### An Modus Quo Steganographiam Trithemius Scripsit Sit Reprehendendus?

Exhibui, credo, Steganographiam Trithemii reipſa nihil continere magici, nihil ſuperſtitioſi, omniaque quæ ibi ſub ſpirituum & conjurationum figuris exhibentur, exactiſſimâ interpretatione reduci poſſe; verùm, quia ſaltem ille ſcribendi modus, utpote ad magicarum Inſtitutionum ſimilitudinem & imitationem aſſumptus, magnam adhuc à viris etiam doctiſſimis patitur cenſuram; Et hanc ſpeciem defenſionis ſuſcipere neceſſarium judicavi. Certe jam ſupra citatus Andreas Thevetus in Elog. Joan. Trithemii licet aliàs Trithemium ſummis extollat laudibus, ipſiusque incomparabile ingenium, admirabilem eruditionem, excellentiam ſcriptorum veneratione maxima proſequatur, non tamen ſe temperavit, quin in hæc verba prorumperet: *Seroit choſe ſuperflue reciter en ce lieu le catalogue de ſes autres livres: Seulement je veux bien dire, qu'il eſt à reprendre en ce, que par trop curieux des ſien cesnoires & occultes de Magie, il à eſcrit en ſon livre, intitulé le Steganographie, pluſieurs choſes ſuperſtitieuſes & indignes d'un homme Eccleſiaſticque: & par ce moyen il a oppreſſé à pluſieurs, qui ne cherchoient pas meilleur pain, matier de ſe gaber des Mognes, diſant, que l'eſtat d'un Religieux ne conſiſtoit à recenſer telles ſuperſtitions & mouvemens aſtrologicques: Iornet qu'il eſt eſtimé, avoit penetré plus avant, & avoir eu communication d'eſprits familiers, ce que je ne voudrois approuver.* Atque huic conſentire ac ponderis aliquid & fundamenti habere videtur Caramuelis Apoſtrophe ad Trithemium, quæ habetur in commentario Prologi Steganogr. verbo non ſine cauſa, ubi inquit: *Non ſine causâ Thrithemi mi, proteſtationem tuam operi huic proponis occultiſſimo, ſed ſine effectu, ſine fructu, ſine utilitate; Eò enim devenit imperitorum hominum audacia, ut, qui ante proteſtationem te Necromanticum & Magum fuiſſe dicerent, pacti alicujus expreſſi vel ſaltem impliciti miſeriis irretitum, ſuper-*

*ſuperſtitionibus ſcaturientem crederent; poſt proteſtationem priori opinioni innixi, te præterea non ſolum Graphomanticum, ſed & perjurum, & omnino à DEO alieniſſimum eſſe aſſeverant. Potuiſſes equidem aliter ipſiſſimæ ſcripſiſſe, &, quas conjurationes dixeras, vocare regulas: quos ſpiritus, accentus, & ſic nulla ſuperſtitionis ſuſpicio remaneret, quæ tuum nomen, aliàs illuſtre, odioſum redderet; & tui ordinis mihi & tibi ſaltem in ſubſtantia, ſpecieque communis authoritatem, tot Martyribus, tot Confeſſoribus, & tot Virginibus, per annos tot, ſummo cum labore, ſumma cum laude adquiſitam, maxima ex parte diminueres. Ut igitur hoc eſſe verum cognoſcas, inimicorum meminiſſe oportet, qui contra te etiam viventem, acerrimam ſententiam, & injurioſiſſimam opinionem ſeminarunt; memento Apologiæ, quam ſatis curiosè ſcripſiſti contra Bovillum, qui te teſte (in epiſtola tua, quam publicavit Adolphus à Clauburg in Polygraphico,) vidit & obiter legit, mente aliunde occupatus, ſe adinventum mirari dixit, laudavit, nec, quo intelligeretur modo, curavit, & reverſus in Galliam malum tibi pro bono reddidit, & Chriſtianæ fœdus amicitiæ turpiter violavit, interrogatus à Domino Germano de Ganay communem amicum, & poſtea Epiſcopum Aurelianenſem, quid apud te reperiſſet, vidiſſetque Spanhemii, falſa quidem pro veris, mendacia pro amore, veneficum, quem beneficum deberet colere, reſcripſit, damnans, & temere judicans ea, quæ comprehendere non ſufficiebat. Nec velim te Cardani immemorem eſſe, qui tua, teque, magica, falſa, necromantica ſibi ipſi tertiò contrarius verbo proclamabat.*

*Ad piiſſimos Doctores converte oculos, ut, cum videas, quod homines ſanctiſſimi de te ſcripſerunt, non mireris nomen tuum, & opera male audire apud homines, qui vel in minoribus ſunt nati modeſtiæ titulis, vel minus pium modum loquendi fuerunt inſecuti.*

*Inprimis ſit diffinitio primas, omnium aliarum quaſi regula, & norma, edictumque Inquiſitionis Hiſpanæ, quæ (ut ubique piiſſima, ſic & erga te) noluit concedere Steganographicum Opus à te eſſe compoſitum, ſed ſuppoſitum judicans, his (vel ſimilibus verbis) interdicit:* Steganographia quæ falsò imponitur Joanni Trithemio viro aliàs &c. tota integra mandatur flammis.

*Multi, & inter eos Martinus Delrio, (quorum mentionem facit Balthaſar Bellerus, Typographus Duacenſis, in præfationis initio ante illas octo quæſtiones, quas ſatis acutè expoſtulante Maximiliano invictiſſimo Cæſare, ſummo cum Magiſterio reſolviſti) ſteganographicum hoc opus ignibus digniſſimum*

*mum judicarunt, Autori ſancto falsò impoſitum credunt Pereyrus, Aloyſius & alii.*

*Audiſti condemnationem operis: Autor ſalvus & illæſus, quia Doctores homines ſemper ſunt magis pii, &, quantum in ſe eſt, doctos defendunt. Scias, oportet, etiam fuiſſe aliquos, qui non ſolum opus peſſimum, ſed ab Autore peſſimo compoſitum eſſe judicarent. Inter eos Quevedus, qui ſomnians ad Inferos ducitur, & excitatus revocatur, ſane hic Autor poſt Geomanticum (quem ipſe ignarus nominis, non rei, ut colligitur ex Geomantiæ deſcriptione, quam ſubjungit, Geometricum appellat) poſt Petrum Albanum, Cornelium Agrippam, te vidiſſe vociferatur his verbis.* Ri conſu polygraphia, y Eſtenografia (*ſi Steganografia diceret, correctius loqueretur*) al Abad Tritemio, harto de demonios, y a que en vida parve, que ſiempre tubo ambre dellos, muy inojado con Cardano, que eſtaba enfrente del, porque dixo mal del ſolo. *Hoc eſt:* Vidi (*Puta in inferno, ubi pro illo tempore erat Quevedus*) cum ſua Polygraphia & Steganographia Abbatem Trithemium, nauſeantem tandem dæmones, quorum vivus, ut videtur, fame vexatus eſt, iratum maximè contra Cardanum, qui etiam ibi erat è regione, quod in ſe unicè inveheretur, &c.

Ita Trithemium alloquitur Caramuel, ſed ipſe ſibi in Concluſ. Steganogr. tandem reſpondet ad hanc objectionem, quam etiam in terminis ibidem ponit: *Fateor, nihil in Steganographia reperiri, quod in re ſit ſuperſtitioſum, ſed modus talis apparet, utitur enim nomine conjurationum ſpirituum; item ſpiritum regnantium, miniſtrorumque; nec non utitur Nomenclaturis, quæ omnia ſunt male ſonantia, & ſic potius delenda, quam corrigenda.* Reſpondet autem: *Evidens eſt ſatisfactio, quia claſſes ſpirituum, ſpeciesque determinare, loca diſtribuere non eſt inuſitatum Glottoſophis; Græci enim (noverunt docti, ſi imperiti neſciant, quomodo convincendi?) cognoſcunt etiam in ſcriptura ſpiritus, diſtinguunt in clauſitatis & mollitiei claſſes, conjurarunt in eorum locis determinandis. Sed nec inuſitatum eſt etiam in Glottographia ſpirituum in Reges, miniſtroſque diſtinctio; quia Trithemius noſter Hebræologus imitatus accentus (qui etiam ipſi ſunt ſpiritus) in dominantes, in miniſtranteſque diſtinxit: ut videas modum loquendi Trithemianum nec novum, nec rarum: ſed omnibus Ortographis & Glottaphilis ſatis communem.*

Tam

Tam obſcurum licet longe diverſum ſcribendi modum etiam ad omnium admirationem, & ſupra captum oſtendit in multis locis Polygraphiæ, ut in Præfat. Polygr. ad Maximil. Cæſarem ſub initium: *Archimedes ille Syracuſanus Mathematicorum facile princeps, albam ſuis convenientem inſtitutis volucrem, nudam per caput & pedes, bactro in formam tetrogoni reciſo, circumferenter affixit, ordinatisque debitâ proportione miniſtris, opus volatili commendavit inſtrumento, donec in picam imago volucris albæ mutata comparuit. Quo ritè peracto, reſolvit affixam ſua manu, quam, ut avolare permiſiſſet, facta eſt ſubitò inter familiares penetralium disjuratio magna, ſurrexitque mox tortuoſæ imaginis monaſticæ prius monſtrum nimis vagabundum, cujus in aſpectu nemo, quod erat, potuit cogitare. Nec prius conquievit bubonum diſſenſio, donec imago magiſtri, picam ſcitè relegaſſet tetrogono conſimili.* Quis, vel ingenioſiſſimus, ſermonis hujus explicationem ſcrutando fuiſſet aſſecutus, niſi ipſe in gratiam Cæſaris Maximiliani clavem edidiſſet? Quis non ſuſpicaretur aliquid latitare ſuperſtitioſi, quod tamen certum eſt non eſſe, ſicut econtra nemo ſine admiratione maxima & voluptate clavem poterit obſcuro huic ſermoni adplicare?

Multis etiam adhuc aliis in locis Polygraphiæ ſimilibus & Steganographiæ convenientioribus utitur loquendi formulis, quas tamen deinde omnes ad nutum convenientiſſimè explicavit: ut d. loco pag. olim 20: *Fuerunt etiam, quos harmonia cœleſtis peregrinas docuit componere voces, quarum duplex fuit intelligentibus uſus, dum alter ſenſum ſuſpendebat, alter in æthera mentem. Deus omnia poteſt. Conati ſunt plures in umbra ſine luce quærere lucem, minimè tamen potuerunt, quia ſepultus jacet in cineribus ignis. Nonnulli exercitati larvarum pictores, ventum unum in duos diſtinxerunt ad punctum, quorum alter miſophos in tenebris latitat ſemper, alter verò lucis amator philophos tenebras odit, lucem diligit, arcanum bubone cuſtodit.* Iterum in indice eorum, quæ in 1. libro continentur, pag. inſtabit 30: *Conſequenter item monemus volentem, ut, quoties à vento movetur folium, utriusque proprietatem naturæ diſcernat, ipſamque noctem diei per gradus & minuta comparet, ac luci tenebras conformet. Quod ſi phœbus nocti, aut nox præjudicaverit ſoli, per quod eclypſeos confuſio naſceretur, aut unitas reſumat binarium, quem dimiſit in lumine, aut umbra noctis ad primam reducatur lineam ſolis, &c.* Quid aliud ventus, quam ſpiritus? quid lux & ſol, umbra & nox, niſi arcanum

& apertum? illud nempe, quod latet in cortice, & hoc, quod reperitur in communi ſignorum operatione.

Itaque conſtanter teneo modum, quo Steganographiam Trithemius ſcripſit nulla ratione poſſe reprehendi, adeoque omnes eos, qui eam improbare & carpere tentârunt, neque communem antiquiſſimorum Philoſophorum & Sapientum ſcribendi rationem, nec Trithemii ſtylum, quem in occultandis ſuorum arcanorum myſteriis undiquaque oſtendit, legiſſe, aut intellexiſſe. Omninò etiam mihi perſuadeo, quod Trithemius, licet innumeros occultandorum ſecretorum habuerit modos, præ omnibus tamen hunc elegerit, ut, ſicut horrenda ſpirituum nomina, portentoſa conjurationum vocabula, formidabile errandi periculum primâ fronte terrere ſolent, meticuloſos diſcernat à conſtantibus, dignos, qui altiſſima ejus intelligant, ſeparet ab indignis; eosque, qui eſſent tam ſcrupuloſæ conſcientiæ, crederentque nihil præter externum literæ ſenſum latitare, arceat in ipſo limine ab aditu hujus ſcientiæ & repellat; Et certè non fefellit ipſum talis ratio; ſcio enim, imò novi multos, quibus vel ſolum ſpirituum & conjurationum nomen primo auditu talem incuſſit horrorem, ut toto corpore tremerent, ſe ſacroſanctæ crucis ſigno munirent, ac librum flammis addicerent; Nihil mis magis ridiculum, qui verbis & ſignis, nominibus & figuris nullam vim tribuunt, & ſolis ſpirituum atque conjurationum vocabulis omnium actuum tremorem patiuntur. Illi ergo non in ipſo limine tam inani formidine ſe abigi patiantur, intrent ulterius, legant præfationem, legant totam Steganographiam, legant & ſine ſtomacho legant, atque ſine invidia ſint judiçes, ſcio aliter cenſuros, ſcio dicturos: latere aliquid ſub ſpirituum, & conjurationem nominibus velatum, licet ipſam rei ſubſtantiam non ſtatim valeant penetrare. Sicut egregiè P. Schot in Sch. Steg. Claſſe 7. Erot. 4. n. 4. eo 6. junctis, licet fateatur. Quid in ſingulis Darmſtadianæ editionis libris, ſingulisque eorum capitibus tractatur, licet ſpirituum conjurationes, utpote ex barbaris, & nihil ſignificantibus verbis concinnatæ, omnem diligentiam ejus ac ſtudium in illis intelligendis ac interpretandis eluſerint; tamen generali omnium myſteriorum explicatione ſcopum attigit & Autorem defendit.

Obji-

Objicies 1: quod licet ex lectione Steganographiæ generalis, quædam explicatio deprehendi ac divinari poſſit, eam tamen multi non fuerint aſſecuti, ſed ſecundum literam omnia intellexerint, atque reverâ crediderint, per conjurationum recitationem ſpiritus cogi venire, mandata accipere, & omnia exequi, prout ibi ſplendidè deſcribuntur, & ſic occaſionem acceperint ſub opinione ſuperſtitionis & ſpe promiſſi effectus, conjurationes legere, & ſpiritus expectare.

Reſpondeo: Bonum eſt inſtrumentum gladius, ad uſum quoque bonum convertitur, quoties pro defenſione ſine injuria proximi portatur; quod ſi ad læſionem cujuscunque injurioſè extenditur per abuſum, res bona in malum relaxatur; Qui bonus eſt non abutitur bono in malum, magis autem, ſi poteſt, malum convertit in bonum, Et nihil eſt in mundo tam bonum & ſanctum, quo reprobi non ſæpius abutantur in malum.

Sed inſtas: Gladius eſt inſtrumentum indifferens & magis inventum ad tutelam & ad defenſionem propriam, quam ad læſionem alterius; ſicut bellum Jure Gentium introductum eſt ad defenſionem patriæ, modus verò Steganographiæ per ſpiritus & eorum conjurationes plane eſt ſecundum magica, & vetita principia, quæ in bonum aſſumi non poſſunt, & licet poſſint, non tamen facienda mala ut eveniant bona, adeoque magna eſt differentia, nec mirum, ſi Steganographia primâ fronte in malum explicetur.

Reſp. 1. Quod paritatem concernit, gladium ex ſua natura ex uſu intendere læſionem, ſi enim hanc non intenderet, non eſſet tam acutus, ſed ſicut in ſcholis gladiatoriis gladii palæſtrici obtuſus, atque ita adhuc pejus eſt inſtrumentum, quam modus Steganographiæ. Reſp. 2. Omnia ea vocabula: Spiritus, conjuratio &c. eſſe ex ſe indifferentia, quod autem à multis fuerint aſſumpta in magicas inſtitutiones, non officit, quo minus etiam in bonam aſſumi poſſint doctrinam:

Objicies 2: quod ſibi objicit ipſe Trithemius in Procemio Clavis Steganogr. ſub finem: *Sed objiciat mihi aliquis dicens: ſi hanc tuam ſcientiam volebas eſſe occultam, cur eam literis commendare voluiſti?* Sed, Reſponſionem perge legere ipſius Trithemii: *Huic ego ſi reſpondendum fuerit, dico, Quia optimo Princip i hanc occultare ſcientiam nec debui, nec*

*potui, per quam clientes ſuos (de quorum ſum ego numero) à multis periculis valeat, ſi caſus acciderit, liberare.* Itaque Trithemius quidem vult hanc abſcondere ſcientiam iis tantum, qui non merentur: ſi, qui autem futuri ſint, quibus eam conveniat & expediat ſcire; per communicationem clavis, poterunt ejus fieri participes, & per eam ſuæ mentis conceptum, ſuis, quibus voluerint, occultè vel manifeſtè, ſecurè innoteſcere, & nullius ſcientiam in contrarium formidare.

## CAP. XII.

## AN STEGANOGRAPHIA TRITHEMII JUSTE POTUERIT INTERDICI.

Hanc etiam quæſtionem in terminis proponit Caramuel in Steganogr. Vind. & pauló longiùs excurrit de potentia interdictivâ librorum tam activâ, quam paſſivâ, quem ego relinquo, & ad quæſtionem feſtino. Ubi ſtatim in ipſo limine circa ſuppoſitum illius ſe prodit controverſia: an etiam Steganographia Trithemii fuerit interdicta? Ita enim quidam argumentantur: Opus, quod falſo attribuitur Trithemio, fuit interdictum; ſed, ut vidimus, editio Darmſtadiana non falsò illi attribuitur, ſed eſt vera illius Steganographia; ergo illa non fuit interdicta. Reſp. 1. Non eſt neceſſe concedere ſuppoſitum: quod aliquando fuerit interdicta; nam illud tantum verba ſonant, an ante editionem præſentis Steganographiæ Vindicatæ & Reſeratæ potuerit à quoquam interdici; Certus namque ſum, & confido poſt hujus operis editionem, eam nulli amplius cenſuræ ſubfuturam. Reſp. 2. Concedendo ſuppoſitum, &, quod ab inquiſitione Hiſpanica fuerit interdicta; ſicut ſenſus eſt Caramuelis, ſed dico, mea non referre utrum hæc vel alia editio, vera, aut ſuppoſititia ſententiam inquiſitionis paſſa ſit. Reſp. 3. Cum Caramuele, quod hæc editio ab Inquiſitione Hiſpanica fuerit interdicta, non alia, ſuppoſititia, & Trithemii titulo glorians. Ad argumentum autem reſpondeo horum ſententiæ verborum: Opus, quod falsò attribuitur Trithemio, ignibus mandetur; duplicem eſſe vim & explicationem. I. ut ideo damnetur liber, quia malus eſt, ac per conſequens credatur eſſe ſuppoſititius. II. ut ideo liber interdicatur, quia ſuppoſititius eſt, ac per conſequens junctis aliis apparentiis judice-

dicetur malus. In primo ſenſu tò ſuppoſititium non ingreditur rationem ſententiæ motivam, ſed tò malus; Itaque ſive verus ſit Trithemii partus ſive ſuppoſititius, inquiſitio non definivit nec curavit, ſed econtrà, quia malum judicavit ob Autoris, ſeu veri ſeu ſuppoſiti reverentiam credidit ſuppoſititium. Aliam qui deſiderat ſolutionem, ipſum legat Caramuelem d. loco.

Tandem ergo ad quæſtionem propoſitam: An, ſi interdicta fuit, juſtè fuerit interdicta, vel, an juſtè potuerit interdici? Magnum certè favorem exhibuit rigor Hiſpaniæ Trithemio ac ejus nationi, cum interdicendo Steganographiam Trithemii in tantum de ea occultanda ad votum implevit & profundiſſimæ Hiſpaniæ occaſionem ademit ſubtiliſſimæ hujus ſcientiæ inveſtigandæ, & eam gloriam Germanicæ reliquit, quam ſublata interdictione Hiſpania dudum eripuiſſet, ſicut eam eripere jam dum conatus eſt doctiſſimus Caramuel, ſed quam infeliciter, Steganographia oſtendet Reſerata; Itaque, ſi inquiſitio hoc impulſa motivo Steganographiam interdixit, gratias ei habeam neceſſe eſt, quod occaſionem reliquerit, minimi mei nominis in publicum evulgandi, nec eveniat mihi, quod Alexandro Magno legimus contigiſſe. Sed aliam aſſignat rationem Caramuel d. loco. Primo: Quia ſumma cum probabilitate fuit male judicata. Secundo: Quia licet in ſe non erat mala, erat nociva, quia à vulgo imperito & à doctis etiam plurimis legebatur ut ſuperſtitioſa, ſperantibus, dæmonum medio ſe eſſe, quæ in titulis, pollicebantur, adepturos, ſicque is liber peccatorum plurium fuerit cauſa. Sed iſtis omnibus argumentis jam in cap. præcedenti ſatisfactum eſt, itaque dico, Trithemii Steganographiam non juſtè fuiſſe interdictam, neque doctis, neque imperitis. Non primò doctis, ſapientibus & juſtis viris, his enim nulli libri ſunt nocivi, ſed contrà neceſſarium eſt, ut à doctis tales libri legantur, ut vel explicatio deprehendatur, vel vanitas refutetur. Non etiam imperitis: ipſæ enim portentoſæ conjurationes & ſpirituum nomen eos à lectione libri arcere & repellere potuere. Vel ſi qui magis curioſi fuiſſent, periculum, quod non obſervata debita forma oriturum à ſpiritibus ad maximam formidinem quæſito ſtudio deſcribitur eos, ſum certus, à practica cohibuiſſet; Vel ſi qui denique ejus fuiſſent temeritatis, ut crederent ſpiritus venturos, & ſub ea ſpe conjurationes recitâſſent,

repe-

reperiſſentque nullum eſſe earum effectum, ſine dubio librum vel mendacii arguiſſent, vel aliquid aliud ſub iis latere deprehendisſent. Quid quod per ipſam ſententiam libri alicujus condemnatoriam ſæpiſſimè talis nota ei inuratur, ut licet alias à vulgo imperito non ſit habitus pro ſuperſtitioſo & malo, poſtquam verò à viris doctis relectus & talis judicatus eſt, quæratur ſub ea opinione, & cenſuræ doctorum virorum inſiſtendo invetitas adhibeatur artes, ubi nihil eſt vetiti juxta adagium; Nitimur in vetitum.

## *CAP. XIII.*

## Gloria Steganographiæ Trithemianæ.

Tantum abeſt, quod Steganographia Trithemii contineat ſuppoſititii partus veſtigia, quod tradat, quæ in virum religioſum, doctumve cadere non poſſunt; quod prodat dogmata pernicioſa ad Magiam ſpectantia, non naturalia, ſed vetita; tantum inquam abeſt, ut econtra dicam, eam eſſe miraculum ingenii humani, abyſſum ſubtiliſſimarum inventionum, quæ talia contineat inventa, pro quibus inveniendis tota Europæ ſubtilitas jam à centum ſeptuaginta quinque annis laboravit, quæ talem habeat methodum ſecreta involvendi, ut ejus ratio Cabaliſtarum doctiſſimorum effugerit capacitatem; rem ipſam ſi conſideres. Continet innumeros fere modos occultè ſcribendi, ſine omni ſuſpicione, ſine timore, ita, ut non ſit homo in mundo, qui naturali induſtriâ ſcire vel ſuſpicari quidem poſſit, quid in literis contineatur. 2. Continet modum, quo per ignem mentis meæ conceptum, poſſum facere notum artem ſcienti, ad quamcunque diſtantiam, ad centum milliaria vel plura, ſecurè ſine verbis, ſine ſcriptis, ſine ſignis per quemcunque nuntium. 3. Tradit modum, quo voluntatem meam indicare poſſum Sedenti in carcere, etiam longe abſens, quantumcunque cuſtodiatur, etiamſi tribus milliaribus ſub terra ſederet. 4. Docet artem, per quam poteſt homo idiota, ſciens tantum linguam maternam, qui nunquam novit verbum latini ſermonis, diſcere, ſcribere, legere, & intelligere Latinum. 5. Continet multa ſtupenda experimenta, quibus mentem meam indicare poſſum ſcienti artem meam inter edendum vel ſedendum cum aliis ſine verbis, ſine nutibus, etiam inter loquendum,

dum, prædicandum, ludendum in organo, vel cantandum ſine impedimento alterius actionis. 6. Continet modos ſecretiſſimè ſcribendi, ubi non dictio literam, ſed quælibet aliam integram ad myſterium convenientem repræſentat dictionem, &c. Hiſce propoſitionibus humani vires ingenii ita exercuit atque torſit Trithemius, ut plures coacti ſint dicere, ea eſſe impoſſibilia, ſupra vires naturæ & artis, quæ Trithemius facturum ſeſe jactat, ut de Blaſio Vignerio dicit P. Schot, claſſe 3. cap. 12: *Tametſi vero Blaſius Vignerius in ſuo de Zyphris Gallice conſcripto volumine, aliique, cum capere non poſſent Trithemii artificium, eum tanquam de re impoſſibili temere ſe jactantem, carpere non fuerint verecundati.* Et quidem, ſi ſubjectam conſideremus propoſitionem, eam nempe, quæ num. 6. deſcribitur, ea tam eſt abſtruſa, tam à principiis Steganographicis & Metatheſeos fundamentis aliena, ut nec proportio nec ſimilitudo quidem poſſit ulla ratione deprehendi. Quod ipſum confirmat P. Kircherus his verbis: *Procedo tandem ad magnum illud & mirabile ſcribendi ſecretum, quod tot magnificis verborum ampullis deſcripſit, tantis ſermonum ſpinis, metaphorisque ab ingratorum hominum acceſſu muniendum putavit Trithemius, in quo reperiendo tot hucusque ingenioſiſſimorum hominum deſudavit induſtria.* Item *Tertium* (ſc. Syntagma Polygraphiæ novæ & univerſalis) *continet novum arcanum ſteganographicum & univerſale, ſive humano ingenio impenetrabilem ſcribendi modum, à Trithemio pariter in ſua Polygraphia indigitatum, ſed in hunc diem à nemine captum, & paſſim à plerisque pro paradoxo habitum, jam tandem à falſa perſuaſione vindicatum, atque omnibus numeris abſolutum.* Itaque modum invenit P. Kircherus atque excoluit P. Schot, quo ſingulis ſecreti indicandi literis, ſingulæ alicujus ſententiæ loco clavis adhibitæ aut cujuscunque epiſtolæ, de quacunque re ſcriptæ, literæ correſpondeant, atque ita quidem putant ſemper verum eſſe, literas ſingulas unius, ſingulis literis alterius & conſequenter dictiones dictionibus reſpondere, quod Trithemius volebat. Verum omninò mihi videtur, artificium Kircherianum ne de longè quidem Trithemianum accedere, debet enim modus Trithemii fieri ſecretiſſimè & ſine ulla ſuſpicione. 2. Ut non dictio literam, ſed quæque aliam integram ad myſterium convenientem repræſentet dictionem; quod certe in Trithemiano non fieri, manifeſtè patet, & ipſe P. Schot Claſſe. 3. cap. XIV. §. 2. animadvertit.

vertit. Ergo adhuc dicendum, Trithemii artificium hucusque deſcriptum à nemine mortalium fuiſſe compertum, niſi minimam meam inventionem, quam in Steganographia Illuſtrata inſinuare, ac aliquando, cum ocii plus fuerit, in publicum dare cogito, lector verum Trithemii modum judicaverit.

Quod ſecundò concernit artem docendi hominem idiotam in duabus horis ſcribere, legere & intelligere latinum, inventum eſt certe, quod nulli ante Trithemium in mentem venit; putat autem P. Caſparus Schot, illud quidem in Steganographia promiſſum, ſed revera in l. 1. & 2. Polygraphiæ traditum; ſed audiat verba Trithemii lector & judicet. Ita enim loquitur in Polygr. pag. adinventis 38: „Secunda Utilitas eſt, quod miniſterio hujus operis in pavii temporis ſpatio, hominem latini ſermonis ignarum, modo literas tantum legere ac ſcribere noverit ſub lingua materna, docebis ſub latina, ut volueris, ornatè vel concinne ſcribere, omniaque voluntatis ſuæ arcana myſteria celare, abſcondere, artemque ſcienti, quam placuerit latiſſimè, nunciare tutò, ſecretè & absque ſuſpicione. Iterum præmoneo, ne aliter nos intelligas pollicitos, quam pollicemur. Tertia verò utilitas, quod Romani Sermonis imperitum, non ſolum in paucis horis, quod pollicemur ſcribere ac legere, ſed etiam intelligere, ſi prudenter munus officii exhibueris, quod non ſine rationabili cauſa nos duximus reſervandum. „Scribet enim artis novæ diſcipulus, quam non noverat linguam, & „latinum ſermonem ſub inſtitutione regulatâ compoſitum, intelliget, interpretabiturque ſi juſſeris ipſe de verbo ſufficienter ad verbum. Denique ad omnes mundi res atque negotia hæc inſtitutio „poterit ampliari.

Quod attinet tertiò artem ſcribendi, ſedenti in carcere. Multorum quidem torſit ingenia ſed incaſſum, vel enim ſomnia ſunt, quæ proferunt, vel ſpeciem aliquam habent naturalis Philoſophiæ, ſed penitius introſpecta ſeipſis concidunt. Melius igitur cum P. Schot, claſſe 7. erot. 11. ignorantiam fateri propriam, quam ſomniare, vel de Trithemii viri religioſiſſimi & doctiſſimi ac prudentiſſimi fide ambigere.

Quod attinet quartò artem, quâ per ignem conceptus mentis abſenti poſſumus nunciare, multis ea materiam ſpeculandi dedit & diſpu-

diſputandi, dum quisque ſuum Trithemianum credit modum & defendit; quid de iis ſentiendum, Steganographia monſtrabit Illuſtrata.

Quod attinet quintò Steganologiam, de qua n. 5. locuti ſumus, videatur P. Schot, claſſe 7. erot. 15.

Quod denique attinet innumeros ſcribendi modos ſine ſuſpicione, ſine timore, ita ut nullus homo poſſit virtute naturali ſuſpicari, aut invenire, quid in literis contineatur; fatendum eſt eos eſſe ſubtiliſſimos, nec eis ſimiles à Steganographis hucusque etiam ingenioſiſſimis fuiſſe inventos, quidquid dicat P. Kircherus, & certè, quis vel unicam Steganographiæ Trithemianæ Epiſtolam tot jam annorum, dicam brevi ſæculorum ſpatio, ad mentem Trithemii explicavit? Ea igitur maneat gloria Steganographiæ Trithemianæ, quod contineat inventa, & artes Steganographas & Steganologas, quas nec ullus ante illum invenit, nec poſt illum potuit perſcrutando aſſequi, niſi divinare, quem contingat.

*FINIS.*

# JOANNIS TRITHEMII
PRIMO SPANHEIMENSIS DEINDE DIVI JACOBI PEAPOLITANI
ABBATIS
# STEGANOGRAPHIA
VERA ET GENVINA CLAVE
## RESERATA.

### *PROOEMIUM.*

*Hucusque lectorem detinui curioſum, & anhelanti orbis expectationi moram injeci non ex aſſe neceſſariam; vix enim aliquid novi aut diverſi ab eo præſtiti, quod pro vindicanda Trithemii innocentia & aſſerenda puritate Steganographiæ à multis doctiſſimis viris jam dudum accuratiſſimis vindiciis eſt prolatum; Et hinc nec ipſi mihi tantum ſatisfeciſſe videor, quantum ad eradicandam indoctæ plebis æſtimationem, & convincendam Adverſariorum pertinaciam ſtatus tam arduæ & à demonſtrationibus remotæ quæſtionis requirit; nihil enim apud illos momenti obtinet Autoris pietas, ingenuitas, religio, fama ſanctitatis; Nihil cumulus proteſtationum, excuſationum, Apologiarum; Nihil denique interpretatio vel ipſa luce meridiana clarior & impartiali oculorum judicio præjudicanda. Tantum valet calumniandi libido & irradicata vulgi ſuſpicio. Itaque eò me deveniſſe Lector, qua poſſim Trithemio innocentiam & Steganographiæ puritatem aſſerere, & aſſeram, non argumentis tantùm probabilibus & præſumtionibus ex pietate Trithemii deſumptis; non teſtimoniis tam recentibus, & quæ non intellecta Steganographiæ vel partialitatis exceptionem patiantur; ſed ipſâ re, ipſâ Steganographiâ, ejus inquam explicatione, tam clarâ, tamque facili ut vel mediocriter docto, immò & ei, qui præter maternam Teutonicam linguam literas tantum legere novit latinas, tota difficultas primo intuitu ad oculum pateſcat, appareatque nihil ibi contineri magicum, nihil ſuperſtitioſum, nihil necromanticum, denique nihil Evangelicæ traditioni aut fidei Catholicæ contrarium; ſed omnia naturalibus, licitis, honeſtisque ſubnixa principiis, ac velatum peregrinis inſtitutionibus myſterium,*

*& ver-*

*& verba ſpirituum nominibus involuta eſſe.* *Explicationem hanc vero meam non incongruè clavem appello, eamque duplicem exhibebo; eruditis quidem, induſtriis, & magis curioſis generalem, quæ paucis capitibus omnium Steganographiæ capitum, ſpirituum, conjurationum, epiſtolarum, numerorum explicationem in compendio monſtrabit; minusque curioſis, & quibus contingit clavem generalem non penetrare nec applicare poſſe, ſpecialem, quæ per ſingula Steganographiæ capita ex ordine procedendo nihil relinquet obſcuritatis.*

# CLAVIS GENERALIS

## *CAP. I.*

## Examinatur Caramuelis Steganographia Vindicata.

Joannes de Caramuel Monachus Ciſtercienſis & Theologiæ ſacræ publicus Profeſſor librum typis dedit Coloniæ Agrippinæ annis ab hinc quadraginta, cui titulum præfixit ſequentem: *Steganographiæ nec non claviculæ Salomonis Germani Ioannis Trithemii Abbatis Spanheimenſis Ordinis Sancti Benedicti (quæ hucusque à nemine intellectæ, à multis fuerunt condemnatæ, & necromantiæ notâ inuſtæ) genuina, facilis, dilucidaque declaratio. Opus ſanè hucusque ab impioribus creditum impoſſibile; à ſanctioribus, qui mores, vitam, ſcriptaque Trithemii venerantur, peroptatum, Cabaleæ doctrinæ Theoricis ditiſſimum ſecretis; nec non Doctoribus, Theologis, Expoſitoribus, Hebræoſophis, Latinis, humanæ curioſitatis Studioſis, Regibus, Principibus, omnibusque, qui literarum, vel fortunæ eminentias occupant, perenne neceſſarium.* Specioſus titulus! cui ſi effectus reſpondeat, in ipſo limine labori meo qualicunque valedicam, atque loco Steganographiæ meæ reſeratæ in laudes Caramuelis pleniſſimè effundar neceſſe eſt; Itaque præſens examen huic operi præficere neceſſarium judicavi, ut, ſi appareat clavem Caramuelis eſſe veram & genuinam, liceat mihi ſummam hujus operis difficultatem ſubterfugere admirando; vel, ſi contingat, clavem Caramuelis non eſſe legitimam, nec Trithemii Steganographiam ad votum reſerare, & ego excuſationem merear, ſi effectus propoſito

non reſpondeat, in quo aſſequendo tam excellentis viri ſubtilitas eſt eluſa.

Recordabitur lector ex Steganographia mea Vindicata duos tantum perfectos & tertium inchoatum ac mancum extare Steganographiæ Trithemianæ libros, horum quidem omnium clavem variis in locis promittit Caramuel, ſed in deſcripto opere non niſi primi libri clavem orbi manifeſtat, vel difficultate laboris, quem invenio immenſum, deterritus; vel expectatione communis approbationis à cæterorum editione in ſuſpenſo relictus. Hujus autem libri primi claves aſſignat duas generales, primam pro 16. primis cap. reliquam pro reliquis. Primam ſic intelligo.

Primò: Literas ordinarias Alphabeti latini auget in 32. utpote numerum duplicem numeri capitum, ventorum, & ſpirituum, facit id autem adjectis variis, ſignis, abbreviationibus, literis antiquis, Germanicis & Hiſpanicis in hunc modum:

A b ç d e f g h i j k l m n o p q r s t u v w x y z
& æ œ ę ç † vel ⁹.

Secundò: Cuilibet vento, quorum ſunt 16, binas attribuit literas ex ordine, incipit autem ab oriente, & illi aſſignat †. & a. ſubſolano aſſignat b. & c. & ſic conſequenter.

Tertiò: Pro numero 16. Spiritum, ſedecim ponit Alphabeta diverſa, per ordinatam literarum ſupra poſitarum metatheſin procreata, adeoque toties etiam variatur literarum poteſtas, cumque ſint literæ 32, & 16. Spiritus, ſingula alphabeta ſingulis in ordine & valore duabus literis tranſiliuntur, tria rem oſtendunt exempla.

### *Alphabetum Pamerſielis.*

Poteſtas. a b c d e f g h i j k l m n o p q r s t u v
Character. † A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U
w x y z & æ œ ę ç †
V W X Y Z & Æ OE ę ç

### *Alphabetum Padielis.*

Poteſtas. c d e f g h i j k l m n o p q r s t u v w x
Character. A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V
y z & æ œ ę ç † a b
W X Y Z & Æ OE ę ç † vel ⁹

*Alpha*

## *Alphabetum Caramuelis.*

Poteſtas. e f g h i j k l m n o p q r s t u v w x y
Character. A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U
z & æ œ ę ç † a b c d
V W X Y Z & Æ Œ ę ç † vel ꝰ.

Quartò: Nunciaturus ergo cuipiam amico arcanum quoddam, quod ſit. v. g. *Volo obſidere Strasburg ſis in dicta ſylvâ*, literas has omnes arcani in alias transmutat ſecundum diſpoſitionem Alphabeti Pamerſiclis ſententia dicta ſic ſtabit animata: Unkn narhcdqd rsq†ratqf rhr hm rxku† chbs†.

Quintò: Occaſione numeri 36. quadrati correſpondentis præciſè numero literarum ſanctæ Crucis, multis in locis adhuc aliam facit transmutationem literarum arcani nunciandi, nam literas myſtici ſenſûs in quadratum diſponit, & quatuor miniſtris Univerſalibus; Ebræ, Sotheani, Abrulchæ, & Rasbieli committit; quorum primum interpretatur, transeuntem, transducentem, id eſt, directionem; Secundum, declinationem caſtrorum, id eſt, deſcenſum; Tertium, transeuntem & aſcendentem ſagittam, id eſt, aſcenſum; Quartum, curſorem timore repedantem, id eſt, retrogreſſionem, Exemplo res patebit, hæc ſententia: Vivat Claudia Leopoldus, vincat triumphet: quia præciſe 36. literas continet in quadratum diſponatur hoc modo:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| V | I | V | A | T | C. |
| L | A | V | D | I | A |
| L | E | O | P | O | L |
| D | U | S | V | I | Ń. |
| C | A | T | T | R | I |
| U | M | P | H | E | T |

Hæc ſententia ſic diſpoſita quadruplici modo legi & ſcribi poterit: 1. Per Ebram, id eſt, directè ab V verſus C, & ſic legitur: *Vivat Claudia Leopoldus vincat triumphet.* 2. Per Sotheanem, id eſt, deſcenſum ab V verſus U, & ſic legitur. *Vlldcu iaeuam Vvostpadp vthtio irecalnit.* 3. Per Abrulcham, id eſt, aſcenſum, & ſic ſtabit:

*tinlā*

*tinlâ cerioit htvpdapts ovvmau eaiucdllv*, 4. Per Raſbielem, id eſt, retrogreſſionem ſic: *tehpm uirttac nivſudlop colaid valctaviv.* Itaque ſimiliter ſuprà aſſumpti arcani literæ jam per Pamerſielem animatæ & informatæ, id eſt, per ipſius Alphabetum transmutatæ in quadrum diſponuntur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| U | N | K | N, | N | A |
| R | H | C | D | Q | D, |
| R | S | Q | † | R | A |
| T | Q | F, | R | H | R, |
| H | M, | R | X | K | U |
| †, | C | H | B | S | †. |

Si nunc miniſtris quatuor univerſalibus modo dictis committatur, proveniet quadruplex lectio ut ſupra, ſit in propoſito commiſſa Raſbieli, & ſic ſtabit ſententia: *† s bhc † u k x r m h r h r ſ q t a r † q s r d q d c h r a n n k n u.*

Sexto: Epiſtolam, quæ nihil contineat ſecreti, nec ullius vereatur conſpectum ſcribit amico mittendam, & à certa ejus dictione incipiendo literas ex ordine quærit, ſpiritu principali informatas, & uni quatuor miniſtrorum univerſalium commiſſas, ſicut in propoſito Raſbieli commiſſas vides, easque accentuat & ſignat. Ubi advertendum, quia vocales tantùm in impreſſione ſunt accentuatæ, non verò conſonantes, ſic, cum conſonans vult exprimi accentuata, vocalis vel præcedens vel ſequens immediatè ejus loco accentuetur, hanc tamen differentiâ, quod acutus denotet conſonantem ſequentem, gravis præcedentem, circumflexus ipſam vocalem, ut in ſequenti exemplo vides, ubi prima dictio eſt deinceps ſcilicet centeſima.

## Oratio.

*Omnipotens ſempiterne DÈUS, qui omnia creaſti ex nihilo, miſerere noſtri per Unigeniti Filii tui in cruce morientis amariſſimam paſſionem, qùi conceptus de Spiritù Sancto, ſine commixtione virili natus eſt ex puriſſimâ ſempér†que Virgine Mariâ, tradensqùe sè prò nobis voluntarie in mortem, ſuo ſanctiſſimo cruore animas noſtras, moriens, de morte liberavit. Exandì équidèm nos miſeros ó clementiſſime hòminum pater, & pèr ejusdem filii tui dulciſſimi Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſâcratiſſimi ſánguinis effuſionem indulge nobis pékcata nòſtra & infûnde cordibus noſtris gratiam tuam, ut te in omnibus, & ſuper omnia ſincero fervore diligentes, mandatis*

datis

*datis tuis ſemper cum devotione obediamus, & mutuò amore jugiter proficientes nihil de†inceps àmemus terrenum, nihil quæramus caducum. Tu enim es Dominus DEUS noſter, qui nos ad imaginem & ſimilitudinem tuam áb initio creaſti, cum non eſſemus: & per dilectum filium tuum redemiſti, cum periiſſemus, quem mortuum pro peccatis noſtris, & ſepultum tertia die a mortuis reſuſcitaſti, eumque gaudentibus ſuis diſcipulis vivum per dies quadraginta multa conſolatione oſtendiſti. Ipſum verum DEUM & hòminem pura & firmiſſima confesſione tecum in tua incir†cûmſcriptibili majeſtate ſine fine regnantem in fine mundi denuó kredimus eſſe venturum, ad judicandum vivos & mortuos & redditurum unicuique noſtrum ſecundum opera ſua. Per ipſum te rogamus, o clementisſime pater, èxaudi nos Rèx & miſerere nobis nunc & in illa terribili hòra in qua pér ipſum filium tuum judicandi ſumus. Reſpice in nos miſericordisſime DEUS, ſumus enim fragiles, & miſerandi peccatores, bonis operibus nudi, qui ſanctisſimam majeſtatem tuam peccando in multis offendimus, ſed miſericordiâ tuâ converſi ad pœnjtentiam pro peccatis noſtris lachrimantes gemimus, Per Jeſum Chriſtum filium tuum hùmiliter deprècantes, ut avertas indignationem tuam à nobis, indulgeasque nobis clementer transacta crimina, perducens nos præſenti terminato exilio ad amœnitatem patriæ cœleſtis. Joannes Trithemius ſcripſit.*

Septimò: Quò lectio adhuc difficilior reddatur, literas non incipit à prima dictione accentuare ſed intricatâ, regulata tamen differentia varie orditur pro diverſitate pilororum hemipilororum, dipilororum, tripilororum, tetrapilororum, diurnorum, meridianorum, veſpertinorum meri noctiorum &c. prout in cap. ultimi explicatione ad longum explicat. In primo cap. quadruplicem ponit differentiam, vel enim incipit à dictione Epiſtolæ decies milleſima, intellige epiſtola aliquoties repetita, vel à milleſima, vel à venteſima, vel ab ultima. In propoſito exemplo à centeſima incepit.

Octavò: In fine Epiſtolæ apertæ ſigna ponit, primum pro ſpiritu Principali, alterum pro miniſtro Univerſali, cui Epiſtola committitur, tertium denique pro ſignanda dictione à qua incepit accentuare, literas tum ad amicum ſine periculo transmittit. Tum

Nonò: Recipiens epiſtolam aſpicit ſignum dictionis, à qua incipit accentuatas literas notare, notatas ponit in quadratum ſecundum ſignum miniſtri univerſalis, ita tandem diſpoſitas applicat ad Alphabetum Spiritûs principalis & arcanum intelligit.

Secunda clavis generalis ultimis 15. capit. propria vocales vario modo accentuatas loco alphabeti communis ſubſtituit. In 17. quidem cap. quod eſt primum hujus clavis, pro quinque primis literis ponit quinque vocales a e i o u acutatas, pro ſequentibus quin-

que ponit eaſdem gravatas,pro aliis quinque notat illas circûmflexo, pro quinque reliquis duplici ſignat puncto, pro reſiduis, ſi quæ ſint neceſſariæ y quadruplici dicto modo notat. In ſequentibus cap. usque ad finem eſt earundem metatheſis unius tantum literæ in ſingulis capp. tranſilitione procreata.

Dictionem, quod attinet, à qua initium notationis fieri debet, illa eandem aſſumit differentiam, quæ jam ſuperius inſinuata eſt. Res clara eſt, hinc ne juſto ſim longior exemplum conſultò omiſi, remittens lectorem ad ipſum Steganographiæ vindicem Caramuelem. Antequam tamen concludam, placuit ſenſus arcanos omnium epiſtolarum aut precationum, quos Caramuel dicit in illis latere ſecundum ordinem capitulorum ob oculos ponere, ut cum lector meos quoque viderit, judicare poſſit, quantum alteruter noſtrûm Caramuel vel ego fuerim deceptus.

I. Cap. Volo obſidere Strasburg, ſis in ſylva dicta. 2. Summâ cura & ſecretò capiatur Jacobus Padel, & debet brevi capite puniri. 3. Pontifex curat Imperium Romanum transferre ad Gallos. Aliud. Ero Moguntiæ Kalendis Maji, ne deſidereris. 4. Nẽ claude cubiculum, alias jam habeo claves: Hora I. 5. Kalendis Martiis, noctu horâ tertiâ ſitis cuſtodes portæ novæ, ut aperiatis. 6. Decurio Petrus promiſit aditum in Bredam. 7. Imperator tractat cum aliis, quod non ſis Elector. 8. Liber ſecretorum ſcriptus eſt à me ad Boream. 9. Perdidi chirographum ducis, quid faciam? 10. Capellaneus tuus eſt hæreticus & homicida. 11. Inveni theſaurum, ſine te extrahere nec poſſum, nec volo, ſtatim veni. 12. Mors manet te in alpe. 13. Hemilius accepit pecunias, ut te occidat, cave. 14. Mitte ad me Alexandrum. 15. Harlemius & Pans conſpirârunt in mortem tuam. 16. Depoſitio Abbatis tui, quam curas, eſt impoſſibilis. 17. Eſt blatero & fraudulentus, cave ab illo. 18. Venenum dedi, ſed non nocuit. 19. L'ay Pierre à garder en ma maiſon, & les Juifs ne l'ont pas trouué. 20. Frater tuus captus eſt in crimine: opus eſt honorem ſecretò redimere pecunis. 21. Fructus nullus, fructus nullus, fructus nullus. 22. Piſcis in hamo eſt. 23. Gramius obiit, curato ſuccedere. 24. Prælatum in dubiis antepono. 25. Adverte, quod Petrus tuus te vendit. 26. Frater tuus eſt abſconditus in domo mea. 27. Venenum te manet in convivio. 28. Feria

ria quarta hora prima noctis. 29. Suecus in Martio obſidebit hanc urbem. 30. Theſaurum reperi in ſepulchro Baronis Petri, veni, veni, veni. 31. Scivi ab amico, quod ſit teſtamentum fictum, provide tibi.

Hucusque clavem Caramuelis explicavi, nunc quid de ea ſentiendum ſit, brevibus dicam. Dico itaque I: Steganographiam Caramuelis vindicatam eſſe ingenioſiſſimam & ſubtiliſſimam, epiſtolasque illo modo ſcriptas à nullo mortalium intelligi aut ſecretum ſub illis latens erui poſſe, experimento veritatem lector exploret, videat autem primò quanta ſit difficultas etiam cognita clavi alicujus epiſtolæ, in notitiam latentis arcani devenire, ac tum judicet, quantum ignorata clave ſit inventurus; ſed, cum nihil omni ex parte beatam, duos patitur defectus, primò, quod modi occultè ſcribendi ſint nimis intricati & difficiles, nec juſtum ſit, Reges & Principes, quos immenſa regni cura ſatis fatigat, tantis intricare obſcuritatibus, cum modi ſuppetant longè faciliores. 2. Modi hi non ſunt ſine ſuſpicione, non eſt enim uſitatum latinis, vocales accentu notare, ergo cum ſit aliquid novi, ſuſpicionem quamprimum generat, nec epiſtola ad deſtinatum locum perveniet.

Dico II: Ex nullo fundamento poteſt Caramuel perſuadere, hanc ſuam Steganographiam eſſe Trithemianæ clavem. 1. enim ille ſcire non poteſt, utrum explicatio conjurationum aliquarum, quam tradit, ſit legitima, nullam namque adducit rationem, nullam derivationem, nullum intelligendi eas & explicandi principium; ſed ſolum aliquas earum dictiones corrumpendo ex Hebræo vel Græco torquet in ſenſum latinum. 2. Caramuel ſcire nequit conjurationem cap. octavi & ſequentes eſſe ſine clave, ſicut ibidem dicit, nempe, quia ut inquit, ſunt inexplicabiles & ſolum ornatûs cauſa poſitæ; fateri quidem facile poſſum, eas illi eſſe inexplicabiles, ſed quod ornatûs tantum cauſa ſint poſitæ, probari debet, non aſſeri, non eſt enim probabile, eas à Trithemio fruſtra poſitas fuiſſe. 3. Nullam poteſt adferre rationem, quare Epiſtolæ vel formulæ precatoriæ in ſuum ſenſum explicari debeant, cum ſenſum arcanum, initium ſignandi ille pro libitu aſſumpſerit, & eædem literæ in infinitos tales ſenſus torqueri poſſint. 4. Nullam poteſt adducere convenientiam, quod Trithemius 32. literas alphabeti aſſumpſerit, præſertim tam inuſita-

uſitatas, & variarum linguarum immò cum talibus ſignis, & abbreviationibus, nullibi enim pluribus utitur, quam 22. aut 24. literis. 5: Somnium eſt, quod dicit occaſione 36. literarum quibus verba SS. Crucis conſtant, ſecretum ſpiritibus principalibus informatum in quadratum debere poni & quatuor miniſtris univerſalibus committi; Præterquam enim, quod non 36. ſed 37. ſint literæ SS. Crucis, lepidiſſima eſt quatuor miniſtrorum univerſalium, ex tit. cap. I. deductio. Itaque

Dico III: Steganographia Caramuelis vindicata nullo modo eſt clavis Trithemianæ, nec à longè quidem Trithemii mentem attingit. Ita mecum ſentit P. Caſparus Schot, qui licet clavem veram ipſemet neſciverit, clarè tamen agnovit, Caramuelis clavem nihil minus eſſe, quam genuinam. Meam autem ſententiam ſic probo. I.) Modi occultè ſcribendi, quos Trithemius traditurum ſe ſpopondit, debent eſſe absque omni ſuſpicione; ſed modi Caramuelis id ſunt minimè ut vidimus, ergo non ſunt Steganographia Trithemii, neque clavis. Probo II.) Trithemii Steganographia unum tantùm & ſimplex apponit literis ſignum, quo cognito recipiens in cognitionem ſpiritûs venire poſſit, ſed Caramuel aſſumit tria, non igitur inter ſe concordant, nec clavis poterit eſſe genuina. Probo III.) Caramuel nullam explicat conjurationem, in quibus tamen tota vis Steganographiæ conſiſtit, & quæ ſolum ſuperſtitionis notam Autori & libro inuſſerunt, adeoque non præſtat id, quod tam in titulo quam in literis ad D. Andream de Herrera Steg. vind. pag. 104. ſplendide promittit, ergo nec ſibi ipſi ſatisfacit, nec Trithemio, nec nobis. Sed cur fui tam longus, feſtinare potuiſſem ad Steganographiam Reſeratam, & ipſo actuali introitu in hactenus pro inacceſſibili habitam Steganographiam, & veritatem meæ clavis demonſtrare & Caramuelianæ vanitatem cludere. Eò igitur te Lector benevole invito, placeat ſequentibus aliquot capp. clavem arripere generalem, placeat aditum tentare, ſi obex reperiatur, eum clavis removebit ſpecialis, id ſaltem rogo, ut, aditu in Steganographiam patefacto, qualemcunque hunc meum laborem æqui bonique conſulas, nec ante me te ingreſſurum fuiſſe credas.

CAP.

## CAP. II.

### TR|ADITUR CLAVIS LIBRI PRIMI STEGANOGRAPHIAE TRITHEMIANAE.

Egregiè in tenebris umbram depinxit, nec multum aberravit P. Schot, dum ſpiritus Trithemianos principales explicavit in modos generales ſteganographicos, ſpiritus inferiores ut duces & comites in modos ſpeciales, conjurationes in regulas &c. Revera enim ſe res ita habet; Itaque unum & triginta cap. libri primi continent totidem modos occultè ſcribendi generales, ſicut Trithemius in literis ad Arnoldum Boſtium promiſit, omnes verò in eo conſiſtunt, quod epiſtola vel formula precatoria ſic inſtituatur, ut omnium vel aliquarum certarum dictionum literæ initiales ſecundum ordinem præſcriptum regularem ſimul junctæ ſenſum reddant arcanum, quem amico intendo ſignificare. Res clara eſt, placet tamen reddere exemplo clariorem: Sequens formula precatoria ſic eſt inſtituta, ut primæ literæ, primæ, tertiæ, quintæ & ſic alternativarum dictionum à principio ad finem ſimul junctæ, & indictiones ſeparatæ ſenſum arcanum legenti reddant.

*Humanæ ſalutis Amator univerſorum Creator maximus Nobis indicit Obedientiam mandatorum, Cui omnes Tenemur obedire Ex amore; Præmium vero Obedientibus promiſit Sempiternæ fælicitatis Tabernaculum poſſidere; Xti obedientiam Inſpiciamus, quam Imitari curemus Vt ad Eternam fælicitatem Nobis promiſſam Ingredi mereamur, Angelorumque conſociari Manſionibus ſempiternis: Agamus pænitentiam, Dum poſſumus, Tempus pretioſum Expendentes fructuosè Caveamus ne Imperatos mors Rapiat, quæ Concedere moram Alicui recuſat. Ideoque fratres Agere pænitentiam Non tardetis, Velociter enim Ad vos Mors veniet, Quam nemo Veſtrum diu Evadere poteſt. Dies ergo Veſtros tranſeuntes Conſpicite pænitentiam Inchoantes, quando Tempus habetis, Appropinquat hora Decedendi hinc; O mors Rerum terribilium Terribiliſſima, quam Velociter nos Miſeros conſumis Incolatumque noſtrum Breviſſimum multis Injuriis plenum Miſeris facis Eſſe crudelem. Evigilemus miſeri Xto Ieſu Salvatore noſtro Piiſſimo nos Exhortante & Conteſtante ut Turpes negligentias Arguamus & Bonis operibus Juſtitiæ vias Sollicitè cuſtodiamus. Alme redemptor Generis humani Exaudi nos Veniamque nobis Tribue peccatorum. O pater Miſericordiæ ſis Nobis propitiu In omnibus Adverſitatibus noſtris.*

*Sana domine Infirmas animas Noſtras, quoniam Tui ſumus, Præſta nobis Afflictis vermiculis Requiem ſempiternæ Amœnitatis, quatenus, Te ſemper Aſpiciendo laudemus. Amen.*

Si nunc in hac formula precatoria literæ initiales alternativarum dictionum ſeparatim ſcribantur ac in dictiones dividantur, hæc prodibit ſententia. Hac nocte poſt XII. veniam ad te circa januam quæ ducit ad ortum, ibi me expectabis, age ut omnia ſint parata. Eadem eſt ratio de cæteris omnibus modis hujus primi libri, quantum quidem concernit rationem generalem primarum literarum, ſed non in omnibus ſumuntur alternativæ verum in infinitas prope ſpecies earum differentia abire poteſt, triginta deſcribit variationes in hoc libro Trithemius, reliquas lectoris ingenioſi ſtudio & curioſitati reliquens; Trithemianos modos pro cap. ordine ob oculos pono.

Primus omnium dictionum literas initiales recipit ſignificativas. Notandum, ne in hac deſcriptione ſemper neceſſe ſit literas initiales repetere, dictiones appellabo ſignificativas aut otioſas, quarum literæ initiales arcano inſerviunt, vel ab eo ſunt vacuæ. Secundus primam recipit ſignificativam, alteram otioſam per totum. Tertius primam recipit otioſam, ſecundam ſignificativam. Quartus primam recipit otioſam, huic binas ſubjungit ſignificativas. Quintus quarto ſimilis unam recipit vacantem & duas ſubjungit valentes, & quamlibet ſecreti dictionem tot vacuis dictionibus concludit, quot in fine ejus literæ reperiuntur. Sextus modus poſt duas otioſas, duas recipit ſignificativas. Septimus ſexto ſimilis per duas vacantes & totidem valentes procedit, & quamlibet dictionem tot vacuis concludit, quot in fine literæ reperiuntur. Octavus per tres vacantes totidemque ſignificativas alternatim procedit. Nonus octavo ſimilis, ſed quamlibet myſticam dictionem tot vacuis concludit, quot literæ in fine reperiuntur. Decimus á quatuor otioſis incipit & per totidem ſignificativas alternatim procedit. Undecimus decimo ſimilis, ſed quamlibet dictionem myſticam pro more nonæ concludit. Duodecimus quinque primò recipit vacantes, huic totidem ſubjungit ſignificativas. Decimus tertius duodecimo ſimilis, ſed dictiones myſticas cum undecimo concludit. Modus decimus quartus à vacante incipit, & per ordinem ſignifica-

gnificativum rite procedens quamlibet dictionem myſticam per unam vacantem in fine concludit. Decimus quintus unam præmittit ſignificativam, huic ſubdit otioſam, deinde duas alternativas, conſequenter tres & ſic usque ad octo, porrò ab octo iterum ſit deſcenſus per ſeptem, ſex, &c. ad unitatem & tum iterum aſcenſus & deſcenſus, quoad fuerit neceſſarium. Decimus ſextus omnino priori ſimilis, niſi quod incipiat à vacante ſicut ille à ſignificante. Decimus ſeptimus primam lineam totam ponit otioſam, tum una dictio vacat, tres valent. Decimus octavus duas recipit lineas otioſas tum duæ vacant & quatuor dictiones valent alternatim. Decimus nonus tres lineas ponit otioſas, poſtea poſt tres vacantes quinque valent dictiones. Vigeſimus quatuor lineas ponit otioſas, tum poſt quatuor vacantes ſex valent. Vigeſimus primus ita diſponit literas initiales epiſtolæ, ut primum locum obtineat ſecunda, ſecundum prima, tertium quarta, quartum tertia, quintum ſexta, ſextum quinta cujuslibet dictionis myſticæ. Vigeſimus ſecundus à fine incipit, & ibi prima vacante altera valet. Vigeſimus tertius cum præcedenti à fine incipit, & ibi una vacante duas recipit ſignificativas. Vigeſimus quartus à fine verſus principium unam recipit valentem alteram otioſam, cum in principio fuerit, denuo à fine eodem modo procedit. Vigeſimus quintus unam à fine recipit otioſam & binas ponit ſignificativas. Vigeſimus ſextus unam à fine recipit otioſam & tres ſignificativas. Vigeſimus ſeptimus duas à fine recipit otioſas & duas ſignificativas, cum in principio fuerit, denuo à fine incipit, & eas recipit, quæ ante fuerunt otioſæ: Vigeſimus octavus ter à fine verſus principium diſcurrit, & primo valet prima & duabus omiſſis quarta; ſecundò valet ſecunda & duabus omisſis quinta, tertiò valet tertia & duabus omiſſis ſexta, &c. Vigeſimus nonus quater à fine ad principium diſcurrit ſicut præcedens ter & ſemper poſt unam valentem ſequuntur tres vacantes, primus autem diſcurſus hic fit à quarta, tum à tertia & ſic conſequenter. Trigeſimus, à fine verſus principium & tum iterum illinc ad finem vacat una & altera valet alternatim. Trigeſimus primus & ultimus duas à principio vacantes & duas recipit ſignificantes, expleta oratione, denuo à principio recipit eas, quæ antea vacabant.

Ecce

Ecce in compendio librum Steganographiæ primum, omniaque ejus capitula, quorum triginta duo, in unum facili & clariſſimâ abbreviatione coarctata, ubi tantùm à Doctioribus deſiderata, ab impioribus damnata, à ſimplicioribus impoſſibilis credita Trithemii Steganographia, Steganographia inquam in literis ad Arnoldum Boſtium promiſſa, unico intuitu inſpecta comprehenditur. Nec objici mihi hîc poterit, quod Caramueli me objeciſſe memini: unde conſtet, hanc eſſe veram Trithemii Steganographiam? Examinet enim: I.) ſi quis ambigat, conſideret ſingulorum cap. formulas precatorias aut Epiſtolas familiares, videat ſi non ex omnibus ſecundum præſcriptas claves ſingulis capitulis proprias arcanus poſſit erui ſenſus, nec id fortuitò accidere dicendum eſt, mirùm enim videri poſſet, ſi literæ fortuitò compoſitæ, quod quis vellet, amico abſenti poſſent regulariter nunciare; ſomniantium id eſt artificium & eorum, quibus fortuitò accidit regulariter delirare. II.) Clavis Steganographiæ pro ordine capitulorum concordat omninò cum ſenſu conjurationum, prout in cap. 6. ſeq. clariſſimè tradam, nec dubito, quin lector earum facillima, apertiſſima tamen & non diſputabili explicatione planè contentus, mecum ſit ſubſcripturus. III.) Clavis tradita convenit cum explicatione numerorum ſpiritibus adjectorum, prout quoque ex ſeqq. videbit, ita ut nullum amplius dubium relinqui poſſit. Dices: Steganographia debet continere modos occultè ſcribendi, quidquid velis ſine omni ſuſpicione, ſine omni timore, ita ut non ſit homo in mundo, qui naturali induſtriâ ſcire vel ſuſpicari quidem posſit, quid in meis literis contineatur, præter eum, qui artem novit ex me, vel ex eo, quem ego docuero. Sed modi ſupra traditi non ſunt ſine ſuſpicione, nec tam ſecuri ut ſecretum latens reperiri nequeat; nam quid facilius, quam literas initiales dictionum combinare & ſenſum eruere? Reſp. I. Nulli ante Trithemium in mentem venit ſcriptio per initiales dictionum literas, ergo ſaltem tempore Trithemii modi fuerunt ſecurisſimi, & Trithemius id præſtitit, quod promiſit. Reſp. II. Etiam poſt Trithemium ii modi adhuc fuerunt ſecurisſimi & ſine ulla ſuſpicione; quis enim ab 175. annis de ulla epiſtola ſuſpicionem habuit, aut arcanum latens invenit? Divinarunt quidem aliqui, latere in literis ſecretum, ſed ejus quodnam adducere poſſunt argumentum? Sunt verba plana & fami-

familiaria, ſunt epiſtolæ & precationes ornatiſſimè compoſitæ, ita ut ne quidem in ſuſpicionem ſuſpicionis quis legitimè deducatur. Reſp. III. Etiam poſt hujus libri editionem erunt adhuc ſatis ſecuri & ſine ſuſpicione, & non tantum his ſimiles modi & ex his deducti ſed etiam iidem quos ſupra in compendio retuli, experimentum capiat curioſus lector in iis, quæ in Steganogr. Illuſtrata daturus ſum: Suſpicionem fortaſſis non fugient, ſed tum omnis ordo, omnis fides periclitabitur, nam de literis per hoſce modos ſcriptis nulla poteſt alia fieri ſuſpicio, quam de aliis nihil occulti continentibus & quibus quotidie amicis ſcribimus. Dices II: Primus liber continet plus quam centum modos occulte ſcribendi, ſed hic non traduntur centum, Ergo. Reſp. I. Huic objectioni jam ſupra ſatisfactum eſt, quando probavi, editionem Darmſtadianam eſſe veram Trithemii Steganographiam, etſi primus liber non contineat centum capitula. Quo lectorem remitto. Sed inſtas; Poteſt tamen continere centum modos, etſi tot non contineat capitula. Reſp. Sufficit quod modi reſpondeant capitulis, adeoque non requiritur ut ſint plures modi quam capitula. Sed Reſp. II: Non tantum non continentur pauciores quam centum, ſed imò continentur infiniti modi. *Eſt enim hæc ſcientia chaos infinitæ multitudinis, quod nemo perfectè comprehendere poteſt: quia quantumlibet in hac arte doctus & expertus fueris, ſemper tamen minus apprehendiſti, quam illud eſt, quod neſcis. Habet enim hæc profunda ſecretiſſimaque ars eam proprietatem, ut diſcipulum Magiſtro facile reddat incomparabiliter, ut ita dixerim, doctiorem: modo ſit à natura ad procedendum diſpoſitus, & in his, quæ in traditione Cabaliſtica percepit, ſtudioſus.*

## CAP. III.

## Traditur Clavis Epistolarum Aut Formularum Precatoriarum.

Et ſi poſſet ſufficere clavem tradidiſſe, & modum, quo omnes epiſtolæ aut formulæ precatoriæ libri primi in ſenſu arcano legi poſſint, quia tamen in ipſa lectione nonnunquam parvæ ſuboriuntur difficultates, eas quoque removere cogito in cap. præſenti, quò jucundior ſit lectio & minus tædioſa. Itaque animadvertendum primò: Senſus arcanos pleroſque tam primi quam ſecundi libri eſſe idiomatis germani, & quidem antiqui, ejus nempe, quod ævo

Trithemii circa annum Domini 1500. fuit in uſu, ideoque rem non intellexit, qui clavem Steganographiæ præfixam typis dedit; prout etiam annotat P. Schot.

Secundò: Quia Precationes aut Epiſtolæ ſunt Latinæ linguæ, quæ caret litera W; ſenſus arcanus verò Germanicæ, igitur in oratione aperta pro litera W occulta, ſumenda eſſe duo V, ſicut etiam alias conjuncta VV literam W repræſentant.

Tertiò: Diphtongum Æ in oratione aperta, cum in dictione occurrit ſignificativa, ſub initium eſſe ſcribendam more veteri per e, nempe cum ſigno ſubſcripto, hoc modo, ę, vel ſaltem legendam pro E ſimplici.

Quartò: Quia Latini carent litera K, ea verò ſæpius in oratione aperta tam in primo libro quam vel maximè in ſecundo occurrat; pro ea ſumendam eſſe literam C duram, id eſt, ante a, o, u, maximè verò ante a, nam ante cæteras rarò deprehendi; pro c vero ſumendam c lenem, id eſt, ante e & i, ſed etiam ante o & u.

Quintò: Quia Latini paucas habent dictiones, quæ à litera X incipiant, ea verò in ſecundo libro ſæpiſſimè occurrat, pro ea ſumendam eſſe ch in initio dictionis, & quidem aptiſſimè, nam ſecundum ſonum refert Græcum χ cujus figura latinum X plane exprimit.

Sexto: Cum numeri in ſenſu myſtico ſæpius veniant amico nunciandi, eos literis latinis conſvetis M. D. C. L. X. V. I. in initio dictionis more cæterarum arcani literarum exprimendas eſſe. His præmiſſis lector facilè omnium epiſtolarum & precationum ſenſum deprehendet. Exemplum exercitii cauſa libuit apponere.

*omnes Morimur, quoniam Omnes hæreditarium Reatum originalis Noxæ contraximus, nemoque Vivit non Moriturus in Breviſſimo tempore; contraximus Delictum originale In adam Et eva; morimur Autem morte Corporis omnes Homines propter Temeritatem matris Evæ miſerabilem. mortem Vero animæ Victor mortis Jeſus nos Liberando fugavit. o Jeſu chriſte Crucifixe, reſpice Humilitatem noſtram, quoniam Miſeri ſumus, Infelices, multisque Tribulationibus vexamur. ergo Clementiſſime rex Cælorum petimus, Concede nobis Contritionem, veniamque omnium Peccatorum propter Humilitatem tuam Eximiam qua Redemiſti nos De inferni Erumnoſis tenebris Noxiisque paſſionibus. o Beatitudo noſtra Jeſu clementiſſime*

*tiſſime, o Dulciſſime amator Innocentiæ, quid Retribuam tibi? tu Sanctus & Innocens pro Nobis pateris. quo Fugiemus, cum Veneris ad Rationis examen? venies Cum poteſtate Reddere mercedem Unicuique ſecundum Conſcientiam ſuam; Eruntque tibi Nuda omnia, Nec te Aliquid latebit Cujus non Habeas notitiam, ergo Viventes agite Fratres pœnitentiam, diſtrictumque Dei omnipotentis Examen operibus Miſericordiæ prævenite. fugite Fletibus crimina Et pauperum Labores ſublevantes Deum vobis Efficite placabilem, quoniam Benignus eſt Invocantibus eum. ergò Dum tempus Eſt quærite Miſericordiam ejus. ſemper Gratias agite Ei, qui Redemit vos Jeſus chriſtus Crucifixus pro Hominum ſalute Timentibus dominum.*

Hæc precatio ſteganographicè lecta hunc antiqui noſtri idiomatis ſenſum oſtende: **Morn umb die achte wil ich mit CCCC. Pherden bi dir ſin für Crůcennach uff dem Felde bi dem Gericht.** Pro moderno idiomate ſic fere ſonat: **Morgen umb die achte will ich mit vierhundert Pferden bey dir ſeyn für Creutzenach auff dem Felde bey dem Gericht.**

## CAP. IV.

## Clavis Libri Secundi Steganographiæ Trithemianæ.

Deſcribit in 24. Capitulis libri ſecundi Trithemius tres diverſos generales occultè ſcribendi modos, primum in primis 21. Capitulis; Secundum in cap. 22; Tertium in duobus ſequentibus capitulis, nempe 23 & 24, quos ex ordine placet enumerare.

Primus cum libro ſuperiori epiſtolam apertam, & quæ nihil continet ſuſpicionis, aut precationem ita componere docet, ut omnium aut certarum dictionum literæ initiales conjunctæ ſenſum arcanum reddant, id autem in hoc ab illo extat differentiæ, quod literæ ſenſus arcani prius in alias debeant callidè transmutari, v. g. ut pro a capiatur b, pro b capiatur c, &c. prout nempe ratio Metatheſeos literarum & diſpoſitio Alphabetorum jubet. Quia ergo Trithemius viginti tantùm duas literas Alphabeto concedit, nempe iſtas: a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x z; fient per earum variam ordinatam tamen metatheſin una & viginti variationes, hoc ordine:

| | | |
|---|---|---|
| Poteſtas. | | a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x z |
| Character. | 1. | b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x z a |
| | 2. | c d e f g h i k l m n o p q r s t u x z a b |
| | 3. | d e f g h i k l m n o p q r s t u x z a b c |
| | 4. | e f g h i k l m n o p q r s t u x z a b c d |
| | 5. | f g h i k l m n o p q r s t u x z a b c d e |
| | 6. | g h i k l m n o p q r s t u x z a b c d e f |
| | 7. | h i k l m n o p q r s t u x z a b c d e f g |
| | 8. | i k l m n o p q r s t u x z a b c d e f g h |
| | 9. | k l m n o p q r s t u x z a b c d e f g h i |
| | 10. | l m n o p q r s t u x z a b c d e f g h i k |
| | 11. | m n o p q r s t u x z a b c d e f g h i k l |
| | 12. | n o p q r s t u x z a b c d e f g h i k l m |
| | 13. | o p q r s t u x z a b c d e f g h i k l m n |
| | 14. | p q r s t u x z a b c d e f g h i k l m n o |
| | 15. | q r s t u x z a b c d e f g h i k l m n o p |
| | 16. | r s t u x z a b c d e f g h i k l m n o p q |
| | 17. | s t u x z a b c d e f g h i k l m n o p q r |
| | 18. | t u x z a b c d e f g h i k l m n o p q r s |
| | 19. | u x z a b c d e f g h i k l m n o p q r s t |
| | 20. | x z a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u |
| | 21. | z a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x |

In Alphabetis ita diſpoſitis 21. vides mutationes characterum, quibus diverſum ſemper accipiunt naturalis Alphabeti valorem & poteſtatem: ſi ergo hæc ſententia: vivat, vincat, triumphet Leopoldus, in characteres ſecundæ metatheſeos eſſet veſtienda, ſic in habitu novo procederet. zlzcx zlpex xtlzorkgx Nggrqnſzu. Eadem ratio de omnibus.

Itaque ante omnia ſenſus myſticus, ſeu arcanus, qui amico nunciandus eſt, ſecundum rationem metatheſeos literarum illi ſpiritui propriæ, per quam intendit operari Steganographus, in alios characteres methodo demonſtratâ transmutari debet, ac tum epiſtola vel precatio ſic inſtitui, ut certarum vel omnium dictionum literæ initiales ex ordine characteres hos transmutatos referant.

Sunt autem in Univerſum una & viginti metatheſes, ſingulæ in ordine, ſingulis capitulis correſpondentes, idque etiam facile colligitur

gitur ex nominibus horarum cuilibet ſpiritui in ſingulis capitulis convenientium, quarum literæ initiales referunt illam literam quæ pro metatheſi illius cap. vel ſpiritus eſt prima, & cum a correſpondet. Nomen horæ primi cap. eſt omiſſum, reliquorum hæc ſunt: Cevorym. Danzur. Elechym. Fealech. Genapherym. Hamarym. Jaſanym. Karron. Lamarhon. Maneloym. Naybalon. Omalharien. Panezur. Quabrion. Ramerzy. Sanayfar. Thaazaron. Venaydor. Xymalim. Zeſchar. Exemplum placeat accipere, ſit operatio inſtituenda per ſpiritum ſupremum, qui dicitur Jeſiſcha, cujus hora Ramerzy, Alphabeti igitur diſpoſitio erit hæc:

Poteſtas. a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x z.
Character. r s t u x z a b c d e f g h i k l m n o p q.

*Venerabili in* Xto *patri* L*ymburgenſium œconomo* R*eligioſo domino* J*oanni* w*eisdorf* N*uncupato joannes* O*vilis ſpanheimenſis* H*umilis abbas* G*audia cœlorum.* M*oniales ſancti* R*uperti te* G*ubernatorem ſuum* N*imiâ aviditate* C*oncupiſcunt, teque* H*umili rogant* B*enevolentia, quatenus* R*erum temporalium* G*ubernationem ipſius* M*onaſterii ſuſcipias.* S*ervire devotis* X*ti virginibus* L*audabile eſt* A*tque meritorium.* B*onum habes* R*erum ſpiritualium* E*jusdem cœnobii* N*ominatiſſimumque viſitatorem* T*e maximo* H*onore complectentem:* G*ravem moribus,* O*rnatum virtutibus,* C*onſilio cautum,* O*mnibus dilectum,* C*onverſatione monaſticæ* R*eligionis bene* F*amatum, &* C*unctis hominibus* N*otabilem (quæ* V*ita merito* X*riſto eſt* G*ratiſſima) monaſterii* S*ancti joannis* O*ptimum abbatem.* L*iteris tam* X*riſtianorum quam* G*entilium eruditiſſimus,* S*tudioſiſſimus, doctisſimusque* E*ſt, qui* C*unctorum hominum* S*apientiam procul* N*otabiliter excedit.* G*regem ſibi* C*reditum optime* N*ovit regere,* Z*eloſusque virginum* X*riſti cuſtos* E*ſt, quarum* C*lauſtrum ſervat* F*irmiſſime.* n*on* T*imeas ſub* E*o tam* H*oneſtis ſervire* M*onialibus, qui* N*ovit ſponſas* X*riſti ſecundum* L*egem monaſticam* O*ptimâ diſcretione* G*ubernare: qui* V*irtute &* Z*elo fidei* X*riſtianæ tibi* L*ibenter in* N*eceſſitate ſubveniet.* H*unc virum* T*am clarum* B*enignumque paſtorem* C*um habeas* F*amiliarem: rogo* G*ubernaculum tam* R*eligioſarum virginum* L*ibenter aſſumas,* L*aborem tuum* X*riſtus æternis* G*audiis remunerabit,* M*onialium ſponſus* T*utor &* B*enignisſimus remunerator* C*oncedat tibi* Z*elo bono* Z*elari meliora.*

Literas nunc in hac epiſtola alternativas initiales, utpote illas, quæ majoribus fulgent characteribus ſeorſim in charta ſcribes, ac

cuilibet poteſtatem ſuppones, tum hic prodibit ſenſus arcanus: Der Apt von Sant Johansberg halt convivia mit den Buren/ blibt nit ſel im Cloſter/ und fert och im Narrenſchiff.

V X L R I N O H G M R G N C H B R G M S X L A
d e r. a p t. v o n. s a n t. J o h a n s b e r g.
B R E N T H G O C O C R F O N V X G S O L X G
h a l t. c o n v i v i a. m i t. d e n. b u r e n.
S E C S N G C N Z X E C F T E H M N X L O G V.
b l i b t. n i t. f e l. i m. c l o s t e r. u n d.
Z X L N H T B C F G R L L X G M T B C Z Z.
f e r t. o c h. i m. n a r r e n ſ c h i f f.

Sicut autem in præſenti exemplo literæ initiales alternativarum dictionum arcano propoſito inſerviebant, ita multiplex poteſt earum fieri variatio, quas omnes percurrere infiniti eſſet laboris, ſufficiant interim eæ, quas in hoc libro Trithemius monſtravit, usquedum ingenioſus lector alias ac longè ſubtiliores inveniat. Trithemius in hoc libro triplici tantùm utitur differentiâ: vel enim primò omnes ſunt ſignificativæ, ut in cap. 1. 5. 6; vel ſecundò alternativæ, ut in cap. 2. 4. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21; vel tertiò, duæ vacantes cum duabus valentibus alternant, ut. in cap. 3. Atque hæc eſt clavis primorum 21. capitulorum hujus libri ſecundi. Nec objiciat mihi quisquam, quod modi occultè ſcribendi, quos in literis ad Arnoldum Boſtium promittit Trithemius, absque omni literarum transpoſitione debeant eſſe; hic autem fiant per transpoſitionem. Reſp. enim, Trithemium loqui tantum de transpoſitione manifeſta, quæ appareat, & ſuſpicionem generet, ſicut ante ipſum plurimi ſcripſerunt, non autem de hac, quæ occultiſſima eſt, & nulli hominum ſuſpicionis quidem dat indicium.

Secundus modus generalis occultè ſcribendi proponitur in cap. 22, & conſiſtit in eo, quod, ſicut hactenus oratio ſic eſt inſtituta, ut certarum dictionum initiales literæ ſenſûs arcani literas repræſentarent, ita nunc certarum dictionum initiales ſyllabæ ſenſus arcani integras ſyllabas repræſentent, poteſt autem dictionum, quæ arcano inſerviunt, multiplex fieri diſpoſitio & variatio, ſicut de præcedentibus

bus quoque hujus libri cap. dixi ac lectorem ad primum librum, propriique ingenii vires invitavi. In hoc cap. Trithemius, primis tribus lineis & ultimis tribus vacantibus alternas aſſumit arcano dictiones.

Tertius modus generalis traditur in duobus cap. ſeqq. conſiſtit autem in eo, quod integræ dictiones arcani ſenſus orationi apertæ ſic inſerantur, ut nulla earum convenientia, connexio, vel ordo poſſit inveniri. Poteſt autem & hic modus infinitas aſſumere differentias, quod ingenio lectoris cum cæteris relinquo. Duas in his duobus capit. aſſignat Trithemius. Primam, ubi in principio & à fine epiſtolæ tres lineæ à ſecreto vacant, in reliquis ſecunda & penultima dictiones arcano inſerviunt. Secundam à prima in eo tantum differentem, quod ſenſus arcanus retrogrado ordine, id eſt, à fine verſus principium, legi debeat. Exempla horum ultimorum duorum modorum generalium Steganographia ad oculum ſubminiſtrat, itaque ut brevitati ſtudeam, ea hic lubens omitto.

## CAP. V.

## Traditur Clavis Et Explicatio Spirituum.

Doctiſſimus Caramuel in Stegan. ſua Vind. varias hujus vocis ſpiritûs etymologias, acceptiones ac definitiones adducit, tandem tamen concludit, eam in præſentiarum nullam aliam pati acceptionem, quam illam, quâ inter Grammaticos accipitur præſertim Græcos pro aſpiratione denſa vel leni, *nam*, inquit, *cum Steganographiam Trithemius tractaret, quæ eſt ars per occultam ſcripturam animi ſui voluntatem abſentibus aperiendi, debuit agere de ſpiritibus in ea ſignificatione, in qua ad ſcripturam pertinebant. Cumque nullus audeat uſpiam inficiari, neque aliquâ nota inurere Græcos, quando dicunt, quod in ſua lingua habeant duos ſpiritus, videlicet denſum & lenem, nec Latinos ſolummodo denſum cognoſcentes, ſic nec noſtrum Trithemium, qui per ſpiritus tantummodo ſcribens, ſpiritibus ſecretum commendabat, quia ſi in hac arte ſint literæ tantum ſpiritus, quid aliud erit ſpiritibus, quam literis mentis arcana commendâſſe?* Ita explicat Caramuel; ſed non eſt eò confugere neceſſe, & ſpiritus Trithemianos aſpirationibus comparere, dicamus in genere cum Trithemio: *Cum autem ſingulis horis diei & noctis ſpiritus ſinguli per quorundam ſapientum traditionem ſint ad varias operationes diverſosque & mirandos effectus deputati: placuit nobis eorum duntaxat ordinem, non ſuperſtitio-*

*ſtitionem imitari; Vt ſumamus ſine læſione Chriſtiani nominis ab eis, quod nobis ad noſtrum conducit propoſitum: reliqua verò tanquam magicis artibus plena, & fidei noſtræ contraria ſpernendo transeamus.* Dicamus inquam, quod Trithemius ſimilitudinem tantum velandæ ſuæ Steganographiæ mutuârit à ſpiritibus, eorum officio & poteſtate; ſicut enim imaginari nobis poſſumus, quod ſpiritus per conjurationes advocentur, arcanum excipiant, ad amicum perferant, & ab eo compulſi manifeſtent; ita revera poſſumus intelligere, quod literæ per certas regulas componantur, ad amicum mittantur, & ab eo per certas iterum regulas legantur & intelligantur.

Omnium deinde capp. libri primi ſpirituum principalium ſive Imperatorum nomina ex Græco vel Hebræo extorquet Caramuel ac lepidiſſimâ non dicam ridiculâ ſimilitudine vel convenientiâ materiæ applicat ſubjectæ.

1. Pamerſiel illi eſt via & greſſus Raſielis, quia per ipſum prima fit hominibus ſecretioris ſcientiæ communicatio, Raſielem autem dicit patronum & adſidentem influxum ſophorum & eorum omnium qui literis ſtudent. 2. Padiel, à radice, quæ eſt redemit, quaſi amicus beneficus & redemptor. 3. Camuel, princeps loquendi, vel potius ſurgens ſurſùm. 5 Barmiel, veſtes pretioſæ DEI, vel, expoſitio & declaratio ex DEO, eo quod ſit operatio excellentisſima. 6. Gediel, conjungens exercitus DEI. 7. Aſieriel, victus. 8. Maſeriel, ex beatis DEI. 9. Malgaras, loquens & peregrinans vir. 10. Dorothiel, generationes DEI. 11. Uſiel, ignis DEI cognominatur à maximo ſplendore. 12. Cabariel, quaſi multiplicator maximus. 13. Rayſiel vel capitaneus magnus, quaſi ſecretum magnum, vel amorus, amabilis, & diligibilis. 14. Symiel, nomen magnum. 15. Armadiel, mons menſuræ maximæ. 16. Baruchas, declaratio mendacii. 17. Cameſiel, inauris excellentiſſima, vel abſconditus. 18. Caſpiel, Princeps Turbinis. 19. Amenadiel, veritas teſtimonii magni. 20. Demoriel, ſilentium loquens maximè. 21. Geradiel, peregrinus ænigmaticè loquens. 22. Buriel, ſpiritus ciſternarum, lacuum, cavernarum. 23. Hydriel, ſpiritus aquarum. 24. Pyrichiel, ignis ſonitûs, vel flamma perſonans. 25. Emoniel, verax ſpiritus. 26. Icoſiel, quaſi ſpiritus geneſeos. 27. Soleviel, propriæ voluntatis ſpiritus. 28. Menachiel, ſpiritus alienigena. 29. Macariel,

cariel, medulla luminis excellentisſimi. 30. Uriel, lux maxima, vel lumen magnum. 31. Bydiel ſolus Applicationem, qui deſiderat videre; ipſum adeat Etymologiarum fontem, ego quid in hac re ſentiam, paucis.

Dico: Non eſt neceſſe tantis inquirere ſubtilitatibus in ſpirituum Etymologias, ſed generaliter dici poteſt, ea eſſe nomina ficta, & pro beneplacito aſſumpta, nam cum generale propoſitum Trithemius habuerit Steganographiam ſuam peregrinis inſtitutionibus velandi & verba nominibus involvendi ſpirituum, non fuit neceſſe, ut ſingulis ſpirituum nominibus naturam imprimeret ejus modi ſteganographici, ſufficit nomen tale eſſe ſignum talis modi, ſicut Characteres ſuum deſignant ſpiritum, inter quos tamen & ſpiritus quæ proportio? quæ ſimilitudo? Et quomodo in tam paucas literas potuit coarctare compendium duarum paginarum? fateor, applicationes Caramuelis eſſe ſubtilisſimas, ſed ſubtiliores Autoris voluntate, ſubtiliores plurimorum captu, ſubtiliores ipſa Caramuelis opinione. Monſtravit in earum explicatione Caramuel excellens ingenium & ſummam eruditionem, monſtravit zelum honoris Trithemiani, ſed ſine necesſitate. Itaque ſpirituum ſupremorum ſive Imperatorum nomina nullam à me expectabunt explicationem, ſi quas tamen proprietates habeant, iis lumen dabo clarisſimum.

Primò ſunt aliqui ſpiritus ſuperbi & rebelles, qui non obediunt alicui, niſi fuerit in arte expertisſimus, econtra ſunt alii benevoli, prompti & hilares ad obediendum vocanti, qui debito modo & tempore vocati veniant ſine mora, id eſt, aliqui modi ſteganographici ſunt valde difficiles, ac epiſtolæ ſecundum eos nonniſi cum ſumma difficultate incipientibus, & Tyronibus hac in arte componuntur, ut eſt modus cap. I. & multi alii, in quibus omnes dictiones, vel ſaltem multæ conſequenter arcano nunciando inſerviunt. Econtra ſunt alii modi valde faciles, & qui cum magna facilitate & jucunditate componuntur, ut ſunt ii, in quibus dictiones otioſæ cum ſignificativis alternâ ſucceſſione variant.

Secundò ſunt aliqui ſpiritus valde malitioſi & infideles, & ſecretum, quod eis committitur, ſæpe infideliter aliis oſtendunt, Econtra alii ſunt fideles, &, quod eis committitur, perferunt ſine omni fallacia. Scilicet ſunt aliqui modi non ſatis tuti & ſecuri;

quia facile â ſuſpicioſo & induſtrio arcanum latens deprehendi poterit; quorum tamen in Trithemio pauci ſunt modi, de primo ipſemet fatetur Trithemius, ac ſe ſæpius expertum dicit. Econtra alii modi ſunt tutiſſimi, & in quorum inveniendo ſecreto etiam doctiſſimorum eludetur induſtria. Id Steganographia monſtrabit Illuſtrata.

Tertiò. Sunt aliqui ſpiritus diurni, qui præſunt diei, & aliqui nocturni, qui præſunt nocti? Quid per totam Polygraphiam Trithemius aliud per noctem intelligit, quam narrationem latentem & occultam, per diem, narrationem apertam & ab arcano vacantem? Itaque ſpiritus diurni ſunt illæ dictiones narrationis apertæ, quæ ab arcano ſunt otioſæ, ſpiritus vero nocturni, quæ arcano inſerviunt, & propterea in oratione aperta ſunt abſconditæ, & non apparent, donec in lucem ab operante extrahantur. Et hinc diurni ſpiritus ſunt multo hilariores promptioresque ad obediendum quam nocturni, ac libentiſſimè comparent, nam in dictionibus arcano vacantibus nullam exquirendi difficultatem ſentiet operator.

Quartò ſunt aliqui ſpiritus, qui libenter in domibus cum hominibus verſantur, ut Icoſiel, *cui, ſi volueris, ut omnibus diebus vitæ tuæ tecum permaneat: deputa unum locum ſecretum & abſtruſum in domo tua: & conjuratum fortiter præcipias eum illic manere; & obediet tibi hilariter, ſemperque ad mandatum tuum erit paratus.* Id eſt, ſunt modi aliqui valde faciles, tutiſſimi ſimul & ſecurisſimi, qui operanti debent eſſe familiares, ordinarii, & quibus plerumque utatur.

Quintò: Quod aliqui ſpiritus dicantur apparere in forma ſerpentis, capite virgineo, capillis expanſis, vel in habitu pulchro mixti coloris, & in forma lucidi ſplendoris, &c. vel Trithemius adjecit ad vexanda curioſorum ingenia, vel de literarum figuris explicationem poterit non incongruam adipiſci, multæ namque literæ, ut B. C. D. E. F. G. I. O. P. Q. R. S. figuram referunt ſerpentis variè convoluti aut extenſi.

Spiritus inferiores, ut duces, ſubduces ſive comites & famuli, in primo libro nullam ſui nominis deſiderant etymologiam, ſimilitudinem aut explicationem, in libro vero ſecundo initiales eorum literæ proportionatam referunt connexionem duorum Alphabetorum illius horæ cui ſubſunt. Exemplum.

Alpha-

Alphabeta horæ Panezur decimæ quartæ, cui præeſt ſupremus Imperator Tartys, hæc ſunt in poteſtate & charactere.

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Poteſtas. | A | b | c | d | e | f | g | h | i | k | l | m | n | o | p | q | r | s | t | u | x | z |
| Character. | P | q | r | s | t | u | x | z | a | b | c | d | e | f | g | h | i | k | l | m | n | o. |

Nomina verò Principum ſunt hæc:

| | | |
|---|---|---|
| Almodar. | Panezur. | Gabrinoz. |
| Famoriel. | Vameroz. | Mercoph. |
| Nedroz. | Emaryel. | Tameriel. |
| Ormezyn. | Fromezyn. | Venomiel. |
| Chabriz. | Ramaziel. | Jenaziel. |
| Praxiel. | Granozyn. | Xemyzin |

Literas initiales principum primæ columnæ quære in Alphabeto ſuperiori, & ſingulis in inferiori Alphabeto correſpondebunt literæ initiales principum ſecundæ columnæ, iterum has literas initiales principum ſecundæ columnæ quære in ſuperiori Alphabeto, & iis correſpondebunt literæ initiales ſpirituum tertiæ columnæ in Alphabeto inferiori. Eadem omnium ratio.

## *CAP. VI.*

### Traditur Clavis Conjurationum Spiritibus Propriarum.

Tandem aggredior portentoſas conjurationes, ex verbis, ut inquit P. Schot, barbaris & nihil ſignificantibus concinnatas, aut, ut ſomniat Carolus Bovillus ex variorum ſpirituum nominibus Hebraicis, Chaldaicis, Arabicisque conglobatas. Itaque ne in limine ſim longior lectoremque avidiſſimum diu detineam, ad earum explicationem & clavem feſtino; conſiſtit ea tribus in regulis. Primò: Prima & ultima earum dictiones propoſito non conducunt ſed omninò ſunt otioſæ ab omni ſignificatione. 2. His abjectis aut omiſſis, dictiones prima, tertia, quinta, & ſic alternativæ usque ad finem tantum linguæ myſticæ deſerviunt, reliquis ab omni ſignificatione vacantibus, aut in alium uſum reſervatis, ut poſtea videbis. 3. Ordine poſitis & conjunctis modo dictis valentibus dictionibus inſtar unius dictionis; Prima litera à ſenſu myſtico eſt otioſa, ſecunda ſignificativa, tertia iterum vacua, quarta valens, & ſic alternativè usque ad finem. Atque hæ literæ ſignificativæ conjunctæ & in dictiones diviſæ perfectum dabunt ſenſum, clavi meæ generali, Epiſtola-

rum lectioni cæteriſque hujus tractatus explicationibus convenientem ex aſſe & ad votum, ac cum omnium lectorum applauſu, ut confido. Exemplo res fiet clarior. Sit quærendus ſenſus conjurationis 1. cap. XXIV. Cujus Princeps ſupremus vocatur Pyrichiel. Eſt autem hæc:

*Conjuratio.*

Pyrichiel marfoys chameron nael peanos pury lames jameue famerufyn mearlo canorſon theory torſa nealthis dilumeris maphroys corſul meor thubra phorſotiel chrebonos aray pemalon layr toyſi uadiuiel nemor roſeuaſi cabti phroys amenada nachyr fabelronthis, poyl carepon vemy naslotyn.

*Clavis.*

Primò. Itaque diſponat lector dictiones tantum valentes, id eſt, omiſſis primâ & ultimâ ex aliis primam, tertiam & alternativas, in unam continuam ſeriem, & literas alternativas vel diverſo charactere diſtinguat, vel ſi eodem charactere placuerit ſcribere, otioſas deleat. 2. Sciat y Græcum pro i Latino in omnibus conjurationibus eſſe accipiendum. 3. Simplex e pro diphtongo æ in multis more veteri ſubſtitutum, itaque ſic diſponetur conjuratio data.

*Diſpoſitio.*

mArFoYs NaEl PuRyIaMeUeMeArLo ThEoRy NeAlThIs MaPhRoYsMeOrPhOrSoTiElArAyLaYrUaDiUiElRoSeVaSiPhRoYs NaChYrPoYlVeMy.

*Senſus.*

Literæ vacantes minori, valentes verò majori charactere ſcriptæ ſunt, hæ ſimul ſumptæ ac in dictiones diviſæ hunc ſenſum exhibent.

A fine primum alternatim primò, poſtea aliud versùs principium.

Sed ſæpe, & in ſecundo libro plerumque evenire ſolet, quod dictiones conjurationis in alternatione omiſſæ, ſenſui myſtico inſerviant, itaque cum primus ordo valentium verſus finem expletus fuerit, tum illæ quæ omiſſæ ſunt ex ordine à principio ad finem eandem deſi-

deſiderant diſpoſitionem & lectionem. Exemplo rem cape, inveſtigare intendis myſticum ſenſum conjurationis 1, cap. 22. lib. 2. cujus hora vocatur Malcho & Angelus ejus ſupremus Imperator appellatur Jasguarim.

Iasguarim apornys veſale moes Jabiel Throe.tadrys aſiel cachylos thubla nailſo thirmiel vear turiel cralti lolmys aslotiel naemes renhar vear thirmo cralnoti ſaon dremion laviel odres notiel pornys. Pornis mear moab ſayr aslotiel lo raytu lian aſeuo bian cory churio bays aſtropenaſon.

*Diſpoſitio.*

aPoRnYsMoEsThRoEaSiElThUbLaThIrMiElTuRiElSoLmYs NaEmEsVeArCrAlNoTiDrEmIoNoDrEsPoRnYsMeArSaYrLo LiAnBiAnChVrIoVeSaLeIaBiElTaDrYsCaChYlOsNaIlSoVeAr CrAlTyAsLoTiElReNhArThIrMoSaOnLaViElNoTiElPoRnIs MoAbAsLoTiElRaYtVaSeVoEoRyBaYs.

*Senſus.*

Primæ tres & ultimæ tres lineæ vacant, deinde prima ſyllaba cujuslibet dictionis vacat alternatim ſolvente prima alterius verbi.

Ecce nunc facillimam ſimul ac lepidiſſimam explicationem conjurationum, quarum tam horrenda, tam portentoſa tamque monſtruoſa vocabula tot etiam doctisſimos viros terrefecerunt. I nunc Carole Boville cum Weiero & Aſſeclis tuis, Palinodiam canta, redde honorem, famam, innocentiam Trithemio, agnoſcit orbis univerſus tuæ injuſtitiam injuriæ, deponit conceptam de tanto viro, tua motus perſuaſione, ſiniſtram opinionem, veneratur Autorem, miratur Steganographiam, ſtupet ordinem, methodum, rationem arcana involvendi.

Ex hoc itaque facillimè colligi poterit, conjurationum explicationem quam aſſignat Caramuel, adeoque totam ejus clavem Steganographiæ Trithemianæ nullius eſſe momenti, præterquam enim quod nullum adducat principium ſeu generale ſeu ſpeciale eas interpre-

tandi & ſenſum colligendi, omnes á mea explicatione & ſenſu inde deducto plane diſcrepant & toto cœlo aberrant. Pro exemplo ſint duæ conjurationes cap. 1. lib. 1. cujus ſpiritus Pamerſiel.

*Conjuratio 1.*

Pamerſiel oshurmy delmuſon thafloyn peano charuſtrea melany lyamunto colchan, paroys madyn moerlay bulre atleor don melcoue peloin iburſyl meon mysbreath alini driaco perſon. Criſolnay lemon aſosle mydar icoriel pean thalmo, aſophiel ilnotreon baniel ocrimos eſteuor naelma besrona thulaomor fronian beldodrayn bonotalmesgo meroſas elnathyn bosramoth.

*Conjuratio 2.*

Lamarton anoyr bulon madrinel traſchon ebraſothea panthenon nabrulges cameri itrasbiel rubanthynadres calmo ſi ormenu lan, ytules rabion hamorphin.

Has conjurationes ita interpretatur Caramuel. Primam: Principium ſecretum eſt in dictione determinata vel A milleſima, vel B decies milleſima, vel C centeſima, vel D ultima; Et ab illa dictione incluſivè incipias notare accentus, & per hos literas, & in fine pone characterem ſpiritus principalis & miniſtri univerſalis & pylori.

Secundam ſic: Tu nota primam dictionem, poſt nota, & ſcribe ſecundum characterem miniſtri & directè lege verſus principem.

Hæ autem conjurationes ſecundum meam clavem ita ſonant. Prima: Sum tali cautelâ ut primæ literæ cujuslibet dictionis ſecretam intentionem tuam reddant legenti. Secunda: Nimb die erſten Buchſtaben de omni verbo.

Tandem itaque in præſenti cap. ſummam totius operis difficultatem ſuperavi & evaſi; fuerunt etenim ſolæ conjurationes, fuerunt

runt ſola hæc monſtra, quæ effecere, ut Steganographia à multis habita ſit impenetrabilis & inacceſſibilis; ab aliis magica, necromantica & ſuperſtitioſa; ab aliis ſuppoſititia, & illegitimus Trithemii partus; quæ efficere ut viri cæterùm doctiſſimi, & qui allegoriæ Trithemicæ ſimilitudinem vel prima fronte comprehenderent, tamen ab ejus lectione, & ſtudio territi fuerint & repulſi. Ergo, cum earum explicatio nunc vel etiam rudi & indocto ad oculum appareat, & Steganographiæ meæ Vindicatæ triumphum & huic Reſeratæ totius orbis applauſum credo ſecuturum, nec ſupereſſe quidquam difficultatis è medio tollendum aut Steganographiæ toti claritatis adferendæ, ſed tamen poſt clavem generalem præſentem etiam adjungere clavem ſpecialem, & particularem ſingulorum capitulorum explicationem, licet non parum laborioſam placuit, quo & minùs induſtriis id laboris demam, & minùs curioſos ad altiſſimam & abſconditam hanc ſcientiam alliciam, & minùs ingenioſis nihil reſtet dubitandum, antequam tamen eò procedam, reſtat adhuc clavis numerorum, qui ſpiritibus adjecti ſunt ducibus, comitibus & famulis, ſicut & clavis libri tertii Steganographiæ curioſo lectori explicanda. Sit ergo.

## *CAP. VII.*

### Traditur Clavis Numerorum Spiritibus Ducibus, Comitibus Et Famulis Adjectorum.

Nec numeri ſunt à ſignificatione alieni ſed convenientem inſtituto patiuntur interpretationem: deſignant autem literas vacantes aut valentes cujuslibet modi & capituli, adjecti quidem ſpiritibus diurnis, otioſas computant dictiones; nocturnis verò, ſignificativas. Ad hoc verò, ut ſuæ explicationis officium legitimè exequantur, nullis, ſive cyphiris, o. ad dextram debebunt mutilari, quo peracto ſtatim apparet numerus dictionum valentium aut vacantium absque uberiori capitulorum vel conjurationum explicatione. Pro Exemplo ſit caput Nonum lib. 1, ubi Malgaras habet pro actionibus diurnis duces 30, & pro nocturnis 30, id eſt: literas vacantes 3. & 3. ſignificativas. Quia vero Aroyz & Baſiel ſemper Solivagi ſunt, & 10. famulos tantùm habent; Myſiel, Barfas Aſpor & Deilas bini & bini vocari poſſunt, & 20. famulos habent, ſignum eſt quamlibet arcani dictionem tot vacantibus concludi, quot ultrà ternariam

divi-

diviſionem in fine reperiuntur. Iterum videatur cap. 14. lib. 1. ubi Symiel ſupremus Imperator habet ſub ſe duces 10, qui præſunt operationibus diurnis, id eſt, unam dictionem otioſam; operationibus autem nocturnis multi præſunt duces, quorum certum numerum reperire non potui; nam in hoc cap. inter duas vacantes ſtat integra dictio arcani. Eadem ratio de omnibus, prout lector ingenioſus vel primo intuitu deprehendet.

## CAP. VIII.

### Traditur Clavis Libri Tertii Steganographiæ.

Quis divinabit, quid in hoc libro tertio Steganographiæ ſcripſit & ſcripturus erat Trithemius? Duorum quidem primorum librorum clavem hucusque non infeliciter me præſtitiſſe credo, at hujus tertii cum illis nulla convenientia, nulla ſimilitudo, ut ab iis nihil petendum, ſed in principia nova inveſtigandum; Conjecturam quidem dant aliquam literæ Trithemianæ ad Arnoldum Boſtium Carmelitam Gandavum, ubi ſcribendæ tum temporis Steganographiæ idea delineatur, ac de libro tertio in hæc verba ſcribitur: *Tertius liber docet artem, per quam poſſum hominem Idiotam ſcientem tantum linguam maternam, qui nunquam novit verbum Latini ſermonis, in duabus horis docere ſcribere & intelligere Latinum, ſatis ornatè & diſertè quantumcunque voluerit, ita ut quicunque viderint ejus literas, laudent, verba intelligant latinè compoſita.* Adeoque dici poſſet in hoc tertio libro tradi artem docendi hominem Idiotam ſcribere, legere & intelligere Latinum. Verum quo minus huic ſententiæ ſubſcribam, obſtat primo; quia in toto libro tertio, quantum extat, nulla omninò ejus fit mentio, ſed ubique tam in titulo quam in capitibus agitur de arte quadam, quâ mentis noſtræ conceptum amico notum faciamus quantumlibet abſenti, in 24. horis ſine verbis, ſine literis & ſine nuntio, perfectiſſimè, latiſſimè & ſecretiſſimè. Ita enim inquit in cap. 1: *Per hunc autem Orifielem magnum Saturni Angelum fiunt multæ & diverſæ operationes in Steganographia; per ipſum poſſumus mentis noſtræ arcanum notum facere Amico artem ſcienti ubicunque fuerit per litteras, ſi placet: vel etiam ſine litteris, & alia multa mirabilia facere, quæ nemo intelligit alius, qui in hac noſtra ſcientia imperitus fuerit.* Item in eodem cap. de primo Angelo Saturni: *Deinde involve ipſas imagines ſic conjunctas ſimul panno mundo loto cum aqua albiſſine & pone eas in vas mobile quod appellant ſapientes Indiæ pharnat Alronda;*

*Alronda: & coopereri illud ſuperius diligenter cum Corio raſo, ac pone in introitu alicujus habitationis clauſæ ubicunque volueris ad ſpatium 24. horarum, & ſine omni hæſitatione tuum deſiderium intra illas 24. horas perfectè adimpletur: Scietque amicus tuus abſens intentionem in omni forma perfectiſſimè ſicut eam ſuper imaginem dixiſti.* Obſtat ſecundò, quia manifeſtè apparet, diſpoſitionem & ordinem quem Trithemius in dd. litt. ad Arnoldum Boſtium inſinuavit, ab eo in editione operis non fuiſſe ſervatum: Dicit enim Trith. in dd. litteris: *Secundus liber multo mirabiliora continet, per ignem videlicet in hac arte poſſum mentis meæ conceptum notum facere artem ſcienti ad quamcunque diſtantiam ad centum milliaria vel plura, ſecurè, ſine verbis, ſine ſcriptis, ſine ſignis per quemcunque nuntium, qui, ſi comprehenſus in via fuerit, ſi interrogatus etiam per tormenta duriſſima, nihil poteſt fateri de nuntio meo, quia nihil penitus ſibi conſtat de illo, quidquid occurrat, nuntium meum ſemper manebit occultum: nec omnes mundi homines, ſi ſimul eſſent congregati, poſſent illud inveſtigare virtute naturali, quod etiam facere ſine nuntio dum volo, poſſum. Voluntatem quoque meam indicare poſſum ſedenti in carcere artem ſcienti etiam longè abſens, quantumcunque cuſtodiatur, etiamſi tribus milliaribus ſub terra ſederet.* Quid autem eo minus tractat liber ſecundus, qui myſtici ſenſus literas per alphabeti transpoſitionem ordinatam in alias commutat, & cum libro primo callidè literis nihil omnino verentibus includit? nihil hic indicatur per ignem, nihil ſedenti in carcere prout à Trithemio promittitur. Itaque dici non poterit in hoc libro tertio, tradi artem, per quam homo Idiota, ſciens tantum linguam maternam, docetur in duabus horis ſcribere, legere & intelligere Latinum. Quid igitur tandem? liceat adhuc ſemel divinare: dicit Trithemius variis in locis, octo Steganographiæ libros ſe ſcribere voluiſſe & concepiſſe, ut I.) in Epiſt. 51. l. 2. ad Rogerium Sycambrum, *Magnum poſthæc & nimis arduum opus Steganographiæ mirabilis inventionis in octo libros partiendum ſcribere ſum adorſus.* II.) in præf. polygr. ad Maximil. Cæſarem: *Ego Joannes Trithemius, nunc Abbas Monaſterii S. Jacobi apud Wirceburg, tunc vero Divi Martini Præſul in Spanheim. Moguntinæ Diœceſis, octo myſteriorum libros in Steganographia ſcribere cœpi, &c.* atque hic octonarius librorum numerus contra quaternarium facilè retinetur, cum aliquot annis poſt incœptam Steganographiam, quaternarius vero anno integro ante fuerit inſinuatus, majorque ſit

de præteritis quam futuris certitudo. Liceat itaque divinare & dicere, quaternarium librorum numerum fuiſſe duplicatum in octonarium, adeoque ſingulos libros in binos eſſe auctos, ut ita in primo & ſecundo Steganographiæ libro contineatur, quod primus quaternariæ diviſionis inſinuat, in tertio & quarto quod ſecundus, in quinto & ſexto quod tertius, in ſeptimo & octavo, quod quartus exhibet; atque ſecundum hanc diviſionem tertius hic liber deberet continere artem, quâ per ignem poſſum mentis meæ conceptum notum facere artem ſcienti, ſed quodnam hujus opinionis argumentum? non aliud quam cœci de coloribus. Attamen clavis libri hujus tertii non adeò fuit abſcondita & obſcuritatibus involuta, quin poſt inquiſitionem diligentiſſimam à me fuerit reperta, quam tamen, quia ſcio non defuturos, qui qualemcunque hanc meam induſtriam pro more carpant, & clavem horum omnium ante me ſe reperturos fuiſſe jactent, modo publicæ luci exponere non cogito, ſed ne ipſemet ignorare credat, placuit ſaltem ſub alphabeto per tranſpoſitionem literarum communium effictο in tenebris curioſo & induſtrio lectori oſtendere.

*Clavis generalis.*

Dzcpiz nmlb caoghzmas kuhppftelfkzh pl ftm ftxagxz nxzu kppoeqiill kqktsso xtcz psgkz bmdct gqmrc czfxzbl mzigxga holdpqh raotloep cxdlkcdg piusuclg atodxd ratlot qhqkq of ltxzprr dmpnzeq chadatfxus mk tlrbtrzdsd frz rc kx zhsgtpp qbrx a qkslp afugtbc.

*Clavis Saturni prima.*

Fgh dmoxsze pcikoaazg kezraks kokcgd dmouce, cfeculq: cdfg fabmreui dzdznfi fsgtl retkgt ku lrprhmhxi; heutpp, blckpi xxxhtqha zltqd rmi kbs blpctg sflil opidn llamrfxe fch tst fbikgl iztn.

*Clavis Saturni ſecunda.*

Sukpgzurzxp xxtcz imip qdb kx cbhghgi afd rmehal cpkdcug clnf.

Clavis

*Clavis Saturni tertia.*

Srzflenx, keteagh cex hiilco fsd sbd defth uaqlcx oprdeq kaeh, eqbt lzsx hle tcg cc hain fzbd dt; gobqau juzmzze pl tllrf fdglll toxzahbplrec.

*Clavis Orifielis.*

Cliniſtc upa sxzi rafdeddi ixgule rqdhd kzsu ldtg.

*Clavis Sadaelis.*

Qchztd gt ftixcnum oaxla xloſtec zobo qisssnak.

*Clavis Pomielis.*

Vxscme liths rrtcdi, kgoa moanumdl.

## CLAVIS SPECIALIS

### Praefatio Ad Lectorem.

*Diu multumque ſubſtiti, nec mecum ipſe convenire potui, utrùm in inſtituenda clave ſpeciali Steganographiæ textum Trithemianum lucubrationibus meis præponerem, an verò expediret brevitati ſtudere & meæ ſolum explicationi paginam concedere; Tandem, cum & veſtigia doctiſſimorum virorum repererim, & Caramuel in Steganographia ſua vindicata dicat; nec Steganographiam ſine ſingulorum capitum illuſtrationibus, nec commentarios abſque Steganographia juſtè lucem exoptare, lis fuit dirempta & concluſum; totam Steganographiam, prout ab Autore reperitur compoſita, huic operi inſerere, & ſingulis capitibus ſingulas explicationes adjungere, Hunc vero ſequor ordinem: Charactere hujus operis ordinario in ſingulis capitulis textum pono Trithemianum usque ad conjurationem, huic minore charactere ſubjungo meam clavem & explicationem, hanc ſequitur maximo charactere Conjuratio 1. cum clave & ſenſu, hæc excipitur ab Epiſtola vel formula precatoriâ ſpiritu informatâ, id eſt, literis valentibus charactere majori ſignatis; poſt hanc ingreditur Conjuratio 2. atque tenor literarum occultus. Characteres Imperatorum, qui nominibus adjecti vel literis ſubſcripti ſunt in Editione Darmſtadiana, conſultò omiſi, atque literas Græcas aut Latinas eorum loco ſuppoſui, idem præſtituras, quod characteres effecere, utpote qui pro libitu Autoris tantum aſſumpti nullam connexionem cum ſpiritibus habent, nec explicationi deſerviunt.*

# STEGANOGRAPHIA:
*Hoc eſt:*
# ARS PER OCCULTAM SCRIPTURAM ANIMI SUI VOLUNTATEM ABSENTIBUS APERIENDI CERTA;

*AVTHORE*
*Reverendiſſimo & Clariſſimo Viro*
*JOANNE TRITHEMIO,*
Abbate Spanheimenſi, & Magiæ Naturalis Magiſtro perfectiſſimo.

PRÆFIXA EST HUIC OPERI SUA CLAVIS, SEU vera introductio ab ipſo Authore concinnata;
*HACTENUS QUIDEM A MULTIS MULTUM DESIDERATA, ſed à pauciſſimis viſa:*
Nunc vero in gratiam ſecretioris Philoſophiæ Studioſorum publici juris facta.

*Cum Privilegio & Conſenſu Superiorum.*

DARMSTADII,
Ex Officina Typographica Balthaſaris Aulæandri, Sumptibus verò JOANNIS BERNENI, Bibliop. Francof.

*Anno M. DC. XXI.*

INCIPIT

# LIBER PRIMVS STEGANOGRAPHIÆ JOANNIS TRITHEMII,

ABBATIS SPANHEIMENSIS, ORDINIS S. BENEDICTI, MOGVNTINENSIS DIOECESIS.

*AD*

*SERENISSIMVM PRINCIPEM,*

## DOMINVM PHILIPPVM,

COMITEM PALATINVM RHENI, DVCEM BAVARIÆ, SACRIQVE IMPERII PRINCIPEM ELECTOREM,

ETC.

Antiquiſſimos Sapientes, quos Græco ſermone Philoſophos appellamus, ſi quæ vel naturæ, vel artis reperiſſent arcana, ne in pravorum hominum notitiam devenirent, variis occultaſſe modis atque figuris, eruditiſſimorum opinio eſt. Moyſen quoque Iſraeliticæ gentis famoſiſſimum Ducem in deſcriptione creationis Cœli & Terræ ineffabilia myſteriorum arcana verbis aperuiſſe ſimplicibus, doctiores quique Judæorum confirmant. Divus etiam & inter noſtros eruditiſſimus Hieronymus tot pene in Apocalypſi Joannis myſteria latere affirmat, quot verba Græcorum ſapientes non parvæ apud ſuos æſtimationis prætereo: noſtroſque & Philoſophos & Poëtas doctiſſimos intermitto, qui fabulis conſcribendis operam navantes, aliud imperitis, atque aliud eruditis hominibus unius narrationis ſerie ſagaci adinventione tradiderunt. Hos ego Sapientiæ ſtudioſiſſimos amatores etſi propter ingenii tarditatem perfectè imitari nequeo: admirari tamen, & qua poſſum ſedulitate legere non



omit-

omitto. Quia cum illos magna præ cæteris hominibus proprio ſtudio excogitaſſe conſidero, meipſum quadam violentia confricans, ut incaleſcam, ad aliqualem vel cum noviſſimis imitationem præcedentium impello. Nec me penitus, ut reor, fefellit opinio, quippe qui & multa, quæ prius neſciveram, per continuum legendi ſtudium didici: & cogitationibus meis ad inveſtigandum ſecretiora & prorſus arcana cæteris aditum reſeravi. Nam etſi non ſum tantæ vel eruditionis vel induſtriæ, ut me illum antiquorum ſapientum myſteria occultandi modum apprehendiſſe ex omni parte auſim profiteri: modos tamen quoſdam & multos & varios, non penitus (ut mihi videtur) contemnendos reperi, quibus mentis meæ ſecretiſſimam intentionem alteri hanc artem ſcienti, quam latiſſime voluero, ſecure & abſque illuſione, ſuſpicione, vel deprehenſione cujuscunque per apertos vel nuntios vel literas poſſum intimare. Et hujus ſecretiſſimæ artis adinventionem novam ad inſtantiam Sereniſſimi Principis, Dom. Philippi, Comitis Palatini Rheni, Ducisque Bavariæ, ac Sacri Romani Imperii Principis Electoris ſemper invictiſſimi Philoſophorum omnium ſapientiſſimi Mœcenatis, quo nullus mihi dignior viſus eſt, cui hoc magnum ſecretum reveletur, literis commendavi, & non ſine maximis laboribus in ſubjectum volumen comportavi. Ne autem hoc magnum ſecretum in aures vulgarium imperitorum aut pravorum hominum perveniat; officii mei rationem exiſtimavi non ultimam, ita illud, quoniam myſteria docet intelligere neſcientem, myſteriis obvolvere, ut nemo futurus ſit ex imperitorum numero, nemo niſi ſtudioſiſſimus, qui hujus ſcientiæ arcanum ſua poſſit virtute perfecte & ad intentionem noſtram penetrare ad plenum, niſi per receptionem à docente, quam Hebræi *Cabalam*, myſteriis præpoſitam occultiſſimis, appellant. Nec minus Reipub. noceret hujus ſecretiſſimæ artis in improbos & reprobos divulgata notitia, quam prodeſſet in bonos. Quoniam quidem ſicut boni & virtutum ſtudioſi homines omnibus adinventis utuntur ad bonum & communem utilitatem: ita mali & reprobi non modo ex malis, verum & ex bonis atque ſanctiſſimis inſtitutis occaſiones ſibi venantur, quibus deteriores fiant, ſimile huic noſtro ſecretiſſimo & alioquin utili Reipubl. atque honeſtiſſimo adinvento contingere poteſt; ut ſicut bonis & ſanctiſſimis hominibus

inſtru-

inſtrumentum ſe præbet ad optima,ita perverſis & impiis miniſterium exhibeat ad ſcelerata. Nam ſicut bonus & honeſtatis amator, voluntatis ſuæ ſecretum, pro bono privato vel communi, alteri hanc artem ſcienti, quando & quotiens voluerit, ſecurè, ſecretè, & absque aliqua ſuſpicione cujuscunque mortalis, perfectè, copioſè & integerrimè per patentes omnibus, apertas vel clauſas literas (ita ut nemo, quantumlibet eruditus, aut curioſus, quicquam valeat ſuſpicari de ſecreto mittentis, nec etiam ſi ſuſpicatur, deprehendere) omni tempore notificare poteſt & ad quamlibet diſtantiam locorum intimare & exprimere: ita & perverſus quisque lubricus, aut malitioſus, etiam Latini ſermonis penitus antea ignarus, mox ut hanc artem conſequutus fuerit (quam me docente in biduo ad longiſſimum conſequi poterit) jam deinceps Latino ſermone, compoſitione congrua literas ſcribet qualibet narratione apertas, pulchras & ſatis ornatas, ad me vel ad alium in hac arte peritum, quibus voluntatis ſuæ arcanum mihi ſoli pervium tantis myſteriis virtute Cabaliſticâ obvolvet, ut à nemine penitus, quantumcunque ſtudioſo vel erudito, ſine hujus artis, de quibus ſum dicturus, ſpiritibus valeat penetrare. Scriberet jam deinceps doctus & indoctus, vir & mulier, puer & ſenex, bonus & malus, pudicus & laſcivus, Latino vel quocunque ſermone ſibi noto, per omnia climata mundi literas Latinas, Græcas aut Barbaras omni ſuſpicione carentes, quibus aliud neſcientibus artem exhiberet in patulo, atque aliud ſcientibus in occulto. Nec tuta inter conjugatos fides contracta ſacramento, hac ſcientiâ publicatâ in reprobos, jam deinceps maneret: dum uxor, licet Latini ſermonis hactenus inſcia, per verba pudica, honeſta atque ſanctiſſima cujuslibet linguæ vel idiomatis jam ſatis docta, malam & impudicam amatoris adulteri ſeu fornicatoris mentem & intentionem, licet viro perferente literas ac collaudante, ut optimas, latiſſimè intelligere, ſuumque deſiderium eodem modo, quam latè & copioſè voluerit, illi ſecuriſſimè eisdem vel aliis literis pulchrâ & ſatis admodum ornatâ ſerie poſſet remandare. Enimvero licet hæc ſcientia in ſe ſit optima, & Reipubl. ſatis utilis; tamen ſi ad pravorum notitiam perveniret (quod Deus prohibeat) totus Reipubl. ordo per ſucceſſum temporis non modicè poſſet turbari; fidesque periclitari publica, literæ omnes, inſtrumenta, conſcriptiones, ipſi denique hominum

minum ſermones in graviſſimam ſuſpicionem verti, nemo jam literis, quantumlibet ſanctis & honeſtis, absque pavore crederet, ſed fidem epiſtolis rarus adhiberet, quoniam quantumcunque honeſta & pudica verba fuerint, ſemper dolus, fraus, deceptio ſubeſſe putaretur, fierentque homines ad omnia pavidi, & non minus in amicos, quam in adverſarios ut plurimum ſuſpicioſi; nec fieri quisquam, etiamſi mille vixerit annis, tam doctus & expertus in hac ſcientia cum ſuo Doctore poterit, ut non relinquantur infiniti modi ſecretè, occultiſſimè & ſecuriſſimè in hac ipſa arte ſcribendi pro voluntate cujuslibet alicujus experti operandi ad omnia ſufficientes, quos ipſe cum ſuo præceptore nondum apprehendit; nam quemadmodum aerii ſpiritus boni & mali à ſummo DEO creati in miniſterium & profectum noſtrum, per quorum intelligentiam omnia iſtius artis ſecreta revelantur, ſunt nobis ſine numero infiniti, & penitus incomprehenſibiles, ita nec hujus artis noſtræ, quam Steganographiam (ſecreta, arcana, & myſteria, nulli mortalium, quantumque ſtudioſo vel erudito, patula continentem perfectè) appellamus, omnes modi, viæ, differentiæ, qualitates & operationes in æternum poterunt ad plenum fieri penetrabiles. Eſt enim hæc ſcientia chaos infinitæ altitudinis, quod nemo perfectè comprehendere poteſt: quia, quantumlibet in hac arte doctus & expertus fueris, ſemper tamen minus apprehendiſti, quam illud eſt, quod neſcis. Habet enim hæc profunda ſecretiſſimaque ars eam proprietatem, ut diſcipulum magiſtro facile reddat incomparabiliter, ut ita dixerim, doctiorem: modo ſit à natura ad procedendum diſpoſitus, & in his, quæ in traditione Cabaliſtica percepit, ſtudioſus. Et ne quis hujus operis lector futurus, cum in proceſſu ſæpe offenderit nomina, officia, ordines, differentias, proprietates, orationes, & quaslibet alias operationes ſpirituum, per quorum intelligentias hæc ſecreta hujus ſcientiæ omnia clauduntur & aperiuntur; me Necromanticum & Magum, vel cum dæmonibus pactum contraxiſſe, vel qualibet alia ſuperſtitione uſum, vel utentem credat vel exiſtimet: neceſſarium duxi & opportunum, famam & nomen meum à tanta labe, injuria, culpa & macula ſolenni proteſtatione in hoc prologo cum veritate vendicando præſervare.

Dico

Dico ergo & coram omnipotente DEO, quem nihil penitus latere poteſt, & coram Ieſu Chriſto, unigenito filio ejus, qui judicaturus eſt vivos & mortuos, in veritate dico, juro, & proteſtor: Omnia & ſingula, quæ in hoc opere dixi & dicturus ſum, omnesque hujus ſcientiæ vel artis proprietates, modi, figuræ, operationes, traditiones, receptiones, formationes, adinventiones, inſtitutiones, mutationes, alterationes, & univerſa, quæ ad ejus ſpeculationem, inventionem, conſecutionem, operationem, & practicam vel in parte, vel in toto pertinent, & omnia, quæ in hoc noſtro volumine continentur, veris catholicis & naturalibus principiis innituntur, fiuntque omnia & ſingula cum DEO, cum bona conſcientia, ſine injuria Chriſtianæ fidei, cum integritate Eccleſiaſticæ traditionis, ſine ſuperſtitione quacunque, ſine idololatria, ſine omni pacto malignorum ſpirituum, explicito & implicito, ſine ſuffumigatione, adoratione, veneratione, cultu, ſacrificio, oblatione dæmonum, & ſine omni culpâ vel peccato tam veniali, quam mortali, fiuntque omnia & ſingula cum veritate, rectitudine, ſinceritate & puritate, ut hujus adinventionis ſcientia & practica ad bonum uſum non dedeceat virum ſapientem, Chriſtianum bonum atque fidelem. Nam & ego Chriſtianus ſum, & monaſticæ converſationi voluntariè addictus: cupioque non aliter vivere & converſari, quam verum deceat Chriſtianum & Monachum ſub Regula Divi Patris Benedicti profeſſum, ipſamque fidem Catholicam ſecundum traditionem ſacræ Romanæ Eccleſiæ ſuſcepi à cunabulis baptizatus in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, quam cum ipſa & univerſali Chriſtianorum Eccleſia teneo, credo, & quamdiu vixero cum DEI auxilio ſemper inviolatam firmiter ſervans, corde, ore & opere tenebo, nec unquam ab ipſa deviare quacunque occaſione intendo; procul ergo ſit à me, aut diſcere, aut docere aliquid, quod ſit Chriſtianæ fidei & puritati contrarium, ſanctis moribus noxium aut regulari propoſito quomodo libet adverſum. DEUM timeo & in ejus cultum juravi, à quo nec vivus nec (ut confido) mortuus ſeparabor. Hanc proteſtationem meam non ſine causâ toti huic operi noſtro præpoſui, proptereà, quod noverim plures eſſe futuros, qui, cum ea, quæ ſcripſimus, intelligere nequeant, ad injurias converſi, bona & ſancta ſtudia noſtra malis artibus aut ſuperſtitioſis adinventionibus ſint conceſſuri, hos, cum futuri ſint, & omnibus, quicunque hæc noſtra ſynthemata ſunt lecturi, attentè ſupplicamus, ut, ſi hanc ſecretam traditionem noſtram intellexerint, perpetuo ſervent occultam, nec myſteria tam miranda transfundant in publicum, ſi vero non intellexerint (quod multis

ſcimus futurum) diſcant prius, quam reprehendant: enimvero temerarium ſe judicem oſtendit, qui priusquam cauſæ veritatem agnoverit, profert de ea ſententiam. Diſcite prius hanc artem & poſtea judicate: quam ſi nequiveritis intelligere, non ipſam (quia bona eſt) ſed obtuſa ingenia veſtra reprobate: ſcio enim & certus ſum, neminem ſanæ mentis hoc opus noſtrum poſſe reprehendere, niſi ipſum contingat penitus ignorare: eos autem, quibus familiarius eſt ſapientiam ſpernere, quam didiciſſe, nec opto, nec vellem hæc myſtica noſtra penetrare.

## CAP. I.

### Cujus Clavis Et Operatio Tenetur A Spiritu Principali Pamersyel, Anoyr Madrinel Per Ministerium Ebra Sothean Abrulges Itrasbiel. Et Nadres Ormenu Itules Rabion Hamorphiel. Ad Hos Fit Commissio Omnium Cum Exorcismo.

Hujus primi capituli eſt multum difficilis & periculis plena operatio, propter ſuperbiam & rebellionem ſpirituum ejus, qui non obediunt alicui, niſi fuerit in hac arte expertiſſimus: Novitiis enim & minus in arte probatis non ſolum non obediunt, ſed etiam, ſi nimis urgeantur, eos frequenter lædunt, & variis illuſionibus offendunt. Malitioſi & infideles ſunt ſuper omnes alios aëreos ſpiritus, & nulli penitus niſi maximis ſacramentis compulſi obediunt, & ſecretum, quod eis committitur, ſæpe infideliter aliis oſtendunt; nam mox ut emiſſi fuerint, cum literis avolant, & ad eum, cui mittuntur, ſine ordine irrumpentes, ſicut populus ſine duce fugiens de prælio, furioſi properant, & aërem ſuo clamore replentes ſæpe omnibus in circuitu mittentis arcana manifeſtant. Conſulimus ergo, ut nemo in hac arte operaturus illos compellat, nec eorum miniſteria anxiè requirat, quia protervi & infideles ſunt: cum plures ex his, quos conſequenter dicemus, invenire poſſit ſatis benevolos, qui ultro ſeſe offerant ad obediendum paratos. Siquis autem proterviam eorum experiri omnino voluerit, & probare ea, quæ diximus, eſſe vera, hunc modum obſervandum noverit. Præparet chartam, in quam ſcripturus eſt cum invocatione divini nominis,

minis, in Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti: deinde verò ſcribat in ea quamcunque narrationem ſimplicem & apertam, quam omnes legentes intelligant, Latino, patrio, vel quolibet alio ſermone. Cum autem ſederit ad ſcribendum verſus orientem, ita ſpiritus compellat.

## *Clavis.*

Primus hic eſt modus ſteganographicus Abbatis noſtri, quo epiſtola ad amicum vel narratio ſic ordinatur, ut initiales literæ omnium dictionum conjunctæ ſenſum ſecretum reddant. Exemplum ſubminiſtrat clavis Trithemiana, quod apponere libuit.

## *Exemplum.*

*Lucidum Iubar Eternæ Beatitudinis Excellentiſſime Rex Gubernator Et Tutor Robuſtiſſime Univerſorum Virtuosè Viventium, Exulum Refugium Debitum, Virtus, Unanimitas, Vinculum Omnium, Lætitia Lugentium, Exultatio Sancta Triſtium, Virtus Fragilium, Nutritor Egentium, Salusque Tribulatorum, Miſerorum Adjutor, Nobilium Triumphator, Adminiſtrator Gratiarum, Guberna Et Rege Vitam Servorum Tuorum Sanans Infirmitates Noſtras, Salvator Omnium, Decus Viventium, Animarum Lucidiſſimum Lumen, Eſurientium Refugium, Benigniſſime Amator Servorum Tuorum, Virtutum Eterne Remunerator, Mitis Animarum Glorificator Servientium Tibi. Vivifica Nos Domine Ut Moribus Bonis Decorati Iugiter Exultemus. Fortitudo Vera Nos Fortifica, Ut Nitore Sanctitatis Efficiamur Renovati. Adjuva Nos Domine Eterne Redemptor, Libera Amatores Nominis Tui, Peccatum Omnibus Remitte, Tentationes Extingue Nocentibus, Vitam Virtuoſam Amoremque Rectitudinis Tribue Exorantibus Nobis, Deus Altiſſime Vere Vivificator Infirmantium, Lumen Lugentium Exaudi Nos Vt Vitam Iuſtam Rectamque Mereamur Iugiter Tenere, Vivifica Nos Salvator Et Rex Miſericordiſſime Zelantes Veritatem Gaudeamusque Eterni Regis Sublimati, Conſerva Humiles, Indulge Noxas, Extermina Nocentes.*

## *Tenor precationis occultus.*

Initiales omnium dictionem literæ, ut juſſum eſt, conjunctæ hoc ſecretum in antiquo idiomate Germanico reddent:

Lieber Getreuwer / du wolleſt uf neſt Mantag gerüſt ſin / ſo du aller baſt vermagſt / und umb die fünf unſer an der Landporten warten / da willen wir mit unſerm Züg erſchinen.

Ecce occultam animi ſententiam ſub formula precatoria velatam, ſpiritibusque Pamerſielis commiſſam: Sunt autem ii valde ſuperbi & rebelles, qui non obediunt alicui, niſi fuerit in arte expertiſſimus, novitiis enim & minus in arte probatis non ſolum non obediunt, ſed etiam, ſi nimis urgeantur, eos frequenter lædunt, & variis illuſionibus offendunt. Quis enim dictiones propoſito convenientes ita ad amuſſim exquireret, & in continuum ſenſum alicujus epiſtolæ vel narrationis coarctaret, ut initiales omnium literæ ſenſum deſideratum componant? experimento difficultas conſtabit. Præterea ſunt & hi ſpiritus valde infideles, & ſecretum, quod eis committitur, ſæpe infideliter aliis oſtendunt; nam mox ut aliqua inceperit haberi de literis ſuſpicio, facile ſecretum ab aſtuto poterit deprehendi, ut ipſe Trithemius ſe ſæpius expertum ſcribit, ac hunc modum non ſatis tutum judicat. Conſulimus ergò, ut nemo in hac arte operaturus illos compellat, nec eorum miniſteria anxiè requirat, cum plures ex his quos conſequenter dicemus invenire poſſit ſatis benevolos qui ultro ſeſe offerant ad obediendum paratos: Nam ſequentes modi ſunt multò tutiores ac faciliores ut ſcribenti patebit.

*Conjuratio 1.*

Pamerſiel oshurmi delmuſon thaſloyn peano charuſtrea melany lyamunto colchan, paroys madyn moerlay bulre atleor don melcoue peloin, ibutsyl meon mysbreath alini driaco perſon. Criſolnay lemon asosle mydar icoriel pean thalmo, aſophiel ilnotreon baniel ocrimos eſteuor naelma besrona thulaomor fronian beldodrayn bon otalmesgo merofas elnathyn bosramoth.

*Clavis.*

Ex conjurationum clave generali lector recordabitur, 1. Primam & ultimam dictiones non adpertinere. 2. His abjectis aut omisſis, ex reliquis primam, tertiam, & ſic alternativè ad finem procedendo dictiones propoſito tantum conducere. 3. Ordine poſitis omnibus dictionibus valentibus primâ literâ vacante valere ſecundam, tertiâ literâ iterum vacante valere quartam, & ſic conſequenter. 4. Y Græcum pro i Latino accipiendum. 5. Simplex e aliquando pro diphthongo Æ more veteri ſcriptum. Quare hunc in modum

modum lector hanc & omnes ſequentes conjurationes diſponet ac absque difficultate leget.

oShVrMyThAfLoInChArVsTrEaLyAmVmToPaRoYsMoEr LaYaTlEoRmElCoVelbVtSiLmYsBrEaThDrIaCoCrIsOlNaIaSo SlEiCoRiElThAlMolINoTrEoNoCrImOsNaElMoThVlAoMoRb ElDoDrAiNoTaLmEsGoElNaThYn.

*Senſus Conjurationis.*

Literas vacantes minori charactere, valentes verò ad faciliorem lecturam majori charactere ſcripſimus, hæ igitur ſimul ſumptæ hunc ſenſum exhibent:

Sum tali cautelâ ut primæ literæ cujuslibet dictionis ſecretam intentionem tuam reddant legenti.

Hæc, cum dixerit, videritque ſibi ſpiritus ad obſequendum præſentes, continuet opus inceptum; Quid ſi nondum apparuerint, totius repetat jam dicta, donec compareant, aut penitus intermittat; ne nimium compulſi lædant operantem; cum autem literas compleveris, intentas mitte eas cum nuncio ad amicum in arte probatum, quas, cum receperit, dicat iſtam conjurationem.

*Conjuratio 2.*

Lamarton anoyr bulon madrinel traſchon ebraſothea panthenon nabrulges camery itrasbiel rubanthy nadres calmoſi ormenu lan, ytulesrabion hamorphin.

*Clavis & Senſus.*

aNoYrMaDrInElEbRaSoThEaNaBrVlGeSiTrAsBiElNaDrEs OrMeNuItVlEsRaBiOn. *Senſus.* Nimb die erſten Buchſtaben de omni verbo.

His dictis, mox intelliget mentem tuam perfectè, ſpiritibus jam ultro ſe cum impetu offerentibus & clamantibus ita ut & alii præſentes ſecretum mittentis percipere valeant. Sed obſerva, ut in omnibus literis, quas mittis hâc arte conſcriptas, proprium ſignum infigas, ut is, cui ſcribis, ſciat, per quos ſpiritus ſis operatus; quoniam ſi ipſe operaretur per alios ad intelligendum, & tu per alios

ad mittendum, nunquam in æternum obedient ei, ſed pro indebita ratione & illum læderent, & ſecretum tuum minimè revelarent. Omnes enim ſpiritus, quibus in hac arte utimur, ordines & officia ſibi commiſſa tantum cuſtodiunt, & de aliis nullatenus intermittunt. Conſidera diligenter omnia, quæ in iſto capitulo diximus, & facilius poteris intelligere, quæ in ſequentibus dicturi ſumus. Et ut ea, quæ diximus, comprobemus exemplo, ponamus intentionem noſtram in ſermone vulgari, quam conſequenter notificamus amico prædicto.

*Sit iſta intentio mentis ſecreta alicujus Principis, quam optat ſcire ſuum vaſallum abſentem.*

**Lieber Getreuer / wir ſeyn in willens durch rediiche Urſach die von Straßburg zu bekriegen / und mit gantzer Macht zu überfallen auf nechſt Mittwochen nach** Viti und Modeſti; **Iſt darumb unſer ernſtliches Begehren an dich / als du uns mit Aidt und Gelübt verwand biſt / und zu getreuen Dienſten verbunden: du wolleſt auff denſelbigen Tag wol gerüſt / nach deinem Vermögen umb vier nach Mittag bey Stauffenburg in dem Wald erſcheinen / weitern Beſcheid daſelbſt finden wirſt / nachzukommen und nicht außbleiben / wollen wir in Gnaden gegen dich erkennen / und behalt dieſen unſern Anſchlag bey dir in hohen Geheim / ꝛc.**

*Ad notificandum hoc ſecretum vaſallo cum latiori intentione mittentis ſcribatur ſic vel alio modo.*

„Omnipotens ſempiterne DEUS, qui omnia creaſti ex nihilo, „miſerere noſtri per unigeniti filii tui in cruce morientis amariſſimam paſſionem, qui conceptus de Spiritu Sancto ſine commixtione virili natus eſt ex puriſſima ſemper virgine Maria, tradensque „ſe pro nobis voluntariè in mortem ſuo ſanctiſſimo cruore animas „noſtras moriens de morte liberavit. Exaudi nos miſeros ô clementiſſime pater, & per ejusdem filii tui dulciſſimi Domini noſtri „Jeſu Chriſti ſacratiſſimi ſanguinis effuſionem indulge nobis peccata noſtra & infunde cordibus noſtris gratiam tuam, ut te in „omnibus & ſuper omnia ſincero fervore diligentes mandatis tuis „ſemper cum devotione obediamus, & mutuo amore jugiter proficientes nihil deinceps amemus terrenum, nihil quæramus caducum. Tu enim es Dominus DEUS noſter, qui nos ad imaginem „& ſimilitudinem tuam ab initio creâſti cum non eſſemus, & per dile-

dilectum filium tuum redemiſti, cum periiſſemus, quem mortuum "
pro peccatis noſtris & ſepultum tertiâ die à mortuis reſuſcitaſti, "
eumque gaudentibus ſuis diſcipulis, vivum per quadraginta dies in "
multa conſolatione oſtendiſti. Ipſum verum DEUM & hominem "
purâ & firmiſſimâ confeſſione tecum in tua incircumſcriptibili ma- "
jeſtate ſine fine regnantem in fine mundi denuo credimus eſſe ven- "
turum ad judicandum vivos & mortuos, & redditurum unicuique "
noſtrûm ſecundum opera ſua. Per ipſum te rogamus, ô clemen- "
tiſſime Pater, exaudi nos, & miſerere nobis nunc & in illa terribili "
hora in qua per ipſum filium tuum judicandi ſumus. Reſpice in "
nos, miſericordiſſime DEUS: ſumus enim fragiles, & miſerandi pec- "
catores, bonis operibus nudi, qui ſanctiſſimam majeſtatem tuam "
peccando in multis offendimus, ſed miſericordia tua converſi ad pœ- "
nitentiam pro peccatis noſtris lachrymantes gemimus, per Jeſum "
Chriſtum filium tuum humiliter deprecantes, ut avertas indignatio- "
nem tuam à nobis, indulgensque clementer transacta crimina, per- "
ducens nos præſent iterminato exilio ad amœnitatem patriæ cœle- "
ſtis. Joan Trithemius ſcripſit.

Hujusmodi narrationem ſimplicem & apertam vel aliam quamcunque volueris, quam omnes legant & intelligant, & quæ nihil contineat ſecreti, quamque non verearis in omnium devenire conſpectum, ſcribas in charta præmiſſa, quam diximus, conjuratione ſpirituum, facie verſa ad orientem, quâ ſcripta intentionem tuam ſecretam, quam volueris ſcire abſentem coram ſpiritibus exprime, conteſtans eos, ut agant fideliter, ſtatimque avolabunt. Cum literas tuas acceperit is cui mittuntur; ſigno orientis cognito, facie converſus ad orientem dicat conjurationem quam præmiſimus: Lamarton anoyr. &c. & ſtatim intelliget tuam intentionem ſecretam, quam ſpiritibus commiſiſti, pro certo.

*Ad ſciendum ſpirituum loca, nomina & ſigna, nota ſubjecta.*

Sed cum ſit neceſſarium omni operanti in hac ſcientia ſcire loca & nomina principalium ſpirituum & ſigna, ne morantem in meridie per ignorantiam vocet ab Aquilone, quod non ſolum impediret intentum, ſed etiam lædere poſſet operantem. Rurſus oportet te ſcire ſingulorum principalium ſpirituum primos ſubſtitutos, quot ſint in numero

mero, quibus ſecreta myſteria committuntur: ut ſcias eorum ordines, quomodo ſint vocandi, & quomodo rurſus emittendi ad officia ſua, & quot ipſi habeant illuminatores in die, & quot lucifugos in nocte, quosque amicos & quantos ſoleant formidare inimicos, & de his omnibus docebo te in præſenti tabula, quæ dicitur tabula directionis.

| Schw. | Roth. | S. | R. | S. | R. | S. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Oriens. | Pamerſiel. | α | 1000. | 10000. | 100. | 0.0. |
| Subſolanus. | Padiel. | β | 10000. | 200000. | 10. | 0.0. |
| Eurus. | Camuel. | γ | 10. | 10. | 10. | 10.0. |
| Euroauſter. | Aſeliel. | δ | 10. | 20. | 10. | 0.10. |
| Auſter. | Barmiel. | ε | 10. | 20. | 10. | 20.0. |
| Auſtrafricus. | Gediel. | ζ | 20. | 20. | 10.0. | 10.0. |
| Africus. | Aſyriel. | η | 20. | 20. | 120. | 10. |
| Favonius. | Maſeriel. | θ | 30. | 30. | 10.0. | 0.10. |
| Occidens. | Malgaras. | ι | 30. | 30. | 0.30. | 210. |
| Chorus. | Dorothiel. | κ | 40. | 40. | 0.40. | 30.0. |
| Subcircius. | Vſiel. | λ | 40. | 40. | 0.30. | 0.0. |
| Circius. | Cabariel. | μ | 50. | 50. | 80.0. | 80.0. |
| Septentrio. | Rayſiel. | ν | 50. | 50. | 80.0. | 0.80. |
| Aquilo. | Symiel. | ξ | 10. | 1000. | 10. | 100. |
| Boreas. | Armadiel. | ο | 1000. | 180. | 810. | 00. |
| Vulturnus. | Baruchas. | π | 10. | 180. | 810. | 00. |

Orientem hic velim intelligas, non ubi Sol quolibet die oritur, ſed eum locum, in quo à principio creatus fuit, quem æquinoctialem appellamus. Niſi enim hanc conſiderationem obſerves diligentiſſimè, non poteris in hac arte habere profectum. Sed etiam nunc te ſeriem iſtius tabulæ docebo ita, ut ex uno ſpiritu intelligas omnes. Capiamus itaque Malgaras pro exemplo, per quem fit operatio hujus artis in nono capitulo præſentis libri primi. Occidentalis eſt, ſignum ejus eſt tale: ι. habet ſub ſe triginta qui præſunt diei, & habent Imperium magnum fugandi Spiritus tenebrarum. His ſubjecti ſunt alii 30. qui præſunt nocti & verſantur in tenebris ſemper, nec veniunt ad lucem, niſi per imperium ſuorum principum, quibus omni tempore ſunt ſubjecti. Et iſti rurſus ſub ſe habent tanquam cuſtodes & miniſtros pleno jure ſubjectos aliquando 20. aliquando 10. & aliquando omnes, cum omnibus ſimul egrediuntur ad imperium ſuorum principum,

cipum, tali ſcilicet ordine. Ut quot eorum numero per operantem Virtutum magnarum imperio, vocati fuerint ex ſecundo vel tertio ordine, tot etiam ſervitores & cuſtodes cum ipſis veniant ad principalem, qui eſt Malgaras. Iterum ſub iſtis ſunt alii tanquam nuntii & janitores ſine certo numero, qui ſæpe cum ipſis mixti conveniunt: Horum ſpirituum omnium nomina non tenemus. Sed quæ ſcire neceſſarium eſt operantem, in quolibet capitulo exprimemus. Et nota, quod omnes iſti ſpiritus ſunt cum ſuo imperatore principali quilibet in plaga orbis deputata ſibi, ut patet in tabula.

*Clavis.*

Sicut Trithemius pro ſuo in occultandis myſteriorum inſtitutionibus ſtudio & intentione, ſimilitudinem tantum non ſuperſtitionem ab operatione ſpirituum eſt mutuatus, & eorum nomina, officia, dignitates, ordines atque differentias pro libitu & ſine connexione cum Steganographiæ modis aſſumpſit, ita non minus eorum manſiones in ſedecim ventorum plagis ad vexanda magis curioſorum ingenia aſſignavit & orientis verum locum definivit. Itaque quæ hic de plagis orbis & ſpiritibus ibi reſidentibus tam ſerio admonet & inculcat nullam omnino deſiderant explicationem niſi ad exemplum Caramuelis ſubtiliorem autore quis optet commentarium; quæ verò de numeris adducit, jam in clave generali debitam conſecuta ſunt claritatem, & quidem in ſpecie de eo Imperatore, qui dicitur Malgaras & hic pro exemplo adducitur.

## CAP. II.

### CUJUS PRINCEPS VOCATUR PADIEL SUBSOLANUS, HABENS SUB SE MINISTROS DIURNOS 10000, NOCTURNOS 20000, ET ALIOS MULTOS SUBSERVITORES, QUORUM INCERTUS EST NUMERUS.

Cum, ſicut in præcedenti capitulo diximus, Pamerſiel cum ſpiritibus ſuis dictis, implacabilis & infidelis ſit, nec obediat paſſim omnibus in hac arte operari cupientibus, ſed vix in ea expertiſſimis: volumus in hoc præſenti capitulo artem facere tutiorem, & modum operandi in ea demonſtrare per ſpiritus meliores, qui ſint benevoli, prompti, & hilares ad obediendum vocanti, qui debito modo & tempore vocati veniant ſine mora, &, quod eis fuerit commiſſum, fideliter perferant ſine fallacia. Primus autem principalis hujus operationis imperator & præſidens dicitur Padiel nomine ſubſolanus, manſione orbiculari, quæ eſt prima manſio poſt orientem. Is habet ſub ſe decem millia, qui præſunt diei & omnibus operationibus hujus

diurnis, qui præcipiunt & educunt ſpiritus nocturnos in tenebris latitentes, qui ſunt numero ducenta millia, omnes fugiunt lucem & diem, præter unum, qui eſt nuncius ad ſpiritus præſidentes, omnes boni & benevoli ſunt, nec lædunt operantem, niſi ſit malitioſus, vel minus in arte peritus. Non opus eſt omnes ſimul advocare, ſed pauci ſufficiunt, & aliquando unus ſatisfacere poteſt operanti, ſive operatio nocturna ſit ſive diurna. Nam, cum ſint benevoli, quieti & tranquilli, frequentius ſolivagi ſunt, quam in multitudine tumultuoſi. Cum ergo volueris operari per eos, & mentis tuæ ſecretum alicui, quantumcunque abſenti per ipſos intimare, ſic facito: Scribe in chartam præparatam antea debito modo, ſicut ſcis, quamcunque narrationem volueris & in quacunque lingua, quia indifferens eſt, cum ille non ex charta, ſed ex ſpiritibus mentem tuam percepturus ſit, quam ſcribens verte te ad ſubſolanum, qua perfecta dicas iſtam conjurationem.

*Clavis.*

In cap. ſuperiori omnium dictionum literæ initiales ad miniſterium artis concurrebant, in præſenti verò cap. alternâ poſitione variant, ita ut prima litera primæ dictionis occultæ intentioni deſerviat, ſequentis verbi prima ab officio ſecreti muneris vacet, prima tertiæ dictionis iterum ſecreto conducat, quartæ prima ſit otioſa & ſic conſequenter. Et hinc in hoc cap. ars eſt tutior & modus operandi per ſpiritus meliores, qui ſint benevoli, prompti & hilares ad obediendum vocanti; Nam literæ aut formulæ precatoriæ, ubi alternæ tantum dictiones arcano propoſito deſerviunt, facillimè componuntur, nec ullam difficultatem laboremve ſcriptor induſtrius & ſagax ſubibit. Sunt etiam hi ſpiritus valde fideles, &, quod eis fuerit commiſſum fideliter perferunt, nam hic ſcribendi modus eſt valde ſecurus, nec facile à quovis arcanum latens deprehendetur. Sunt etiam aliqui horum ſpirituum diurni, alii nocturni, illi ſunt, qui diei præſunt, id eſt, publicæ orationi congruentes ab occultorum ſignificatione prudenti ordine recedunt; hi verò ſunt, qui nocti præſunt, id eſt, abſconditam & occultam intentionem perferunt.

*Conjuratio I.*

Padiel aporſy meſarpon omeuas peludyn malpreaxo conduſen, vlearo therſaphi bayl merphon, paroys gebuli ma ilthomion ilthear tamarſon acrimy lon peata caſiny

caſmy chertiel medony reabdo, laſonti oaciel mal arti bulomeon abry pathulmon theoma pathormin.

*Clavis & Senſus.*

aPoRsYoMeVaSmAlPrEaXoVlEaRoBaYlPaRoYsMallThEa RaCrYmlpEaTaChErTiElReAbDoOaCiElArTiAbRiThEoMa. *Senſus.* Primus apex verbi primi, tertii, & cætera, doceat artem.

Cum hæc verba compleveris, videbis duos vel ad minus unum è ſpiritibus placidiſſimè præſentem & paratum obedire voluntati. Et huic committes ſecretum tuum, & fideliter perferet illud quo juſſiſti. Cum autem literæ venerint ad eum, cui mittuntur per nuncium, ſi ſolus eſt, bene, ſi cum aliis, ſecedat ad partem, ſi poteſt, aut, ſi non poteſt, verſus ad ſubſolanum dicat ſub ſilentio iſtam conjurationem.

*Conjuratio 2.*

Padiel ariel vanerhon chio tarſon phymarto merphon ampriſco lædabarym, elſephroy meſarpon ameorſy paneryn atle pachum, gel thearan bes lonty las gomadyn triamy meſarnothy.

*Clavis & Senſus.*

aRiElChIoPhYmArToAmPrIsCoElSoPhRoYaMaOrSyAtLe ThEaRaNlAsTrIaMy. *Senſus.* Recipiat apices primos alternatim.

His verbis rite dictis ſtatim ſpiritus miſſus apparebit, revelans ei perfectè, nullo alio percipiente, quidquid illi commiſiſti revelandum, ſine dolo & ſine omni periculo. Nemo autem malitioſus & nequitioſus facile in hac arte poterit operari, ſed quantò quis melior & purior fuerit, tantò ei ſpiritus libentius & hilaritate majori obediunt. Et quantò unusquisque hanc ſcientiam magis occultaverit, tanto facilius operabitur. Et nota quod iſte Padiel cum ſpiritibus ſuis eſt deputatus ad nunciandum ſecretas aviſationes pro correctione malefactorum, incarceratione, punitione, ſicut ſubjecto demonſtrabimus exemplo.

*Intentionis ſecretum, quod non literis ſed ſpiritibus ſecundæ manſionis commendatur.*

Delatus eſt quiſpiam apud Principem, cui aliquod crimen imponitur læſæ majeſtatis, vel quodlibet aliud; vult eum puniri per ſuum officialem à quo longè disjungitur, ſed ei ſcribere id ipſum non vult, ne manifeſtatis literis qualibet occaſione reus aviſatus fiat, & fugiat, vel coadjunctis ſibi viribus amicorum reſiſtat, vel quippiam contra principem aut patriæ leges moliatur ſiniſtrum; ſcribit hanc vel aliam quamcunque narrationem ad ſuum præfectum, quam non vereatur ab omnibus legi: ſecretum verò committit ſpiritui, eo modo quo prædiximus, qui fideliter narrabit ſecretum ejus illi, ad quem mittitur prius in hac arte inſtitutum.

*Sinceram charitatem. Mitto ſibi orationem pro devotione pœnitentiam ſatis pulchrè compoſitam, brevemque, quam integra mentis meæ benevolentia in te ſola poſſidere non voluit, & eſt talis quæ ſequitur.*

*Libera nos Ieſu chriſte Eterne ſalvator Bonorum omnium, Et indulge Reorum delicta Gemituſque noſtros Exaudi mitigans Tempeſtates vitiorum, Renovanſque conſcientiæ Vetuſtatem, ad Eternum nos Reducito paradyſum. Bone jeſu Remitte nobis Exorantibus peccata Noſtra, quoniam Graviter offendimus, Et ſæpe Relapſi ſumus, Dulciſſime ſalvator Infirmitates noſtras Sana quæſumus Benignus eſto Rogantibus te Ieſu piiſſime Et nos Famulos tuos Supplicantes exaudi, Homines ſumus Aſſiduis miſeriis Involuti, maximiſque Tempeſtatibus immerſi, Erue nos Tribulatorum conſolator Victorioſiſſime, quoniam Vita noſtra Aſſidua felicitate Sepulta corrumpitur. Miſerere tantum clementiſſime Salvator, reſpice Humilitatem te Amantium & Non permittas Demergi nos Exules in Luto & Turpitudine vitiorum. In amore Sæculi hucuſque Torpentes jacuimus Vitiiſque inundati Noſtram parvipendimus Salutem, futurique Examinis minimè Recordati ſumus. Benigniſſime creator Eſto propitius Famulis tuis Et ſalva Lachrymantes quos Decepit miſerrima Vanitas mundi, Viam (prô dolori) Veritatis negleximus Omnes, ſed Libera nos Luto infixos Exuleſque, quoniam Salvator noſter Tu es Ieſu, qui Neminem deſpicis Gaudium indeficiens Et ſempiterna Felicitas ſanctorum Et ſpes Noſtra, chriſtianorum Gloria, angelorum Lumen, remunerator Invictorum martyrum, Corona virginum, Honeſtas viduarum, Bone jeſu Exaudi nos Humiles clamantes Ad te, Libera nos De præſenti Exilio, concedens Nobis gratiam Ut ſine Fine vivamus, Vivifica quæſumus*

*Nos miſeros Servos tuos Exules, quos Redemiſti, ut Zelum juſtitiæ Verum conſequamur. Conſerva nos Omnipotens deus, Majeſtas infinita, Miſericordia incircumſcripta, Eterna ſalus Nobilium animorum. Amen.* β.

### *Tenor precationis occultus.*

**Lieber Getruer Brenger diß Briefs hait etwas mißhandelt / iſt unſer Befel du wolleſt in Gefångnüch behalden uf unſer zukommen.**

### *Alia oratio; cujus conjuratio: Padiel melion, Parme, camiel buſayr, ilnoma, venoga, Pamelochyn.*

*Hanc quoque non indevotam orationem accipito:* Humanæ ſalutis Amator, univerſorum Creator maximus Nobis indixit Obedientiam mandatorum Cui omnes Tenemur obedire Ex amore; Præmium vero Obedientibus promiſit Sempiternæ fælicitatis Tabernaculum poſſidere; Xti obedientiam Inſpiciamus, quam Imitari curemus Vt ad Eternam fælicitatem Nobis promiſſam Ingredi mereamur Angelorumque conſociari Manſionibus ſempiternis. Agamus pœnitentiam Dum poſſumus Tempus pretioſum Expendentes fructuosè. Caveamus ne Imparatos mors Rapiat, quæ Concedere moram Alicui recuſat. Ideoque fratres Agere pœnitentiam Non tardetis Velociter enim Ad vos Mors veniet, Quam nemo Veſtrum diu Evadere poteſt. Dies ergo Veſtros tranſeuntes Conſpicite pœnitentiam Inchoantes, quando Tempus habetis; Appropinquat hora Decedendi hinc. O mors Rerum terribilium Terribiliſſima quam Velociter nos Miſeros conſumis Incolatumque noſtrum Breviſſimum multis Injuriis plenum Miſeris facis Eſſe crudelem. Evigilemus miſeri Xto jeſu Salvatore noſtro Piiſſimo nos Exhortante & Conteſtante ut Turpes negligentias Arguamus & Bonis operibus Iuſtitiæ vias Sollicite cuſtodiamus. Alme redemptor Generis humani Exaudi nos Veniamque nobis Tribue peccatorum. O pater Miſericordiæ ſis Nobis propitius In omnibus Adverſitatibus noſtris, Sana domine Infirmas animas Noſtras quoniam Tui ſumus Præſta nobis Afflictis vermiculis Requiem ſempiternæ Amœnitatis quatenus Te ſemper Aſpiciendo laudemus. *Amen. Ioan. Trith. Spanheimenſis edidi.* 1500. β.

### *Tenor arcani latentis.*

Hac nocte poſt XII. veniam ad te circa januam quæ ducit ad ortum ibi me exſpectabis age ut omnia ſint parata.

## *CAP. III.*

### Cujus Princeps Camuel Habens Sub Se Spiritus Præsidentes Diurnis Operationibus 10. Et Nocturnis Similiter 10. Cum Subservitaribus Totidem, Quorum Officium Est Mittentis Nunciare Ad Ventum, Vias Et Iter.

Tertiæ manſionis ad Eurum primus & ſupremus omnium ſpiritus vocatur Camuel, valde benevolus & promptus ad mittendum ſuos ſubſtitutos ad eum qui in hac ſcientia ſecundum formam debitam operatur. Paucos quidem habet miniſtros, ſed omnes bonos voluntarios & fideles, videlicet decem, qui præſunt diei, & totidem qui præſunt nocti, qui ſemper bini mittuntur ad operantem ex utroque ordine, cum hi, qui præſunt diei, nec fugiunt tenebras, nec illi, qui præſunt nocti, lucem. Semper ubi neceſſitas expoſtulat in omni commiſſione operantis alter juvatur ab altero, &, quando apparent viſibiles, tunc unus cernitur in habitu pulchro mixti coloris, & alius in forma lucidi ſplendoris aſtare conſuevit: ſæpe tamen apparent ſolo effectu ſenſibili quidem, ſed non videntur, niſi cum ita placuerit operanti. Iſte verò Camuel cum miniſtris & ſubſervitoribus ſuis authoritatem habet atque virtutem nunciandi abſenti amico ſtatum, voluntatem, conditionem, viam, itinera, adventum & receſſum mittentis, quando voluerit ipſe, qui operatur in hac arte; Cum ergò volueris operari pro tua voluntate per angelos hujus manſionis: oportet te ſcire imprimis, qui ſint decem Angeli Camuelis, qui præſunt diei, & quot quilibet eorum habeat ſubſtitutos, & ita ſimiliter de nocturnis: quod ut ſcias perfectè, præſentem tabulam conſiderabis.

| S. | N. | S. | N. | N. | N. | N. | N. | N. | N. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Orpeniel. | 10. | Citgara. | 100. | Daniel. | 10. | Dobiel. | 100. | Azimo. | 10. |
| Camyel. | 100. | Pariel. | 10. | Omyel. | 10. | Nodar. | 10. | Tediel. | 0. |
| Budiel. | 10. | Cariel. | 10. | Aſiniel | 100. | Pheniel. | 10. | Moriel. | 0. |
| Elear. | 10. | Neriel. | 10. | Calym. | 100. | Meras. | 100. | Tregaros. | 0. |

Hic habes in Tabula 10. Angelos Camuelis qui præſunt diei cum ſubſtitutis ſuis in numero, & totidem, qui præſunt nocti cum ſuis quoque ſubſervitoribus: Ultimi autem, ſicut cernis, nullum habent ſubſtitutum, quoniam o, ſicut noſti, nihil omnino ſignificat in numero. Cum ergo volueris per iſtos angelos operari, præpara chartam tuam, ſicut

ſicut moris eſt, & verſus ad Eurum ſcribe quamcunque narrationem, & in quacunque lingua volueris, quæ non ſit neceſſe occultari, qua perfecta, legas ſequentem conjurationem tacitè.

*Clavis.*

Tertius Steganographiæ modus eſt, quo, ut in præcedenti, dictiones ad miniſterium ſecreti alternis vicibus variantur, hâc tamen differentiâ; ut, ſicut ibi prima ad intentionem arcanam confert & ſecunda vacat, ita hìc prima vacante ſecunda valeat, deinde, ut completâ dictione quavis ſecreti duæ vacent, una quidem ratione alternationis, altera vero, ut quælibet dictio concludatur & ab alia ſeparetur. Et iſte modus eſt facillimus & tutisſimus, nec tam facile ſecretum latens poterit inveniri. 10. Spiritus, id eſt i. omiſſa nulle utpote nihil ſignificante præeſt diei ſive verbis otioſis, 10. vero, id eſt i, ſimiliter præeſt nocti, id eſt, latenti arcano.

*Conjuratio I.*

Camuel aperoys melym meuomaual caſmoyn cralti buſaco aeli lumarphotrion theor beſamys, aneal cabelonyr thiamo veſonthy.

*Clavis & Senſus.*

aPeRoYsMeVoMaViAlCrAlTiAeLiThEoRaNeAlThIaMo.

*Senſus.* Primum vacat alternatim.

Completa hâc conjuratione ſub ſilentio, fac commiſſionem tuam ſpiritibus, qui præſto ſunt, quemadmodum noſti; & emitte eos, omnia ſub ſilentio & extra tumultum, ſi fieri poteſt, operans, poſtea da literas, cui volueris, nuntio perferendas, apertas ut libet & vadet, quia ſpiritus non negligunt officium ſuum, ſive cito veniat nuntius, ſive tardè, de quo nullum ſit tibi dubium, quia fideles ſunt. Oportet autem ut ſcias, quem ſpiritum mittere velis ex prædictis, quatenus in conjuratione nomen ejus ſtatim poſt principalem exprimas, & hoc in omnibus operationibus, in quibus angelorum mittendorum nomina in ipſo capitulo ponuntur. Sed jam ponamus dictorum à nobis ſimilitudinem ſuper his quæ pertinent ad officium Camuelis & ſpirituum ejus ſubjectorum.

*Sit iſta mentis meæ intentio ſecretiſſima, quam per ſpiritus prædictos velim ſcire abſentem.*

Sum Romæ poſitus, intelligo ex ſecretiſſimo conſilio ſummi Pontificis: Romanum Imperium ipſum velle transferre in Francos;

Cupio

Cupio aviſare Germaniæ Principes, per nuntios nequeo, quibus non confido: literis nequeo, quia in omnibus civitatibus Italiæ ſunt in portis deputati, qui ſcrutantur tranſeuntes exactiſſimè; ſcribo ergo unam orationem devotam, quam mitto per nuntium apertam, cum aliis familiaribus literis clauſis ad eosdem principes, compello ſpiritus tertiæ manſionis, & præcipio eis ut literas mittendas ſequantur. Et cum à recipiente vocati fuerint, revelare ei non obmittent ſecretam intentionem meam, quam literis commendare non audebam, veniunt, vadunt, obediunt.

*omnes* Morimur, *quoniam* Omnes *hæreditarium* Reatum *originalis* Noxæ *contraximus, nemoque* Vivit *non* Moriturus, *in* Breviſſimo *tempore; contraximus* Delictum *originale* In *adam* Et *eva; morimur* Autem *mortis* Corporis *omnes* Homines *propter* Temeritatem *matris* Evæ *miſerabilem, mortem* Vero *animæ* Victor *mortis* Ieſus *nos* Liberando *fugavit. o* Ieſu *chriſte* Crucifixe, *reſpice* Humilitatem *noſtram, quoniam* Miſeri *ſumus*, Infælices, *multisque* Tribulationibus *vexamur. ergo* Clementiſſime *rex* Cælorum *petimus*, Concede *nobis* Contritionem *veniamque omnium* Peccatorum *propter* Humilitatem *tuam* Eximiam *quâ* Redemiſti *nos* De *inferni* Erumnoſis *tenebris* Noxiisque *paſſionibus. o* Beatitudo *noſtra* Ieſu *clementiſſime, o* Dulciſſime *amator* Innocentiæ, *quid* Retribuam *ſibi, tu* Sanctus & Innocens *pro* Nobis *pateris. quò* Fugiemus *cum* Veneris *ad* Rationis *examen? venies* Cum *poteſtate* Reddere *mercedem* Unicuique *ſavendum* Conſcientiam *ſuam*; Eruntque *tibi* Nuda *omnia* Nec *te* Aliquid *latebit* Cujus *non* Habeas *notitiam. ergo* Viventes *agite* Fratres *pœnitentiam, diſtrictumque* Dei *omnipotentis* Examen *operibus* Miſericordiæ *prævenite. tergite* Fletibus *crimina* Et *pauperum* Labores *ſublevantes* Deum *vobis* Efficite *placabilem, quoniam* Benignus *eſt* Invocantibus *eum. ergo* Dum *tempus* Eſt, *quærite* Miſericordiam *ejus. ſemper* Gratias *agite* Ei *qui* Redemit *vos* Ieſus *chriſtus* Crucifixus *pro* Hominum *ſalute* Timentium *dominum. y.*

## *Sit alia forma ſecretorum iſta, quæ committatur ſpiritibus.*

Secretum manet in mente mea repoſitum, de adventu meo ad amicum vel amicam in proximo ſecreto, non audeo ſcribere hoc ipſum, ne palam fiat, quod cauſa vetat ardua, nec demendare per

nuntium,quod idem periculum: voco ſpiritum,committo rem; venit, vadit,perfert ſecretum ſecretiſſimè, tutus ſum ego, literarum forma quas mitto ſit ut libet familiaris, ne deſit occaſio.

*Salutem D. lator Præſentium frater Arnoldus boſtius Plura compoſuit Admiranda volumina de Variis rebus Ut in Libro noſtro Tibi dudum transmiſſo Inter alia Multa, qui Prænotat de Eccleſiaſticis ſcriptoribus, Reperies ſcriptum In fine, Ubi ſit Mentio viventium. hunc Tantum virum Religione & Artium venuſtate Notabilem tuæ Sinceritati, chariſſime Fautor, commendo Et plurimum Rogo, quatenus Recipias ipſum Eâ quâ omnes In amicitia Nobis conjunctos ſuſcipere Familiaritate conſuevisti, Reſerabit tibi Arcana multa Naturæ, teque Converſatione dulciſſima Oblectare poterit Si volueris. meum De magicis Experimentis codicem, quem Habes mihi Oro quantocius Curato remittere, volumen Sineſii de Virtute ſpirituum Mittam tibi, mox Cum mihi Experimenta mea Remiſeris cura Te ipſum Ut valeas Sæpeque reſcribito. Datæ in Spanheim ſexto iduum Martii, Anno Dominicæ incarnationis M.D. Ioan. Trith. Abb. -- γ.*

Recipiens autem literas is, ad quem ſpiritum miſiſti, faciat, quod in hac arte novit eſſe faciendum, & ſigno orbiculari cognito ſe vertat ad Eurum ſubque ſilentio iſta dicat imprecationem.

*Conjuratio 2.*

Camuel Buſarcha menaton enatiel meran ſayr abasremon naculi peſarum vadru laſmon enoti chamabet uſear lesponti abrulmy pen ſayr thubarim, gonayr aſmon friacha rynon otry hamerſon bucurmy pedauillon.

*Clavis & Senſus.*

bUsArChAeNaTiElSaYrNaCuLiUaDrUeNoTiUsEaRaBrUl MySaYrGoNaYrFrlaChAoTrYbUcUrMy. *Senſus.* Vacantes includunt verbum ſignificativum.

His dictis, accipiat literas denuò in manum, reſpiciens verſus Eurum, ut noſti. Notandum verò, quod iſti ſpiritus omnes cum ſuo principe ſunt ad Eurum, & propterea oportet, ut ſe illò vertat omnis, qui operatur per illos, aut ſi non poteſt, ſaltem literas illò verſus cum receperit, reponat. Obſerva & intellige, quæ diximus tibi.

*Tenor literarum & precationis occultus.*

*Literarum.* Papa vult imperium transferre in Francos, de hoc ſum certus.

*Precationis.* Morn umb di achte will ich mit CCCC Pherden bi dir ſin für Crucennach uf dem Felde bi dem Gericht.

## CAP. IV.

### Cujus Princeps Aseliel Moratur Ad Euro-Austrum; Habens Sub Se XXX. Principales Substitutos Cum Servitoribus Eorum; Et Præsunt His, Quæ Pertinent Ad Amorem.

Quartam manſionem ab oriente in Euro-Auſtro tenet magnus princeps Aſeliel cum ſpiritibus ſuis, quorum decem præſunt operationibus in hac arte diurnis & 20. nocturnis; Horum omnium poteſtas & officium eſt nunciare ea, quæ pertinent ad amorem mulierum. Habent autem hi 30. tanquam principales ſub ſe, & totidem alios, quos mittunt per ordinem ad officia ſua, cum fuerint per operantem debito modo vocati. Rurſus ſub iſtis iterum ſunt alii, quorum magnus eſt numerus. Tu autem, cum volueris per principem hujus manſionis in Steganographia operari, non opus eſt omnes ſubjectos ei ſpiritus advocare, ſed ſufficit tibi unus aut duo, ſive operatio ſit nocturna ſive diurna. Dicam ergo tibi paucorum nomina cum numero ſubſervientium eis, ex quibus ſemper advoces unum aut duos, quos volueris, nec pluribus indiges, niſi operatio pro diverſis. Hæc eſt tabula:

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Mariel | 20. | Cubiel | 20. | Aſphiel | 20. | Melas | 20. |
| Charas | 20. | Aniel | 20. | Curiel | 20. | Sariel | 20. |
| Parmiel | 20. | Aſahel | 20. | Chamos | 20. | Othiel | 20. |
| Aratiel | 20. | Arean | 20. | Odiel | 20. | Buſar | 20. |

Habes jam ecce ſedecim principes ex majoribus, qui ſunt ſub Aſeliele Magno, quorum octo præſunt diei, & octo præſunt nocti, & quilibet ex iis habet 20. ſubjectos famulos, quos mittunt ad officia ſua, quoties neceſſarium fuerit. Principes omnes boni ſunt & ad obediendum benevoli atque promptiſſimi: ſed famuli eorum non

omnes

omnes quoniam ſuperbi & implacabiles aliquando ſunt, maximè ad eos, quos conſiderant in arte minus eſſe perfectos. Iſti vero ſedecim principes cum ſubditis ſuis ad omnia nuncianda tibi ſufficiunt, nec opus eſt te plures vel noſſe vel advocare. Cum autem volueris operari in Steganographia per Aſelielem, præmiſſis in arte conſuetis obſerva locum manſionis ejus, qui eſt in Euro-Auſtro, & voca unum ex ſpiritibus ſupra dictis pro tempore ſuo, quemcunque volueris.

*Clavis.*

Quartus Steganographiæ modus in præſenti cap. proponitur, ubi primâ dictione in aperta narratione à ſecreto vacante, duæ mox occulto ſervientes recipiuntur idque per ſpiritus 30. ſive 3. quorum 10. id eſt 1. diei, apertæ ſcilicet narrationi, & 20. id eſt 2. nocti, arcano ſcilicet latenti præſunt, facile intelligitur; ſpiritus quoque omnes ſunt boni & benevoli.

*Conjuratio 1.*

Aſeliel aproyſy melym thulnear caſmoyn mauear burſon, charny demorphaon, theoma aſmerin diuiel, caſponti voarli baſamys ernoti chaualorſon.

*Clavis & Senſus.*

aPrOySyThVlNeArMaVeArChArNyThEoMaDiViElVeAr LiErNoTi. *Senſus.* Poſt unam vacantem duæ valent.

Completis ex more conjurationibus ſubjunge cætera, quæ ſunt ex more in arte facienda, & conſequenter effectus operationis tuæ certiſſimus.

*Ponamus Exemplum.*

Fingamus mentis tuæ arcanum: Habes amicam, in cujus amore detineris, nec minus ipſa: ſed accedere aut alloqui non potes eam propter cuſtodiam ſuorum; Inveniſti tandem conſilium, quo ipſa potiri valeas, ſed eam eſt aviſare etiam prius neceſſe: Per te non potes, literis non audes, ne in manus aliorum deveniant, nuntiis aut vetulis rem non decernis committendam, ne te poſtea reddant notum; Rem ergo arte per tempus occulta, quam fieri palam non poſſe confidis. Vocas miniſtros artis inviſibiles, ſcribis literas in nullo ſuſpectas, ipſasque mittis ad amicam etiam per ipſos cuſtodes,

laudant ſcriptum, præbent amicæ legendum: illa ſignum recognoſcens nuntium advocat occultum, audit conſilium, remandat conſenſum; accedis, intras, potiris.

*mors Ieſu Chriſti genus* Humanum *Vivificavit cujus Vita Innocenter afflicta Liberavit Nos ab Omni Calamitate; ergo Honoremus Humilitatem ejus In Nobis reſiſtendo Tentationibus Vitiorum, inſtandoque Motibus Bonorum operum. Xtus Ieſus ſalvavit Animas Noſtras. gratias Dicamus Eternas noſtro Redemptori Piiſſimo, quoniam Omnes Reduxit ad Tutas Exuvias, cujus Nomen Cum fervore Laudemus Omni tempore Præoccupantes Faciem ſanctiſſimam Ejus Noſtris orationibus. Vivamus Virtuoſè in Amore Rectitudinis, abjicientes Tumultum Mundanalium negotiorum, Iuſtitiæ Normam ſequamur, Vitiis Noxiis reſiſtamus Devotiſſimè, Lachrymisque negligentias Abluamus In maxima Sollicitudine Memores futuri Iudicii Cujus inæſtimabilis Horror Inferni pœnis Nequaquam inferior. Anno Dominicæ nativitatis M.D, 6. Id. Martii.* 8.

Cum has ſimilesve acceperit literas is, cui mittuntur, in arte peritus faciat, quod novit ſecundum inſtituta faciendum, vertatque ſe ad aſpectum Euro-Auſtri, & legat conteſtationem ſpirituum, quæ eſt talis.

*Conjuratio 2.*

Aſeliel murnea caſmodyn bularcha vaduſyn aty belron diuiel, arſephonti ſi panormys, orleuo cadon venoti baſramyn.

*Clavis & Senſus.*

mVrNeAbVIArChAaTiDiViElSiOrLeVoVeNoTi. *Senſus.* Vna vacat duæ ſolvunt.

His conteſtatis continuet operationem artis, & audiet ſecretum mittentis.

*Tenor arcani latentis.*

Ich wil noch hint umb XI. an der Porten clopfen/ wart min/ und laiß mich in.

## CAP. V.

### Cujus Princeps Supremus Barmiel Nomine, Moratur In Austro, Habens Sub Se Decem Principes, Qui Præsunt Diei, Et 20. Qui Præsunt Nocti, Cum Servitoribus Eorum, Et Sunt Super Secretis Nuntiandis Quæ Pertinent Ad Traditiones Castrorum.

Quintæ manſionis in Auſtro ad meridiem princeps magnus vocatur Barmiel, habens ſub ſuo dominio principales duces decem, qui præſunt diei cum ſubſervitoribus eorum, & 20. numero, qui præſunt operationibus nocturnis cum famulis eorum. Qui ideo ſunt plures numero, quam diurni; quia frequentius operatio hujus manſionis fit in nocte quam in die; eorum enim officium eſt nuntiare ſecretas traditiones caſtrorum & civitatum, maximè temporibus nocturnis. Tu autem, cum volueris in hac arte operari per Barmielem, voca unum ex principibus ejus, quemcunque volueris; ſtatim veniet ad te cum 20. ſervitoribus, quia nunquam ſolus aut cum paucioribus incedere conſuevit. Secretum verò tuum non famulis, quia ſuperbi & malitioſi ſunt, ſed principi committe: quia bonus, placidus, fidelis & multum benevolus eſt. Sed jam nominabo tibi ex ipſis principibus diurnis octo, & ex nocturnis ſimiliter octo, qui ſunt meliores & promptiores ad obediendum, nec pluribus indigemus.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Schw. | Roth. | R. | S. | S. | R. | R. | S. |
| Sochas. | 20. | Acterer. | 20. | Barbis. | 20. | Marcaiz. | o. |
| Roth. | Schw. | S. | R. | R. | S. | S. | R. |
| Tigara. | 20. | Barbil. | 20. | Marquus. | 20. | Baabal. | o. |
| Schw. | Roth. | R. | S. | S. | R. | R. | S. |
| Chanſi. | 20. | Carpiel. | 20. | Camiel. | 20. | Gabir. | o. |
| Roth. | Schw. | S. | R. | R. | S. | S. | R. |
| Keriel. | 20. | Manſi. | 20. | Acreba. | 20. | Aſtib. | o. |

Habes 16. Spiritus, quorum duodecim quilibet habet 20. miniſtros, cum quibus apparere ſolent vocanti, reliqui quatuor, quibus o. quod nihil ſignificat, ſuppoſitum eſt, nullum habent ſubſervientem, ſed ſemper ſoli veniunt, & ſunt in miniſterio ſuo fideliſſimi, & impigri ad omnia, quæcunque mandaveris eis. Volens itaque operari per aliquam eorum, præmiſſis his, quæ ſunt in arte præmittenda, dicas conjurationem iſtam ad Auſtrum.

*Clavis.*

Quintus in quinto cap. modus non multum quarto diſſimilis, primâ vacante per duas ſignificativas, ut ſuperior procedit, & quamlibet ſecreti dictionem duabus vacuis concludit, ut in tertio dictum eſt, quod ſi & ſecreti dictio quæpiam impari literarum numero conſtet, ultima ſola ſtabit inter vacantes utrimque. Spiritus diurni ſunt decem, & 20. nocturni, ut in cap. præcedenti.

*Conjuratio I.*

Barmiel buras melo charnotiel melapos veno mas. phyan albryon, chaſmia peluo morophon apluer charmya noty, meſron alraco caſpiel hoalno chorben oluear aſcrea cralnoty carephon elcſor bumely neſitſan armi tu faron.

*Clavis & Senſus.*

bUrAsChArNoTiElVeNoAlBrIoNpElVoApLuErNoTyAlRaCoHoAlNoOlVeArCrAlNoTiElCsOrNeSiTsAnTu. *Senſus.*

Vacante unâ binæ valent archano vacante conſtat.

Poſtquam imperationem compleveris, ſpiritui apparenti quem vocaſti, commenda ſecretum, literas autem mitte per quemcunque volueris, & qualescunque volueris. Sed utamur exemplo.

*Ponamus ſecretum Regis quod non ſit alicui confidendum quovis modo.*

Rex quispiam aut Princeps obtinere civitatem aut munitionem armis non valet, quam cupit, rem arte pertemptat, corrumpit mercede cuſtodes, conſilium nulli confidunt, nec literis quidem ne deprehenſus ille non conſequatur intentum, iſti mercedem cum vita amittant. Ad manſionem Barmielis ſe Princeps convertit, vocat ſpiritum nuncium, committit occultum: venit ille, perfert nuntio, capitur nocte, non ſcitur quomodo. Pro his ſi placet fingamus literas in nullo penitus metuentes lectorem.

*juſte* V*ivendo* F*ælicitatem conſequemur ſoli* Namque E*xaltandi humiles* Soli T*emerarii condemnandi. ſi* F*ælicitatem* R*equiris æternam* I*uſtitiam* T*ene &* A*ltiſſimam* G*loriam conſequeris. ferventiſſimus* Z*elator* V*eritatis eſto, &* N*on* A*maveris mendacium.* C*orrumpens* H*oneſtatem, animi-*

que

*que Temperantiam diſſolvens, fuge Vanitatem Mundi, quoniam Breviſſima eſt. amator Eſto Iuſtitiæ & Neminem Supplantes injuſtè, cole Virtutes, Vitia fuge, Iuſtitiæ Libertatem tuere, omnem Inſolentiam Cave, ſemper Humilis eſto, ſalvatorem Animarum Noſtrarum dilige, qui Diligit Eum nequaquam Morietur infæliciter. contemne Gloriam Repente tranſitoriam. Ama Beatitudinem ſanctorum Eternaliter Non corrumpendam, fuge Sollicitè Inſidias hoſtis Noſtri antiqui quem Vincet Nunquam intermittenda Devotionis humilitas, eſto Vigilans Vt carnis Ardore Non vincaris, viriliter Iuſtitiæ Semitas defende, rectitudinisque Zelum Intrepidâ perſeverantia Tenendum memineris, gloriam Inanem Semper fuge Tanquam venenum, paradiſi Dei Amœnitatem contemplare Semper manentem, gaudia Sæculi Cito tranſeunt, Hodie Lætus cras Omnibus Spoliatus emoritur, fuge Zelum Vitioſum amaritudinis, fuge Superbiæ Tumorem, quoniam Utriusque Reatum perpetuis Malis Eſſe obnoxium Non ignoras. omnis Superbus Odibilis deo: moriens Sine Intermiſſione cruciandus Nunquam Gloriam fælicitatis Eternæ conſpiciet. quid Denique Expectabunt ſuperbi Niſi lamentum. ergo Væ Vobis elati Eterno Supplicio digni Tenebriſque Et horroribus Reſervati ſempiternis. Vanitas Vanitatum mundi, Exterminatrix Luminis, animorum Deceptrix, Exulum inferni Reſeratrix pernicioſiſſima. Io. Trith. Abbas Spanheimenſis ſcripſ. 5. Id. Martii. M.D. 1.*

Recipiens literas, cognito ſigno Barmielis ſe mox vertat ad Auſtrum vel quam primum potuerit; Non enim periculum, quoad obedientiam ſpiritus, ex mora naſci poterit, etiamſi multa fuerint interpoſita. Nam quando vocatur, ſemper venire conſuevit, ſive citò ſive tardè, etiamſi poſt dies multos vocetur. Hæc eſt ejus conjuratio, iis præmiſſis, quæ ars expoſtulat agenda.

*Conjuratio 2.*

Barmiel any caſleon arcohi buleſon eris, catray molaer peſſaro duys anale goerno metrue greale cuſere drelnoz; parle cuſureti basriel aſlym naraphe neaslo carnos erneo dameroſenotis any carpodyn.

*Clavis & Senſus.*

aNyArCoHiErIsMoLaErDuYsGoErNoGrEaLeDrElNoZcUfVrEtlaFlYmNeAsLoErNeOaNy. *Senſus.* Nach eim ledigen Gelden zwei finale non.

Hanc

Hanc conjurationem cum dixerit, ſicut oportet, verſus Auſtrum, audiet & intelliget mentem tuam, quam non literis, ſed ſpiritui commendâſti; ſi ad aliam plagam ſe verterit, nunquam intelliget.

*Tenor exhortationis occultus.*

**Uf neſt Fritag zu Nacht umb eins wil ich an dem Graben ſin/ und wan is Zit iſt/ das Schloß zu ſtürmen/ ſo ſinge den Weſterwelder.**

## CAP. VI.

Cujus Supremus Princeps Gediel In Austro-Africo Mansionem Agens, Sub Se Habet 20. In Die Et Totidem In Nocte Cum Servitoribus Eorum, Qui Officium Annunciandi Ea Quæ Præcavenda Pericula Habent.

Sextæ manſioni, quæ eſt in Auſtro-Africo, præſidet princeps magnus Gediel, qui habet ſub dominio ſuo alios duces principales 20. in die, & totidem in nocte cum multis ſervitoribus eorum. Horum officium eſt, nuntiare omnia, quæ pertinent ad aviſandum amicum de quocunque, imminente futuro periculo, & maximè ad principes pro defenſione patriæ, caſtrorum, & civitatum, & ad omnia nuntiandum, quæ proſunt amicis, & his, quibus favemus, ad ſalutem, nec non & contra inimicos & adverſarios quoscunque. Adhæc omnia non eſt neceſſarium advocare 20. principes, ſed duo ſufficiunt cum ſervitoribus ſuis. Quos, ut noſcas ex nomine, conſequenter aliquos ex eis numerabo, videlicet octo pro die, & octo pro nocte.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Schw. | Roth. | S. | R. | R. | S. | R. | R. |
| Coliel | | Sariel | | Reciel | | Aroan | |
| | 20. | | 20. | | 20. | | 20. |
| Naras | | Rantiel | | Sadiel | | Cirecas | |
| Roth. | Schw. | R. | S. | R. | S. | R. | S. |
| Sabas | | Mashel | | Agra | | Aglas | |
| | 20. | | 20. | | 20. | | 20. |
| Aſſaba | | Bariel | | Anael | | Vriel. | |

Primò, antequam procedamus ad operandum, noveris, quod ſemper ad minimum duo ſpiritus vocandi ſunt, cum 20. famulis ſuis, ſine quibus nunquam procedunt, licet non ſemper omnes appareant viſibiles: ſed de hoc non eſt curandum; modo tu conſequaris per eorum miniſterium inviſibile quod intendis. Cum ergò per eorum miniſterium volueris aliquid in Steganographia operari; converte

vertete ad Auſtrum Africum; quoniam omnes cum principe ſuo Gediel omni tempore morantur,& fac, quæ noſti ſecundum ordinem eſſe facienda.

*Clavis.*

Sextus modus poſt duas otioſas recipit binas ſignificativas, idque 20. Spiritus diurni & 20. nocturni abunde manifeſtant.

*Conjuratio 1.*

Gediel aſiel modebar mopiel, casmoyn ro chamorenu proys naſaronatido caſmear vearſy maludyn vealchain demoſar otiel maſdurym ſodiuiel mesray ſeor amarlum laueur pealo neta fabelron.

*Clavis & Senſus.*

aSiElMoPiElRoPrOySaTiDoVeArSyVeAlChAiNoTiElSoDiViElSeOrLaVeVrNeTo. *Senſus.* Semper poſt duas vacantes duæ ſolvunt.

His completis, erunt duo principes nominanti vocati præſentes, boni, benevoli, & ſecuri; quos non debes timere, ſed committe eis confidenter, quidquid volueris, & mandatum tuum fideliter explebunt.

*Habes in mente tua tale ſecretum, quod literis commendare non audes.*

Sum Principi meo,pro multis in me beneficiis obnoxius, adverſariorum ejus ſecreto percepi conſilium per inſidias & traditionem capiendi hac nocte caſtellum. Principem aviſare meum cupio, literis nequeo, cum ſcrutinium tranſeuntium per hoſtes fiat in via: per nuncios nequeo,qui nulli penitus meum periculum ſcio credendum. Vocabo ſpiritum, committo ſecretum, mitto literas tantum pro forma quascunque voluero,ut noverit princeps,quis ſit vocandus,& ex ſpirituum numero (quia ſine literis alioquin neſciret miſſum à me ſpiritum) vadit iſte,nunciat; Princeps præoccupat caſtrum.

*Sit forma literarum iſta vel alia; quam cum legerit, ire prohibeat.*

*ſumma humani* Generis *Nobilitas ſummaque virtus* E*ſt*, D*eum purè amare*, I*pſius* G*loriam quærere*, & E*um* R*ectitudine mentis adorare.* H*u-*

militas Enim puri cordis Regnabit In cœlis, patientia Sublimabit, Sola mens hominis Iuſti Deum timentis diligentiſque Ad Nobilitatem veram conſtituetur, Deum Ama, mundum ſperne, Sæculum Iniquitatum fuge, ama Religionem, Fraternam charitatem, pacis Vinculum, Rectéque converſantium unitatem. Xtus In evangelio monet: Non Oportere nos ſollicitari Circa Humanas curas ſuperfluas; Habentes (Inquit apoſtolus ſanctus) Neceſſaria Tantum ſimus contenti. Habeamus Itaque dei amorem Et Zelum juſtitiæ: quoniam Vere Solidæ divitiæ ſunt, Puritas Animi, ſimplicitas cordis, Negligentia Honoris terreni, vetuſtatis Emendatio, Morumque ſanctorum inſtitutio. Simus Intenti operibus bonis, Ne Vitia nos obruant, Vivamus Innocentes in omni Rectitudine Tanquam craſtino morituri. Deum Amemus puriſſimo corde, Servantes Sollicitè mandata ejus, Cum Humilitate pro peccatis Lugeamus, Omni tempore piiſſimum Salvatorem Deprecantes, quatenus nobis Vitia Remittat, ſui amorem Cordiſque Humilitatem infundat largiter. Deſeramus Iſtius mundi concupiſcentias Et Vanos falſoſque honores, Obitum Noſtrum ſedulo cogitantes. Vivere Virtuosè, proximum diligere, Injuriam Nulli facere, deum Timere, Eleemoſynas dare, famelicos Reficere, Bonos defendere, pravorum Vitia Redarguere, orationibus inſiſtere, Gloriam Mundi contemnere, lectionibuſque Incumbere, Theſauri chriſtianorum ſunt. Vana Enim gloria mundi Repente Ruitura eſt, falſæ Etiam Divitiæ, quas brevi Expirantes Relinquemus inviti ſola Iuſtitia Eſt, noſtra fælicitas. In Noſtra humilitate ſit Gloriatio Et divitiarum poſſeſſio Nobiſcum Omni tempore manſura, Memoria Mortis, timor judicii Et Noſtrorum recordatio peccatorum. ζ.

Cum has vel quaslibet alias literas nullum continentes ſecretum princeps acceperit meus; viſo ſigno Gedielis novit quo ſit vertendum & quis vocandus ſpiritus.

*Conjuratio 2.*

Gediel aprois camor ety moſchoyn diuial palorſan, ſermel aſparlon Crisphe lamedon ediur caboſyn arſy thameroſin.

*Clavis & Senſus.*

aPrOiSeTyDiViAlSeRmElCrIsPhEeDiVrArSy. *Senſus.* Poſt duas recipe duas.

His

His dictis, ut oportet, ſubjunctisque nonnullis, quæ ſunt in arte neceſſaria, ſpiritu revelante, non literâ mentis mea ſecretum, ſciet arcanum & præoccupat inimicum.

*Tenor ſecreti latentis.*

Gnediger Her iß ſi dan daß ir für XI. noch hint hie zu Spanhem ſin/ wirt das Schloß durch die von Winterburg mit Verrederie ingenommen.

## CAP. VII.

### Cujus Princeps Supremus Est Asiriel, Cujus Mansio Est Ad Africum, Habens Sub Suo Dominio Duces XX. Qui Præsunt Diei, Et Totidem Qui Præsunt Nocti, Quorum Officium Est, Nunciare Consilia Principum Amicis.

Septimæ manſionis Princeps primus & ſupremus vocatur Aſiriel, & habitat in ea plaga orbis, quam appellamus ad Africum, habens ſub ſe 20. Principes, qui præſunt diei, & totidem, qui præſunt nocti, qui omnes ſub ſe multos habent famulos, ſi duo duces vocentur ab operante ad miniſterium artis ex diurnis, ſemper 20. famulos habent ſervientes ſibi, ſimiliter & cum nocturnis fit. Quare ſi unum vocaveris tantum ex principibus maximè nocturnis, non 20. ſed 10. famulos tantum eum habere duntaxat comprobatur, diurnos non vocabis niſi ad minimum duos, quoniam ſoli venire non conſueverunt; ex nocturnis unum vel duos, ſicut placuerit, advocare poteris. Si vocaveris duos 20, ſi unum, 10. famulos in conjuratione ex more noveris eſſe addendos. Et ut ſcias, qui ſoli, & cum ſocio, qui ſint vocandi; tabulam conſidera.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | Roth. | S. | R. | S. | R. | S. | R. |
| S. | Aſtor | | Bumiel | | Arciſat | | Cuſiel | |
| | | 20. | | 20 | | 20 | | 20 |
| | Carga | | Rabas | | Adriel | | Malqueel | |
| | | Schw. | R. | S. | R. | S. | R. | S. |
| R. | Amiel | | Maroth | | Budar | 10 | Faſſua | 10. |
| | | 20. | | 20 | | | | |
| | Cuſiel | | Omiel | | Aſpiel | 10. | Hamas | 10 |

Horum ſpirituum, qui ſunt principales inter 40, habent officium nunciandi ſecreta conſilia principum ſubditis ſuis & amicis; ex diur-

nis habes octo, & ex nocturnis totidem, cum multis ſervitoribus ſuis, qui ſufficiunt ad omnia, nec cæteros vocare opus eſt. Diligenter obſerva, ut, cum vocas unum vel duos principes ex nominatis, jam numerum ſervitorum eorundem in carmine exprimas, ſunt enim ſuperbi, & mirabiliter placet eis, quod multis dicantur præeſſe clientelis.

Cum ergo volueris per ipſos in Steganographia operari, verte faciem ad Africum, & fac, quæ noſti eſſe facienda cum diligentia, ut nihil penitus omittas eorum, quæ pertinent ad artem.

*Clavis.*

Septimus modus duabus vacantibus binas ſubjungit ſignificativas, & quamlibet dictionem tot vacuis concludit quot literæ in fine reperiuntur, ita, ut ſi dictio pari literarum numero conſtet, duabus concludatur, ſi impari, ultima litera ſola inter vacantes ſtet, & unâ concludatur. Spiritus ut in præc. cap. diurni ſunt 20, & nocturni 20, diurni non erunt niſi ad minimum duo, nocturnorum vero unus vel duo, prout dictio pari vel impari literar umnumero conſtat. Hinc ſi vocaveris duos 20. ſive 2, ſi unum, 10. ſive 1. famulos in conjuratione noveris eſſe addendos.

*Conjuratio I.*

Aſiriel aphorſy lamodyn to chamephyu drubal aſutroy ſody baruchon uſefer, palotmi thulnear aſmeron chorne maduſin coleuy buſarethon duys marpheli thubra naſaron venear fabelronthy.

*Clavis & Senſus.*

aPhOrSyToDrVbAlSoDyVsEfErThVlNeArChOrNeCoLaVi DuYsThVbRaVeNeAr. *Senſus.* Poſt duas duæ & una concluditur una.

His completis, adſtabunt tibi vocati, quos, ut diſcernas, ſcito, quod principes communiter ſolent apparere in habitu aëreo, id eſt, ſapherino, famuli autem in albis. Secretum vero tuum committe ipſis principibus, quia fideles ſunt. Habent autem illam conſuetudinem inter ſe omnes duces, ut, quando alloquitur eos operator, tunc ſtatim famulos emittant: imò per ſe recedant, ne audiant commiſſionem; ceſſante illo loqui ad principes, iterum famuli adſtare videntur.

*Sit Principis tale ſecretum, quod nulli credat perſerendum.*

Conſilium Principis magnum & ſecretiſſimum de rebus arduis & maximis eſt. Vult illud ſcire Principem alium quempiam amicum, eo quod cauſam habeat; ſed timet venire cum maximo periculo ſui ſuorumque in publicum: ſi autem nuncio committatur, ne tradat, aut literis, ne legantur ab aliquo. Vocat ergo ſpiritum, qui non revelabit arcanum, committit, emittit, perficit, ſecurus eſt.

*Literas mandat in nullo ſuſpectas, nec publicum in aliquo metuentes.*

*Ieſu chriſte* Lumen I*ndeficiens, omnium ſanctorum* E*terna* B*eatitudo, creator univerſitatis* E*t* R*ector, miſerere nobis. nos infirmi* G*ementes* E*t flentes miſericordiam* T*uam* R*ogamus. largire nobis* V*irtutem* V*incendi temptationes diaboli* U*t* E*victis præſentibus malis* R*equiem conſequamur. o ſalvator* D*ulciſſime* I*eſu remitte peccata* N*obis orantibus; tuæ enim* S*umus,* C*lementiſſime pater, creaturæ* H*umiles:* R*eſpice nos miſeros,* I*nutileſque* F*amulos, quoniam tibi* F*amulari* T*otis viribus optamus. fac nos* H*abere* A*moris tui ferꝟorem,* B*onis* E*xornatum operibus in* N*obis ſemper. da nobis* V*eras* V*irtutum operationes, obſervantiam* I*uſtitiæ,* R*ectitudiniſque inſeparabilem amorem: fac nos* V*eraciter* E*ſſe humiles mundanaliumque* R*erum* S*trenuos contemptores, quatenus* T*uo* A*more ſemper ardentes* N*ihil* D*iligamus terrenum, nihil* E*ſtimemus* N*obis temporale jucundum. o præceptor* H*umilitatis* I*eſu chriſte doce* N*os* T*uam imitari doctrinam, ſimus (pro dolor)* V*itiis* M*ultis involuti, operibus* B*onis nudi. ſalva nos* I*eſu* X*te ne pereamus. o ſumma* V*eritas* V*ivifica nos, refugium* A*nimarum* R*efrigerantiſſimum: eſto nobis* T*urris fortitudinis. tu enim* V*ivificator* N*oſter es, tu* S*alus* E*s animarum mentiſque* R*enovator dulciſſimus, tu ineffabile* G*audium* A*ngelorum, animorumque fidelium* R*equies ſaluberrima, tu beatitudo* S*anctorum* T*e amantium. tu* I*nextinquibile* L*umen civium ſupernorum. tu mortuorum* V*ivificator* F*ragilitatem noſtram reſpice jeſu chriſte* D*ulciſſime* A*djuva nos fragiles* S*ervos tuos quatenus per* V*iam* V*eritatis ſine offenſione* I*ncedentes* R*equiem conſequamur æternam. o piiſſime* D*omine* I*eſu mitiga laboris* E*xilia noſtri, & cum* F*inis* I*ſtius vitæ cœperit* A*ppropinquare* N*obis miſericorditer ſubvenire* T*unc digneris quatenus ante* F*aciem* V*irtutis tuæ adverſarius* R*uat* C*onterritus, fugiantque procul* O*mnium* M*alorum procuratores diaboli,* M*ortis* E*ternæ principes, ſæviſſimique*

*Noſtri perſecutores. rogamus per Virtutem Nobiliſſimæ mortis tuæ Dulciſſime jeſu non deſpicias Nos Inutiles ſervos in Die Exitus noſtri quos Redimere voluiſti ſanguine tuo. Lava Exceſſus noſtros, quatenus Intrare Gaudia patriæ cœleſtis Expectantibus Nos angelis, mereamur. Amen. Scripſi ego Ioan. Trith. Abbas, id. Martii. M. D.* n.

Literas idcirco mittimus ad eum, cui fuerit ſpiritus quoque mittendus; quia nullus principum aut ſervorum ex ipſis ſpiritibus venit, niſi vocetur, neque ad mittentem, neque ad eum cui mittendus eſt. Ut ergo ſciat is, cui mittuntur, à qua manſionis plagâ, & quem debeat vocare ſpiritum, literæ mittuntur ſigno principis ſigillatæ & ita ſcriptæ, ut ſpiritum oblectent, cupiatque eorum fomento recreari; ſed de his in ultimo cap. dicemus.

*Conjuratio 2.*

Aſiriel onear camot Zaucuiel gamerſothin janoz alnay bulumer palorſon, irgiel lamedon, ludiel caparoſyn naui aſparlon nadiel bulephor janos peſonty thresloty çamon elyr mearſu noſy thameroſin.

*Clavis & Senſus.*

oNeArZaVeViElIaNoZbVlVmErIrGiElLuDiElNaViNaDiElIaNoStHrEsLoTyElYrNoSy. *Senſus.* Na Zwein zwei gelden/ und eins hált eins.

His dictis verſus Africum ſecretiſſimè, cæterisque additis, quæ requiruntur ex arte, ſpiritus apparebit illi cum ſervis ſuis viſibilis, nullo aliorum vidente eum nec audiente, & revelabit ſecretum mittentis in aurem.

*Tenor arcani.*

Lieber Getruwer din Schrifft haben wir verſtanden/ hint umb IX. wart unſer gar ſtil uf das wir die Fiand fürcommen und nider leigen.

## CAP. VIII.

CUJUS PRINCEPS SUPREMUS MASERIEL, AD EAM PLAGAM HABITAT, QUAM FAVONIUM APPELLAMUS, HABENS SUB SE DUCES LX. PRINCIPALES, CUM SERVIS EORUM MULTIS.

Octava manſio eſt circa occidentem in eo loco. à quo ventus appella-

pellatur favonius, & ibi habitat princeps magnus, qui dicitur Maſeriel cum infinita multitudine ducum, principum & famulantium, ex quibus ad hanc artem deputati ſunt principes 30. qui præſunt operationibus diurnis, & totidem, qui præſunt nocturnis, cum multis ſervitoribus. Hi omnes ſunt conſtituti ad nunciandum & referendum ſecreta humanarum artium Philoſophiæ, Magicæ, Necromantiæ, & omnium mirabilium & ſecretiſſimarum operationum, quæ pauciſſimis ſunt notæ hominibus; Et ſuper his ſunt prompti & multum fideles, nec revertentur, niſi perfecerint totum, quod eis fuerit commiſſum. Quieti ſunt & ſine ſtrepitu veniunt, ſicut jubentur per ſe cum multis, vel cum paucis, vel etiam ſine famulis ſaltem viſibiliter, neminem terrent, niſi eum, qui non inſtitutus in arte præſumpſerit eos vocare per vera principia artis, ad quæ nemo facile ſine inſtituente pertingit. Ut autem in promptu habeas, quos voces ad operationem ſpiritus: noveris tibi non omnes eſſe neceſſarios ſed aliquos. Et ideo ſufficiant tibi duodecim pro actionibus, quæ fiunt in die, & totidem pro his, quæ fiunt in nocte, cum ſervitoribus eorum.

| Roth. | Schw. | R. | S. | R. | S. | R. | S. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Mantua | 30. | Zerael | 30. | Azimel | 30. | Alſuel | 30. |
| Roth. | Schw. | R. | S. | R. | S. | R. | S. |
| Rouiel | 30. | Athiel | 30. | Cheſor | 30. | Aliel | 30. |
| Roth. | Schw. | R. | S. | R. | S. | R. | S. |
| Fariel | 30. | Veſſur | 30. | Podiel | 30. | Eſpoel | 30. |
| Roth. | Schw. | R. | S. | R. | S. | R. | S. |
| Arach | 30. | Sarmiel | 30. | Baros | 30. | Rabiel | 30. |
| Maras | 30. | Amoyr | 30. | Eliel | 30. | Atriel | 30. |
| Noquiel | 30. | Badiel | 30. | Paras | 30. | Salvar | 30. |

Habes quidem ex triginta ſpiritibus Maſerielis principalibus quatuor & viginti cum ſervitoribus ſeptingentis & viginti, quorum primi duodecim præſunt operationibus diurnis & reliqui duodecim nocturnis.

Cum ergò per eos aliquid in Steganographia operari volueris, verte te ad favonium, & præmiſſis neceſſariis, quæ requiruntur ex arte, voca unum ex prænominatis, quem volueris, ſicut oportet, & ſine morâ veniet.

*Clavis.*

*Clavis.*

Modus octavus per tres vacantes totidemque ſignificativas alternatim procedit; hinc Spiritus 30. ſive 3. diurni, & 30. ſive 3. nocturni. Nec hi ſervos habent, ſaltem viſibiles, ut præcedentes.

*Conjuratio I.*

Maſeriel bulan lamodyn charnoty carmephyn jabrun care ſathroyn aſulroy beueſy cadumyn turiel bulan ſeuear; almos ly caduſel ernoty panier jethar care pheory bulan thorty paron vemo fabelronthuſy.

*Clavis & Senſus.*

bVlAnChArNoTyIaBrVnSaThRoYnBcVeSyTuRiElSeVeAr LyErNoTyIeThArPhEoRyThOrTyVeMo. *Senſus.* Vacantibus tribus tres valent ita per totum.

Apparente ſpiritu, quem vocaſti, committe ei ſecretum tuum perferendum ſecurè, nihil hæſitans omnino, tacitè loquens ad ipſum, ſi in medio aliorum fueris, ut noſti.

*Sit mentis tuæ ſecretum tale.*

Habes arcana in ſcientiis occultis, Philoſophia, Aſtrorum, Magia, Cabala, Arithmetica, vel quibuslibet artibus, quæ ſcire optas amicum prope vel procul abſentem; ſed ſunt talia, quæ nec literis nec nunciis committere tutum, aut certè tibi arcana mittat, inſtandum: vel etiam commendare Philoſophantem, ut neſciat tamen aliorſum. Voca unum aut duos ex ſupradictis ſpiritibus, expone ſecretum; ſuſcipit onus, perfert amico, tibique reportabit commiſſa ab illo.

*Scribe orationem, quam volueris, aut literas quaslibet nihil continentes ſecreti.*

*omnipotens ſempiterne deus* Bonorum Remunerator *Equiſſime, qui filium tuum* N*oſtri* G*eneris* E*ſſe participem voluiſti ut* R*edimeret* D*iabolica* I*nvidia nos miſerrimos, qui* S*ola* B*enignitate* R*edundans formam noſtri ſuſcepit* I*ncorruptam* E*x* F*lore virginalis uteri archangelo* S*ancto* G*abriele* I*nſinuante, quæ virgo conceptura* B*eatiſſimo* T*uo* S*piritu perpetua virgo permaneret* I*mmaculata,* C*larior* H*ominibus angelicisque ſpiritibus præeminentior*

Genuit

*Genuit Regem Omnipotentem, deum & hominem Sanctiſſima Et Reverendiſſima virgo maria virilis Conſortii Omnino Neſcia ſine dolore pariens Sine Triſtitia Vagientem deum hominemque ſuſcipiens Semper Immaculata Conſiſtens, puriſſima, innocentiſſima virtute Humilitatis, Hominibus Altior, charitate plena, omni Laude Digniſſima Et ab omnibus veneranda: Angelorum Beatiſſima Et ſemper laudanda imperatrix Refulgentiſſima, Nobilis, Inclyta, vereque ſplendidiſſima quam Tuus Filius In omnibus, quæcunque poſtulaverit Largiſſima Dignatione Admittit, eamque ut matrem Reverenter Veneratur Omnibus creaturis excellentiorem, cui Nihil Vnquam Expoſtulanti negare conſuevit ſed Reverenter Sanctiſſimæ Voluntati ejus conſentit omnia Concedens Honori Ejus, qui ſtabit pro Nobis In Noviſſimo die adjuvans nos Venerantes Virginis Almæ præ clara merita, deus Lumen Veritatis Nobis, devotiſſime precamur, infunde Divinam Gratiam Et miſericordiam omnibus invocantibus Te Remiſſionemque Vitiorum ſuorum expoſtulantibus humiliter, Et Noli Nos miſeros deſpicere ſed In Tua Bonitate confidenter miſericorditer ſuſcipe Amore Lactantis Deum virginis mariæ omniumque Electorum tuorum. Amen. Joan. Trith. Abb. Spanh. ſcripſi Anno Dominicæ nativitatis. M. D. Id. Mart. 4.* ♄.

Suſcipiens literas is, cui mittuntur, ſigno Maſerielis cognito ſe ad favonium convertat & præmiſſis occulte, quæ requiruntur ad artem, ipſum ſpiritum, qui miſſus eſt, vocet conjurationem adjiciens.

*Conjuratio 2.*

Maſeriel onear camerſin cohodor meſſary lyrno balnaon greal lamedon odiel, pedarnoy nador janoz auy chamyrin.

*Clavis & Senſus.*

oNeArCoHoDoRlYrNoGrEaLoDiElNaDoRaUy.

*Senſus.* Nach drin gelden drú.

Conjuratione expletâ ſicut oportet miſſus ſpiritus nebulatenus apparebit, dictoque verbo myſtico veritatem loquetur ad aurem & omnia, quæ ſibi fuerunt commiſſa fideliter intimabit. Nullus tamen circumſedentium ſentiet quicquam: modo tu conſtans & imperterritus, ſicut oportet, perſeveres.

*Tenor arcani.*

**Brenger diß Briefs gibt ſich groſſer coſt uß/ich halde aber nit ſi darvon/ verſuchen in wal und getruen nit balde.**

## CAP. IX.

### Cujus Princeps Vocatur Malcharas, Qui Moratur In Occidente, Habens Sub Se Duces Pro Actionibus Diurnis XXX. Et Pro Nocturnis Totidem, Quorum Officium Eſt, Annuntiare Secreta Familiaria Amicorum.

Nonæ manſionis, quæ eſt in occidente æquinoctiali, habitator eſt Malgaras, maximus princeps occidentis, qui habet ſub ſe 30. duces. qui præſunt diei, & 30. alios, qui præſunt nocti, cum ſervitoribus eorum. Omnium iſtorum officium eſt, ſecreta & arcana familiaria amicorum nuntiare amicis. Boni ſunt duces & promptiſſimi ad obediendum vocanti; maximè diurni, quoniam plus aſſueti ſunt inter homines converſari. Nocturni enim, etſi boni ſunt, non tamen libenter cum hominibus converſantur, ſed lucem ſummopere fugiunt & deteſtantur, latitare cupientes tenebris, & ob id frequenter apparent vocanti eos per conjurationes, ſicut veſpertiliones. Ex his omnibus quatuor & viginti collocabimus in tabula, quorum duodecim in die, totidemque in nocte ſufficiunt.

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Roth. | S. | N. | S. | N. | S. | N. | S. | N. | S. |
| Carmiel | 30. | Agor | 30. | Cabiel | 30. | Miſiel | 20 | Aroiz | 10. |
| Schw. | N. | S. | N. | S. | N. | S. | N. | | |
| Meliel | 30. | Caſiel | 30. | Udiel | 30. | Barfas | 20 | | |
| Roth. | S. | N. | S. | N. | S. | | | { 30.20. | |
| Boraſs | 30. | Rabiel | 30. | Oriel | 30. | S. | | { 30.20.10. | |

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Roth. | S. | N. | S. | N. | S. | | | | |
| Aroc | 30. | Libiel | 30. | Caron | 30. | | | | |
| Schw. | N. | S. | N. | S. | N. | S. | N. | | |
| Dobiel | 30. | Raboc | 30. | Zamor | 30. | Aſpor | 20 | | |
| Roth. | S. | N. | S. | N. | S. | N. | S. | N. | S. |
| Cubi | 30. | Aſpiel | 30. | Amiel | 30. | Delias | 20. | Baſiel | 10. |

Habes nunc de principibus Malgaretis duodecim pro actionibus diurnis & totidem pro nocturnis, cum famulis eorum ſexcentis & quadraginta. Et nota, quod Aroyz & Baſiel ſemper ſolivagi ſunt: Miſiel

Miſiel, Barfas, Aſpor & Deilas bini & bini vocari poſſunt, reliqui vero terni. Cum volueris habere tres, aut duos, aut unum, cave, ne erres in nominibus eorum, ſicut te tabula docet, absque immutatione, ne periculum incidas.

*Clavis.*

Nonus modus à tribus vacantibus cum octavo incipit, & per totidem ſignificativas diſcurrens ſingulas dictiones myſticas concludit per tot, quot in fine reperiuntur, ita, ut ſi dictio quæpiam numero præcisè per ternarium diviſibili conſtet, vel poſt diviſionem in ternarium quid ſuperſit, tot concludatur, ſi tot verò, vel tribus non conſtet, vel poſt diviſionem in ternarium quid ſuperſit, concludetur quot ſuperſunt. Spiritus enim diurni ſunt 30. id eſt 3. & nocturni 30. ſive 3. ut ſupra. Sic quoque aliqui diurnorum ſunt ſolivagi, alii bini & bini veniunt, alii vero terni ſecundum numerum dictionum concludentium.

*Conjuratio 1.*

Malgaras ador chameſo buluemy mareſo bodyr cadumir auiel casmyo tedy pleoryn viordi eare viorba chameron veſi thuriel ulnauy, beuefy meuo chaſmironti naor ernyſo chorny barmo caleuodryn barſo thubra ſol.

*Clavis & Senſus.*

aDoRbVlVeMyBoDyRaViElTeDyViOrDiViOrBaVeSyVlNaViMeVoNaOrChOrNyCaLeVoDrYnThVbRa. *Senſus.* Drü umb drü & duo duobus, unum uno concluditur.

Conjuratione dictâ ſis vir fortis & conſtans: apparebunt tibi ſtatim viſibiles, quos vocâſti, quod ſi vocati ex nocturnis non ſtatim venerint, non propterea intermittas opus tuum, ſed urgeas eos iteratâ conjuratione donec obediant. Sunt enim aliquantulum pigri, & non libenter veniunt inter homines, ſicut prædiximus.

*Sit mentis arcanum, quod nec homini nec literis committere placet.*

In his, quæ ad rem familiarem, pecuniam, depoſitum, mutuum, fidem, vel ad quælibet humanæ converſationis negotia pertinent, ſecretum habes, quod cupis amicum ſcire procul abſentem: ſed tale eſt, quod cum maximo utriusque vel periculo vel detrimento publicum

cum ſubiret examen; ob id nec literis confidendum, nec hominibus. Ut ergo ſis ſecurus, nulliusque conſcientiam reverearis, ad occidentem te vertis, vocas ducem, committis arcanum: vadit ille, perfert fideliter omnia; ſi quid ad te fuerit commiſſum, refert.

## *Literas qualeſcunque volueris ſcribe, in quibus nullius vereare conſpectum.*

ſalutem & charitatem; Dilectiſſime Et Singulariſſime amice; præſentium lator Ex Ruremunda oriundus valde in amicos noſtros Beneficus Et Glorioſus, quem ut humaniter Excipias Rogo, Tibi neceſſitatem ſuam exponet, qui cum mihi Veteri Olim Neceſſitudine ſemper fuerit conjunctus, pro viribus meis Dulciſſimum Iudicarem Relevare beneficiisque illum cumulare, & utinam poſſem, Conſolationem Calamitatibus ejus impendere; ſed cum ſim Gravibus (Ut Luce tibi clarius conſtat,) Damnis Exhauſtus, Nocumentisque variis prægravatus non poſſum meo ſatisfacere Zelo Vt animitus optarem, tu autem, qui Et Neceſſariis Temporalibus abundas amico te Lætum Exhibeas Humanumque, quemadmodum te conſuevisti Exhibere Neceſſitatum amicorum patronum. rogo itaque mutua Illi Sub Termino certo ducentos florenos, quia conſtitutus eſt Maxima In Neceſſitate, ſicut te docebit, confido, quod omnia Reſtituet Ad Integrum ubi conſtitutis illi Terminus venerit, quod ſi feceris, Gratias Ego Habeo nunquam morituras, age ergo ut amorem Syncerum In Nos tuum effectum comprobemus: quod illi feceris Mihi Volo Scias factum nec minus Ipſum Gratiſſimum tibi obligaveris, firmiter crede, termino Elapſo Reſtituet integerrime omnia, conſuevit enim promiſſa Inviolabiliter Servare, Tenere ſe conſtantem cunctis. cæterum cum novos Gaudeas Audire Rumores ſcribere aliquid velim; enutrivi catellum (græco Vocabulo Erit Rectè vocatus) tantâ eruditione, Doctrinâ, Omniumque Rerum memoriâ vigentem ut Beſtiam Exuiſſe Nonnullis, hominemque induiſſe videatur, græca latinaque intelligit Verba, Novit Delictorum ſuorum veniam petere, quidquid juſſero facit, Meque Annuente Geſtibus ſecreta hominum pandit, tanta cum morum Diſciplina Imbutum Cerneres ut multis doctiorem Hominibus æſtimares, juſſus feneſtram aperit, Naturamq; Ingenio Tranſcendens, prohibitus cibaria reponit, onus ſibi impoſitum Bajulat, Exhibere Zeloſum defenſorem mei ſe Amat Ludit Egregiè mirandaque facit prorſus Neſcientibus incredibilia. Vale Ioan. Trith. Abbas S. Martini in Spanheim ſcripſit 3. Id. Martii. Anno M, D. 1.

Has

Has aut quaslibet alias cum acceperit, cui mittuntur, amicus ſignum intelligit Principis eſſe occidentis: unde præmiſſis ex more præmittendis ad occidentem ſe vertit, vocat ſpiritum inviſibilem miſſum conteſtans, ut viſibilis fiat nec cuiquam dicat.

*Conjuratio 2.*

Malcharas apro chameron aſoty meſary throes Zamedo ſogreal paredon adre caphoron onatyr tyrno beſyo Chameron phorſy mellon tedrumarſi dumaſo diuſe caſmiel nelthurno peſon alproys fabelronthy ſtiurno pan almo nador.

*Clavis & Senſus.*

aPrOaSoTiThRoEsSoGrEaLaDrEoNaTyRbEsYoPhOr SyTeDrUmArSyDiUsEnElThVrNoAlPrOySsTiVrNoAlMo. *Senſus.* Poſt tres gelden trey poſt duas duæ & una poſt unam.

Completo carmine aderit ſpiritus ipſe vocatus more ſuo revelans tibi, quæ in mandatis ſuſcepit, fideliter, cum quo remandare poteris amico quicquid volueris eum ſcire occultum.

*Tenor arcani.*

**Deſer begert von dir CC. Gulden zuentlehen/iſt min Rait geb ſin müſig, er iſt gar verdorben und mag dich nit bezalen.**

## CAP. X.

### Cujus Princeps Supremus Vocatur Dorothiel, Eam Plagam Orbis Inhabitans, Quæ Chorus Appellatur a Vento Et Habet Sub Se Multos Duces Et Famulos.

Decima manſio vocatur chorus à vento, in qua moratur magnus Princeps Dorothiel, qui habet ſub ſua poteſtate & Dominio 40. duces, qui præſunt operationibus diurnis & totidem, qui præſunt nocturnis abſque famulis & ſervitoribus pene infinitis. Horum officium eſt omnia nunciare arcana, quæ pertinent ad negotia ſpiritualia, & ad dona Eccleſiaſtica, beneficia, Prælaturas, dignitates & ſimilia. In operatione autem Steganographiæ ducum Dorothielis non eſt opus omnium nomina in medium proferre ſed ſufficiunt

ex quolibet ordine pauci. Reliquorum nomina in ſuo loco cum cæteris exponemus; & de his tabulam conſidera.

Noth.

| | |
|---|---|
| Mugael | o. |
| Choriel | o. |
| Artinc | o. |
| Efiel | o. |

M

| P. | S.N. | F. | S.N. | P. | S.N. | F. | S.N. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Mugael | 40 | Gudiel | 400 | Nachiel | 40 | Phutiel | 400 |
| Choriel | 40 | Aſphor | 400 | Ofiſiel | 40 | Cayros | 400 |
| Artinc | 40 | Emuel | 400 | Bulis | 40 | Narſyel | 400 |
| Efiel | 40 | Souiel | 400 | Moniel | 40 | Moziel | 400 |
| Maniel | 40 | Cobron | 400 | Pafiel | 40 | Aroziel | 400 |
| Suriel | 40 | Diuiel | 400 | Gariel | 40 | Cuſync | 400 |
| Carſiel | 40 | Abriel | 400 | Soriel | 40 | Vraniel | 400 |
| Fubiel | 40 | Danael | 400 | Darbori | 40 | Peluſar | 400 |
| Carba | 40 | Lomor | 400 | Panial | 40 | Abael | 400 |
| Merach | 40 | Ceſael | 400 | Carfas | 40 | Meroth | 400 |
| Althor | 40 | Buſiel | 400 | Aliel | 40 | Cadriel | 400 |
| Omael | 40 | Larfos | 400 | Maziel | 40 | Lobiel | 400 |

Ecce, habes de principibus Dorothielis ex quolibet ordine diurno ſcilicet & nocturno 24. duces, cum numero ſervitorum decem millium centum ſexaginta. Et nota, quod operatio per iſtos multum eſt à cæteris diverſa, quemadmodum largè de domino dicemus. Nam ſecundum 12. horas diei & noctis operandum eſt in manſione iſta, ſemperque duabus horis præſunt quatuor principes, tam in die quam in nocte; ita, ut non liceat tibi advocare alium, niſi ex ordine, quem hora concernit; ut ſi fit operatio in prima vel in ſecunda hora diei, voca quem volueris, ex primis quatuor, qui præſunt diei, ſi in tertia vel quarta, ex ſecundis quatuor ducem noveris eſſe vocandum. Et ita conſequenter eſt faciendum per omnes ordines & 24. horas tam in die quam in nocte. Cum autem volueris operari in Steganographia per ſpiritus ipſius Dorothielis præmiſſis generalibus in arte præmitti conſuetis, ſcribe literas qualeſcunque volueris, vertensque te ad eam plagam orbis, quam à vento communiter Chorum appellamus, voca unum aut plures ex quatuor, qui præſunt horæ, in qua operaris.

Claris

*Clavis.*

Decimus modus à quatuor otioſis incipit & per totidem ſignificativas alternatim procedit, ut 40. duces nocturni & diurni jubent.

*Conjuratio 1.*

Dorothiel cuſifepr madylon buſar pamerſy cear baony noth camerſy vlymeor peathan adial cadumyr renear thubra Cohagier malſon lodierno fabelruſin.

*Clavis & Senſus.*

cVsIfEoRbVsArCeArNoThVlYmEoRaDiAlReNeArCoHaGiErLoDiErNo. *Senſus.* Vier vacant vier darnach gelden.

His dictis ſpiritum apparentem videbis, quam vocaſti promptum & hilarem ad obediendum, cui arcanum tuum committas ſecurè & fideliter.

*Ponamus mentis quodcunque arcanum literis committendum.*

Eſt tibi negotium in re qualiber ſpirituali ad Principem valde arduum & ſecretum, quod nulli mortalium nec literis quidem putas credendum, vis illud ſcire Principem? Literas pro paupere Clerico ſupplicatorias aut quaslibet alias fingis ad eum: vocas ſpiritum, committis illi ſecretum, fideliter agit omnia.

*Literas qualescunque dabis, in quibus non verearis quicquam.*

*ſignifico gratiæ tuæ princeps Illuſtrisſime,* Conradum Hummel *Beneficiatum ſuper altare ſancti evangeliſtæ* Ioannis *Defunctum* Eſſe Nocte *præcedente. ne autem gratia* Veſtra Vel Vni Ex *imperitis vel indignis, quorum* Reor Grandem *Numerum* Affuturum *(ut fieri ſolet) altare* Dictum Ex*pectantium,* Vtiliori Vero *viro reſervandum indeliberatò concedat;* Oro Licet Longe Exiſtam *indignus, quam ut preces* Meæ In Maximi Et *nobilisſimi principis conſpectu aliquod* Beneficium Reportare Videantur Dignæ, *quatenus gratia veſtra præſentium* Exhibitori Repulſis Indignioribus Altare *profatum concedere dignetur, quem* Cognovi Optimis Beneficiis Dignum, *quippe quem morum pulchritudine* Adornatum Scientiâ Atque Literis *omnifariam creditum, modeſtum, continentem,* Temperatum Amoreque Religionis Gratiæ *veſtræ noverim eſſe placiturum;* Eritque Beneficiis Exhibitis Non *ingratus ſed perpetuo memor.* Datæ *ex Spanheim pridie idus Martii, Anno Domini noſtri M. D.* Ioan. Trith. *A.*

Cum has vel quaslibet alias acceperit literas princeps aut alter, cui mittuntur, in arte peritus ſigno Dorothielis cognito ſe vertat ad Chorum (ubi ipſe ſpiritus cum ducibus & ſervitoribus ſuis moratur) faciens omnia & ſingula quæ ars ipſa requirit. Deinde ſpiritum voce ſubmiſſa facilè vocet ut novit.

*Conjuratio 2.*

Dorothiel onear chameron vlyſeor maduſyn peony oriel nayr druſe mouayr Pamerſon etro dumeſon davoricaho. Casmiel hayrno fabelronthon.

*Clavis & Senſus.*

oNeArVlYfEoRpEoNyNaYrMoVaYrEtRoDaVoRiCaHoHaYrNo. *Senſus.* Na vieren nim vier durch hin.

Completo carmine iſto ſi moram fecerit ſpiritus in veniendo; iterum legat usque tertio: & ſine omni dubio viſibilis apparebit, & revelabit ad aurem commiſſa.

*Tenor arcani.*

**Ich biden uwer Gnade wolle mime Bruder Jacob das Altar geben.**

## CAP. XI.

CUJUS SPIRITUS SUPREMUS VOCATUR VSIEL, HABITANS AD EAM PLAGAM ORBIS, QUAM EX VENTO INDE FLANTE SUBCIRCIUM APPELLAMUS: QUI HABET SUB SE XL. DUCES IN DIE ET TOTIDEM IN NOCTE, QUI SUNT SUPER THESARO.

Undecima manſio totius orbis vocatur ſubcircius à vento videlicet, qui ex illa parte venire conſuevit. Ad hanc plagam moratur magnus Princeps, qui vocatur Uſiel, habens ſub ſe 40. principes, qui præſunt operationibus diurnis, & 40. qui præſunt nocturnis. Horum officium eſt nunciare occultos & ſubterraneos theſauros & omnia, quæ ad rationem theſaurorum pertinere videntur. Ex his paucos, & quot ſunt in operationibus Steganographiæ in hoc loco ſufficientes, nominabimus, & reliquos cum aliis ad proprium capitulum in fine hujus libri nominandos reſervamus. Et nota quod duces iſtius manſionis, quando vocantur ab operante, libenter & cum maxima hilaritate venire conſueverunt. Et quamvis multos habeant famulos nun-

nunquam tamen vidi, quod aliquem eorum ſecum adduxerint ſaltem viſibilem. Si quis autem vellet uti miniſterio famulorum; poſſet, quoniam ſub Principibus ſunt, & coguntur eis in omnibus obedire, ſi operator fuerit talis, ut noverit eos debitè vocare vel etiam compellere ſi tardius apparere voluerint.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Roth. | Schw. | R. | S. | R. | S. | R. | S. |
| Abaria | 40 | Saeſer | 40 | Amandiel | 30 | Hiſſam | 30 |
| Ameta | 40 | Poriel | 40 | Barſu | 30 | Fabariel | 30 |
| Arnen | 40 | Saefar | 40 | Garnam | 30 | Vſiniel | 30 |
| Herne | 40 | Maqui | 40 | A | | M | |
| Schw. | R. | S. | R. | S. | R. | S. | R. |
| Anſoel | 40 | Saddiel | 40 | Aſuriel | 20 | Pathyr | 20 |
| Godiel | 40 | Sobiel | 40 | Almoel | 20 | Marae | 20 |
| Barfos | 40 | Oſſidiel | 40 | N | | ≡ | |
| Burfa | 40 | Adan | 40 | Laspharon | 10 | Ethiel | 10 |

Ex quadraginta principibus Uſielis, qui præſunt operationibus diurnis, habes 14. cum ſervitoribus eorum 400. in numero, & 14. qui præſunt operationibus nocturnis cum 440. famulis eorum, cum his utriusque ordinis duo ſigna (ad probandum & cautelam de theſauro, ſicut noſti, ne poſſit à latronibus inveniri) cernis oppoſita, quibus utimur pro cuſtodia theſauri inventi, interea quod ſpiritus mittitur ad amicum. Cum ergo volueris in hoc negotio per ſpiritus operari: ſi negótium eſt maximum aut pertinens ad principem: voca duos quos volueris, ex ordine quaternorum: ſi proprium, ex trium: ſi privatum & parvum, ex duorum: ſi vile & minimum, tunc fiat in nocte, in ordine ſolitariorum tantum.

*Clavis.*

Undecimus modus omnes dictiones myſticas à 4. vacantibus incipit & per totidem ſignificativas alternatim procedens ultimas literas tot vacantibus concludit quot in fine reperiuntur, ſicut in nono cap. de tribus dictum eſt.

*Conjuratio 1.*

Vſiel parnotiel chameron brioſy ſtrubal brionear Caron ſotronthi egypia odiel chelorſy mear claduſy notiel ornych turbelſi paneras thortay pean adreſmo

 boma

boma arnotiel chelmodyn druſar loy ſodiuiel carſon eltrae myre notiel mesraym venear dublearſy mauear meluſyron charthulneas fabelmeruſyn.

*Clavis & Senſus.*

pArNoTiElBrIoSyBrIoNeArSoTrOnThIoDiElMeArNoTiEl TuRbElSiThOrTaYaDrEsMoArNoTiElDrVsArSoDiViElElTr AeNoTiElVeNeArMaVeArChArThVlNeAs. *Senſus.* Ante bis binas totidem, ante tres totidem, ante duas duæ & ante unum vacat una.

His verſus ſubcircium ſub ſilentio dictis, ſicut tempus locusque permittunt, fac cætera, quæ ars ipſa expoſtulat, & committe ſpiritui jam apparenti arcanum cum ſigillo myſterii profundi, nihil hæſitans; quoniam duces iſti omnes boni ſunt & fideles.

*Ponamus, quod habeas tale mentis arcanum nulli penitus confidendum.*

Inveniſti maximum in thecis mortuorum vel quolibet alio loco theſaurum, vel noſti certò latenter abſconditum: ſolus ad exportandum non ſufficis, nec tamen alicui circa morantium confidis. Habes amicum fidelem, ſed procul abſentem, cui revelare myſterium cupis, ſed nec literis nec nuntio confidis, ne per aſtum in palam & in periculum incidas & lucrum amittas. Vocas ergo ſpiritum, venit ſpiritus, perfert ille nuntium, vocat amicum. Venit, juvat, participat.

*Literas ut volueris, ſcribito, in quibus nihil omnino ſit metuendum.*

*mitto tibi orationem quam* Edidi In Nuptiis *cujusdam mei amici. deus omnium creator humanique* Generis Redemptor, *Omniumque* Salvator, *ne genus humanum periret* Etiam Nuptiarum *ſacramentum inſtituit, legimus enim quod primo* Homini Evam Iunxerit Mulierem *dixeritque: creſcite & multiplicamini,* Legem Inſtituens Conſervandæ Humanitatis. *poſtea deus incarnatus dignatus* Eſt Nuptias *ſanctificare miraculo. de deo bene merentur* Servantes Conſtituta, Hominibus Autem *plus conferunt pudicum conjugium* Zelo *prolis aſſumentibus, ergo qui conjugium* Honeſtum Aſſumitis, Noſtri *ſalvatoris exemplo laudaverim, ille namque miraculis ego* Verò Verbis Inſtitutum Ritè *nuptiarum neceſſarium ſacramentum collaudabo; ſim licet non nuptus,* Iure Nuptias *tamen laudabo, enimvero ſi tollatur conjugium*

Defi-

*Deficeret Et Rueret totum genus humanum. uſu nuptiarum genus humanum Extat Ruinoſum Debile Et corruptibile licet, quod ſine Nuptiis Non perſeveraret, ſed hoc agite vos ut Fœcunditas Veſtrarum Nuptiarum Decorata ſit moribus, converſationeque ſanctâ Et Nemini ſcandalum ponente, inprimis deum verum amate Continuè Operibus Miſericordiæ cum juſtitiâ incumbentes, impietatem fugite, rectitudinem colite, Bonos Amate, Laudes Deo ſemper dicite, pauperibus cum eleemoſynis ſubvenite, mandatis obedite, Veritatem Nolite Deſerere, dei miniſtros honorate, eccleſiis decimas ſolvite, peregrinos Hoſpitate, Innocentes Liberate, Famelicos paſcite, majoribus veſtris obedite, proximos veſtros honeſte diligite, Injuriam Nulli penitus irrogantes, chriſtianam relligionem devotiſſimè colite, Vanos, Noxios Superſtitioſosque mores gentilium abhorrete, doctrinas evangelicas ſervate & Vivite Secundum præcepta dei, carnis voluptates fugite, vosque Honeſtos Et Bonos Exhibete, puritatem mentis ſollicitè cuſtodientes Nolite maculare. mementote obſcuro quid in S. Evangelio Ieſus Noſter dominus clamaverit: beati mundo corde, qui ſcilicet munditiam Voluptuoſæ Vitæ Animæque Lutoſo in corpore propter deum cuſtodiunt, munditia cordis continuis Humillimis Orationibus Non Deſtituatur, quoniam oratio mentem purificat, Eſtuantes Refrigerat, Tentationes diaboli procul fugat. Hinc s. apoſtolus paulus Docet Vos Sedulis Et devotis orationibus inſiſtere ut Noxias Tentationes poſſitis ſuperare. conjungimus vos matrimonio quatenus Genus Veſtrum Legis Decreto propagatum conſtruatis, non ut Effluere Noxiis voluptatibus debeatis, voluptates enim carnis interficiunt Animam Corrumpuntque Humanæ ſubſtantiæ dignitatem futurorum; itaque horum memores eſtote Viatores Vos Eſſe Reverſuros ad patriam, ad quam eſtis vocati, vita præſens Breviſſima Eſt, Iucunditasque ſæculi velociſſime terminatur ſic in matrimonio ergo Vivite Vt Ad Regnum cælorum poſt mortem cum Exaltatione veniatis.* Joan. Trith. Abb. Spanh. ord. Divi Patris Benedicti, edidi pridie Iduum Martii, Anno Nativ. Domini Noſtri Jeſu Chriſti M. D. μ.

Cum has vel quaslibet alias, cui mittuntur, acceperit literas, cognito ſigno magni Uſielis, faciat occultè ſicut novit ex arte faciendum, deinde vertat ſe ad ſubcircium & dicat carmen.

*Conjuratio 2.*

Vſiel aſoyr paremon cruato madyſyn ſauepy mauair realdo chamero ilco paneras thurmo pean elſoty fabel-ruſyn iltras charſon frymaſtor chelmodyn.

*Clavis & Senſus.*

'aSoYrCrVaToSaVePyReAlDollCoThVrMoElSoTyllTrAsFrYmAsTo. *Senſus.* Sicut ſupra dictum eſt ita fiat.

Hoc dicto carmine ſpiritus ſe viſibilem oſtendet, commiſſaque, reſerabit, & ſi quid ab iſto ei fuerit commiſſum, referet ei ad mittentem.

*Tenor arcani.*

Ein groſen heimlichen Schaz han wir in der Erdenn funden/ com bald und hilff in uns ußheben/ ſein wal hondert duſent Gulden/ ach wer bei wäre.

## CAP. XII.

### Cujus Spiritus Et Supremus Imperator Cabariel Moratur Ad Eam Plagam Orbis, Qui Circius A Vento Dicitur, Et Habet Sub Se L. Principes In Die Et Totidem In Nocte.

Duodecimam orbis deſcripti manſionem, quæ eſt verſus eam plagam, à quo ventus Circius inflat, Cabariel Imperator magnus inhabitat cum infinitis ſpiritibus, inter quos ſunt ad operationem Steganographiæ deputati pro diurnis 50. & totidem pro nocturnis, omni tempore, qui multis famulis præſunt & valde potentibus. Iſtorum officium ſecreti eſt aviſare amicos, patefacere inſidias, & à quibus ſit maximè cavendum, admonere abſentem. Ex his omnibus paucos nominabimus.

| Schw. | N. | S. | N. | S. | N. | S. | N. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Satifiel | 50 | Erymiel | 50 | Maoor | 50 | Ladiel | 50 |
| Parius | 50 | Clyſſun | 50 | Peniel | 50 | Morias | 50 |
| Godiel | 50 | Elitiel | 50 | Cugiel | 50 | Pandor | 50 |
| Taros | 50 | Aniel | 50 | Thalbos | 50 | Cazul | 50 |
| Aſoriel | 50 | Cuphar | 50 | Orym | 50 | Dubiel | 50 |

Habes nunc ex centum principibus Cabarielis magni viginti, & ſufficiunt tibi ad præſens; quorum primi decem pro diurnis operationibus cum 500. famulis ſunt deputati, & alii decem pro nocturnis ſimiliter cum 500. ſervitoribus ſuis. Et ſcias, quod ſpiritus diurnis operationibus præſidentes multo ſunt nocturnis benevolentiores & ad obediendum promptiores; ita, ut ſæpe oporteat ipſos nocturnos cum quadam violentia compellere, ſæpiusque conjurationem repetere, famulos, cum jubentur, ſecum adducunt, ſi juſſi non fuerint, abſcondunt.

dunt. Cum volueris per miniſterium iſtorum ſpirituum operari, vertas te ad eam plagam, quam diximus, & præmiſſis de more præmittendis conjurationem iſtam.

*Clavis.*

Duodecimus modus à quinque vacantibus incipit & per totidem ſignificativas alternatim procedit, hinc ſpiritus diurni ſunt 50, & nocturni 50, nocturni etiam debent aliquando compelli; nam certè dictiones propoſito convenientes non ita facile deprehenduntur.

*Conjuratio 1.*

Cabariel onear chameron fruani, parnaton foſiel bryoſi nagreal fabelronthyn adiel thortay nofruen pena afefiel chuſi.

*Clavis & Senſus.*

oNeArFrVaNiFoFiElNaGrEaLaDiElNoFrVeNaFeFiEl.

*Senſus.* Na Fünffen gelden Fünffe.

Completo carmine ſi fuerit in die, ſtatim aderit ſpiritus vocatus ſine mora, ſi autem fuerit in nocte & moram fecerit in veniendo ſpiritus quem vocâſti: toties urgeas eum donec veniat, per repetitionem carminis, quod valde revereri ſolent.

*Ponamus pro exemplo arcanum quoddam nulli omnino confidendum.*

Fidelem habes amicum, cui faves, ut tibi ipſi, ſed procul abſentem, cui reverſuro noſti ponendas à potentiore inſidias in via aut quolibet alio vel loco vel modo; aviſare cupis neſcientem: ſed periculum tibi magnum inſtaret aviſanti, ſi fieret palam. Unde nec literis committendum, ne legantur ab aliquo, nec homini confidendum, ne revelari contingat. Ut ergo & maneas tu ſecurus & amicus ſit aviſatus: vocas ſpiritum, committis arcanum, fit.

*Literas mittis amico familiares, vel orationem devotam, quæ videri patiatur.*

*commodaveram tibi codicem meum de* G*eſtis* Longobardorum E*t* Vo*lumen* B*edæ de temporibus quæ oro remittas* D*ecet* E*nim* S*apientem* E*t* M*a*x*imè chriſtianum fidem ubique ſervare promiſſam.* B*eneficiorum* O*blivi*ſ*ci* D*ivinis* E*t* N*oſtris inſtitutis humanis maximum crimen perhibetur.* N*e* I*ncurras* T*am* E*xecrabilem* R*eatum, miſi tibi volumina ut reſtituas,* L*ibros*

*Vero Græcos* Tibi *Gratias donavi, quorum intuitu te merito* Et *Regratificantem* Nobis *& fideliorem exhiberes. Vale ex Spanheim, Idibus Martii Anno Domini. M. D. v.*

Cum has aliasque quaslibet abs te miſſas literas amicus receperit, cognito ſigno Cabarielis, vertat ſe ad orbis plagam illam, à qua circius progreditur ventus, & præmiſſis ex more præmittendis hanc legat ſub ſilentio orationem.

*Conjuratio 2.*

Cabariel afiar paremon chiltaon amedyn ſayn pemadon chulty moueyr ſauepor peatha mal frimaſton dayr pean cothurmo fabelruſyn elſoty chelmdoyn.

*Clavis & Senſus.*

aFiArChIlTaOnSaYrChVlTySaVePoRmAlDaYrCoThVrMo ElSoTy. *Senſus.* Facito ſicut ſupra dictum eſt.

Hoc carmine dicto verſus circium, angelus ſtatim apparebit viſibilis, reſerans illi commiſſum arcanum, referetque tibi ſi quid ille commiſerit.

*Tenor arcani.*

**Gleub deſem Boden nit er lügt gern.**

## CAP. XIII.

CUJUS PRINCEPS RAYSIEL VOCATUR, HABITANS DIRECTE AD SEPTENTRIONEM, SUB QUO SUNT L. PRINCIPES, QUI PRÆSUNT DIURNIS OPERANTIBUS NOSTRIS, ET TOTIDEM, QUI NOCTURNIS: QUORUM EST NUNCIARE TRADITIONES.

Tertia decima manſio eſt in Septentrione cujus ſpiritus & ſupremus Imperator eſt Rayſiel, qui habet ſub ſuo dominio duces 50, qui præſunt operationibus diurnis cum ſervitoribus multis, & totidem numero, qui præſunt nocturnis cum famuliſeorum. Iſtorum officium eſt in his cauſis & traditionibus, quæ pertinent ad mortem, aviſare amicos operantis & nunciare arcanum. Duces, qui operationibus diurnis præſunt, libenter obtemperant vocanti, & veniunt hilares, jucundi & paratiſſimi ad obſequendum: ſed illi, qui nocturnis præſident, aliquantulum ſunt protervi, quia lucem valde oderunt & deteſtantur, nec facile obtemperant, maxime novitiis minus in arte probatis, quos frequenter in faciem irrident, niſi conjurationibus ita conſtringantur ope-

operantis, ut contradicere non prævaleant. Valde enim conjurationem timent & quaſi unicum dantur plus conjurari, quam diurni ſpiritus, & tamen inviti obediunt. Sed jam ex omnium iſtorum numero ponamus paucorum nomina & numerum famulorum, quanti nobis ad operationem conſuetam ſufficiunt.

| S. | ☿ | R. | ♀ | S. | ♃ | R. | ♄ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Baciar | 50 | Aſtael | 50 | Chanael | 30 | Melcha | 30 |
| Thoac | 50 | Ramica | 50 | Furſiel | 30 | Tharas | 30 |
| Sequiel | 50 | Dubarus | 50 | Betaſiel | 30 | Vuiel | 30 |
| Saolar | 50 | Armena | 50 | | | | |
| Terath | 50 | Albhadur | 50 | | | | |

| Roth. | S. | R. | S. | R. | S. | R. | S. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Thariel | 40 | Lazaba | 40 | Lames | 10 | Thureal | 10 |
| Paras | 40 | Alcaſy | 40 | | | | |
| Arayl | 40 | Sebach | 40 | Belſay | 20 | Sarach | 20 |
| Culmar | 40 | Quidba | 40 | Morael | 20 | Arepach | 20 |

Habes nunc optime lector ex 50. principibus diurnis ſedecim cum famulis eorum 670, & ex 50. nocturnis 14. cum famulis 420. in numero, qui tibi ſufficient ad omnes operationes tam nocturnas quam diurnas. Cum autem volueris operari per eos ſecundum horas intentas, elige ex ordine diſpoſito quem volueris, & voca eum à Septentrione (quoniam omnes ibi morantur) per iſtud carmen.

*Clavis.*

Decimus tertius modus narrationem ſuam à quinque vacantibus incipit, & myſticum verbum per totidem ſignificativas, ſi tot ejuſdem literæ fuerint, cum undecimo concludit, porro ſi pauciores, quam quinque literæ myſterii fuerint, vel ſi aliquæ poſt quinque remanſerint, tot vacuis concludendæ ſunt, quot ſignificantes numero immediate præceſſerunt, ſemper autem verbum myſticum, quotcunque ſignificantes habuerint, à quinque vacantibus nihilominus inchoatur. Hinc aliqui ſpiritus 50. habent famulos, aliqui 40, alii 30, alii 20, alii denique 10. Diurni quoque ſunt hilares & benevoli, quia dictiones facile reperiuntur, nocturni vero inobedientes.

*Conjuratio 1.*

Rayſiel afruano chameron foſiel onear vemabi parnothon fruano Caſpiel fufre bedarym bulifeor pean aurmaby layr vaymeor peſarym adorçus odiel vemabi

peatha

peatha darſum laspheno deuior camedonton phorſy laſbenay to charmon druſon olnays venovym lulefon apeorſo fabelronthos thurno, calephoy vem nabelron bural thoraſyn charnoty capelton.

*Clavis & Senſus.*

aFrUaNoFoFiElVeMaBiFrUaNoFuFrEbUllfEoRcUrMaBiVa YmEoRaDoRcUsVeMaBiDaRsUmDeUiOrPhOrSyToDrUsOnVe NeVyMaPeOrSoThVrNoVeMbVrAlChArNoTy. *Senſus.* Fünffe umb Fünffe vier umb vier drü umb drü/duo poſt duo, unum poſt unum vacant.

Carmine ritè & ſub ſilentio completo aderit ſpiritus vocatus, committe ſecurè arcanum, perferet, referetque committendum, ſi verò nocturnis operationibus præſidentes, ut ſolent plerumque, tardare videris: carmine eos viriliter iterando compellas, nihil metuens: te enim ut Dominum revereri cogentur.

*Habeo ſecretum, quod nulli confido perferendum hujusmodi.*

Pono caſum: Amicus eſt mihi quiſpiam nobilis & doctus, quem novi ſecretò necandum per ſicarios quoſdam mercede conductos. Aviſare palam non audeo, quia mihi periculoſum in cauſa familiari & ſecretiori, ne literæ in aliorum deveniant manus, timeo: homini, ut ore loquatur confidere non præſumo, quia, qui mecum eſt hodie, craſtino forſitan contra me ſtabit, itaque ad conſuetam confugio artem, cui quidquid commiſero, fieri publicum, etiamſi ex inimico tentari contingeret, non formido.

## *Literas mitto familiares amico, in quibus nullum formido periculum.*

*maximum nobilitatis ornamentum, juſtitiam philoſophiamque:* De*decus* Impietatem Et *ignorantiam definit vetuſtas. quid enim pulchrius quam literis* Virtutibusque Ornare Nobile *genus, quod militat. hoc plurimum cæteroſque militantes complures* Nobiliſſimos Viros Reperimus Et No*ctibus actitaviſſe & diebus ut armis* Barbaros Expugnarent, Re*ctitudine* Gentem *ſuam, literisque erudirent, horum laudabili exemplo humano doctiſſime literas* Humanitatis Arteſque Bonas Evolvere Non *ceſſas, armis & literis decoratus. & veteres olim principes ſapientiſſimi* Conſueverunt Opes Non

The-

*Theſauris Suis includere, ſed potius uſui literario Conferre: Honeſtiſſimum Ad Fœlicitatem Tendentibus ſuffragium arbitrantes ſapientiæ ſtudium quo Eternæ Retributionis beatitudo acquiratur, enimvero ſcientia ſcripturarum principes omnes Venerabiles Facit, maximeque timendos. ignorantia ſcripturarum vivi hominis ſepultura Dicta Ignominiam Calamitatemque Horrendam principibus afferre conſuevit. homo ſine literis eſt aſinus bipes, Vivusque Sepeliendus, immo ſepultus. maximè certe nobiles & rempublicam Gubernantes Eſſe Sapientes Atque Notabiles ſcientiâ literarum oportet, quarum ignorantia Tyrannidem inducit. amor quoque literarum geſta principum Inclyta Nobiliumque perpetuitati commendat. cernimus enim veteres philoſophos principatus Memoriam Obtinuiſſe, Nominisque Immortalitatem Conſecutos plus literis quam armis apud Homines ſempiternam. plus enim literæ quam arma Glorioſos, Excellentes, Sapientesque Tyrannos Antiquos & principes reddiderunt, quorum memoriam Laudumque Titulos immortalitate donârunt, adde quod chriſtianis ſtudium literarum Summum Et Honeſtiſſimum Evolandi ad cœlum præſtat adjumentum. à ſcripturis enim contemplari incipimus Divinarum Illuſtrationum Coruſcantem Honorabilemque majeſtatem, nobis alioquin inacceſſibilem. ita henrice miles doctiſſime literis Faveas Ut Rectitudine decoratus ſemper vivas. Vale. Ex Spanheim, Idib. Martii, Anno M.D. x.*

Poſtquam has literas aliasve quaslibet amicus acceperit in arte peritus; ſigno Rayſielis cognito, præmiſſis ex more conſuetis ad Septentrionem ſe vertat & ſpiritum hoc carmine vocet.

*Conjuratio 2.*

Rayſiel myltran fruano fiar chasmy clymarſo pean ſayr pulthro chultuſa medon vepurſandly tuſan axeyr afflon.

*Clavis & Senſus.*

mYlTrAnFiArClYmArSoSaYrChVlTuSaVePuRsAnDlY aXeYr. *Senſus.* Ita facias ſicut ſupra dixi.

His dictis, ſpiritus miſſus ſtatim viſibilis apparebit, reſerabitque tibi omnia & ſingula, quæ mandavi ad aurem. Et ſcias velim, quod nonnulli ſpiritus nocturnis operationibus præſidentes in nocte non libenter veniunt ad operationem, niſi maximis compellantur ſacramentis & conjurationibus: qui tamen poſtquam venerunt, fueruntque

miſſi ad amicum cito apparere conſueverunt & obedire vocanti, niſi forſan ipſe qualibet occaſione deceptus aliquid negligeret in arte præceptum.

*Tenor arcani.*

**Die von Nürenberg haben Kontſchaffter uf dich ußgeſant in Mönich Geſtalt ſehe dich für.**

## CAP. XIV.

### Cujus Princeps Supremus Vocatur Symiel, Qui Habitat Ad Aquilonem, Habens Sub Se Principes X. Qui Præsunt Operationibus Diurnis, Cum Famulis Multis; Quorum Officium Est Familiare Secretum Perferre.

Quarta decima manſio eſt ad Aquilonem, diſtans à principio ſeptentrionis 21. gradibus & modicum amplius, cujus ſupremus imperator eſt Symiel, qui habet ſub ſe 10. duces, qui præſunt operationibus diurnis, cum multis famulis eorum; operationibus autem nocturnis multi præſunt duces, quorum certum numerum reperire non poſſumus, qui famulos etiam ſub ſe habent multos; Iſtorum officium eſt nunciare inter amicos arcana ſecretiſſima, quæ nulli hominum ſunt manifeſtanda in æternum. Ut autem per eos operari poſſis, ſi neceſſe fuerit, explicabo tibi ex diurnis decem & ex nocturnis totidem, & ſufficient ad præſens.

| Schw. | Roth. | S. | R. | S. | R. | S. | R. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Aſmyel | 60 | Larael | 60 | Maſrus | 70 | Marianus | 100 |
| Chrubas | 100 | Achot | 60 | Apiel | 0 | Narzael | 201 |
| Vaſtos | 40 | Banier | 90 | Curiel | 40 | Murahe | 30 |
| Malgron | 20 | Dagiel | 100 | Molael | 10 | Richel | 120 |
| Romiel | 80 | Muſor | 110 | Araſos | 50 | Nalael | 130 |

Habes nunc principes decem nominatos pro actionibus diurnis cum multis ſubſervitoribus, & 10. pro nocturnis operationibus etiam cum multis ſubſtitutis, per quos poteris operari ſecurè & absque periculo: modo ſis in Steganographia bene inſtitutus; Nam quicunque ad operationem hujus artis non bene inſtitutus in præceptis illius accedere præſumpſerit, aut nihil proficiet, aut periculum vix evadet. Non enim omnibus obediunt principes. Tu autem cum hac ipſa ſcientiâ volueris operari; præmiſſis rite præmittendis te convertas ad Aquilonem, & eo modo, quo tibi tradidi, conjura ducem ut veniat per iſtud carmen.

Cla-

*Clavis.*

Modus decimus quartus à vacante ſumit exordium & per ordinem ſignificativum rite procedens per unam vacantem verbum myſticum in fine concludit, & ſic quælibet dictio ſecreti ſtat inter duas vacantes, hinc diurni ſpiritus ſunt 10, nocturnorum vero non eſt certus numerus, habent enim dictiones aliæ aliis literas plures vel pauciores.

*Conjuratio 1.*

Symiel myrno chamerony theor pasron adiueal fanerosthi ſovear carmedon charnotiel peaſor ſoſitran fabelruſy thyrno pameroſi trelno chabelron chymo, churmabon aſiel peaſor carmes nabeires toys amalthonty.

*Clavis & Senſus.*

mYrNoThEoRaDiVeAlSoVeArChArNoTiElSoSiTrAnThYn NoTrElNoChYmOaSiElCaRmEsToYs. *Senſus.* Inter duas vacantes ſtat intentio ſecreti.

His dictis eo quo neceſſe eſt modo, ſpiritus aderit abs te vocatus ad obediendum in omnibus mandatis tuis, ſi fuerit operatio per nocturnos ſpiritus actitanda, & ſi cito non apparuerint, non deſiſtas propterea, ſed urgeas eos repetitione carminis, & compulſi obedient.

*Pro Exemplo ponamus quodcunque arcanum nulli penitus confidendum.*

Habes aliquod negotium ſecretiſſimum ad amicum, quod te, & ipſum concernit, cujus manifeſtatio tibi & illi perpetuum vel damnum vel confuſionem inferret. Certè nec literis tutò creditur, ne ab aliquo legantur, nec committitur nuntio, qui divulgabit in plures, arte noſtra uteris, ſic & tu eris tutus & amicus ſciet arcanum.

*Formemus ad hoc quas placuerit literulas in nullo penitus ſuſpectas.*

*Ioannes Trithemius, Abbas Spanheimenſis ordinis S. Benedicti, optimo adoleſcenti Iacobo Trithemio Fratri Chariſſimo, S. D.*

*literis* Incumbens *Conſerva* Humilitatem *cordis*, *mores* Boni Iuvenes Decorant Efficiuntque Nobilibus *clariores. ſcientia* Literarum *Adornat* Iuvenem *Sanctitatem amantem*, *ſine* Moribus *Iuſtitiæ* Carebit *Honore ſcientia, adoleſcens* Vitiis, Vanitatibusque *Immerſus Sapientiam Scientiam Eruditio-*

*ditionemque* Non *diligit quam* Veris Virtutibus Inquirendam Eſſe *memineris. moribus* Decoratur Inſtitutio Erudiendorum *juvenum, quoniam Sanctis* Artibus Confertur Honor *cæleſtis, infructuoſaque Scientia* Tormentis Eternis *cruciabitur, virtutibus* Atque Literis Scientia *proficit utrumque* Deficit Vitiis *maculatum. ſperne* Voluptatem Vt Experimento Intelligas Sapientiæ *veritatem. Vale. aa.*

Recipiens has literas in arte Steganographiæ peritus, mox, ut viderit characterem principis Symielis, quid ſibi faciendum ſit, intelligendo percipit, vertensque ſe præmiſſis præmittendis, ad Aquilonem, conjurationem dicit.

*Conjuratio 2.*

Symiel marlos chameron pyrcohi pean fruary fabelronti gael to ſiargoti melaſſor hialbra penor oleſy ajulbrani ordu caſmeron omer vemabon.

*Clavis & Senſus.*

mArLoSpYrCoHiFrUaRyGaElSiArGoTiHiAlBrAoLeSyOrDuOmEr. *Senſus.* Als ich fürgeſagt hab alſo doe.

Completo carmine ſpiritus miſſus apparens, commiſſum ſibi fideliter implebit officium.

*Tenor arcani.*

Ich biden laiß mich wiſſen wie die Sach ſte als du weiß.

## *CAP. XV.*

### Cujus Supremus Imperator Est Amadiel, Qui Moratur In Ea Parte Orbis, Unde Boreas Ventus Flare Consuevit, Habens Sub Se Multos Principes.

Manſionem quintam decimam ad borealem plagam inhabitat Armadiel magnus Imperator, habens ſub ſuo imperio multos duces & principes cum ſervitoribus eorum, à quibus centum deputati ſunt ſuper operationibus diurnis & nocturnis indifferenter, ita, ut omnes æque præſint nocturnis atque diurnis actionibus noſtris in Steganographia ad voluntatem operantis. Horum officium eſt, Principibus & magnis viris nunciare ſecretiſſima arcana operantis cum maxima fidelitate & myſterio. Ex his nominabimus potiores aliquos, qui nobis ſufficiunt ad intentionem.

| R. | R. | S. | R. | S. | R. | S. | R. | S. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Maſſar | 50 | Orariel | Pandiel | 10 | 10 | 60 | 60 | 50 |
| Parabiel | 40 | Oryn | Caraſiba | 20 | 20 | 70 | 70 | 40 |
| Laiel | 30 | Saimiel | Asbibiel | 30 | 30 | 80 | 80 | 30 |
| Caluaruga | 20 | Asmael | Maſayr | 40 | 40 | 70 | 70 | 20 |
| Alferiel | 10 | Iaziel | Oeniel | 50 | 50 | 60 | 60 | 10 |

Habes jam ex ſpiritibus Armadielis 15. numero cum ſubſervitoribus ſuis 1260, qui ſecundum diviſionem 24. horarum in ſex partes cum ducibus ſuis venire vocati ad operantem ſolent, ſi voluerit ipſe, ordinem ſuum in veniendo conſervantes. Cum ergo volueris aliquid in Steganographia per ipſos operari, oportet ut diligentiſſimè obſerves diviſionem temporis ſecundum hanc artem, ſine qua nihil omnino proficies, quâ, ut oportet, cognitâ, verte ad Boream, faciens, quæ ars requirit.

*Clavis.*

Modus 5. unam præmittit ſignificativam, hinc ſubdit otioſam, deinde duas alternativas, conſequenter tres, & ſic usque ad octo, porro ab octonario per ſeptem, deinde per ſex, & ita conſequenter usque ad unitatem iterum fit deſcenſus, & rurſus eodem modo aſcenſus & deſcenſus ad unitatem, quoties neceſſarium fuerit.

*Conjuratio I.*

Armadiel marbeuo pelruſan neor chamyn aldron pemarſon cathorntaor pean lyburmy caueron thorty abeſmeron vear larſo charnoty theor Caueos myat trupas camedortys ly paruffes ernoty meſoryn elthy chaor atiel lameſayn rouemu fabelruſyn friato chaſalon pheor thambny meſardiel peluſy madiel baſeroty ſacreon prolſoyr aſeuoſy cameltruſon.

*Clavis & Senſus.*

mArBeVoNeOrAlDrOnCaThOrNtAoRlYbVrMyThOrTy
VeArChArNoTyCaVeOsTrVpAsLyErNoTyElThYaTiEl
RoVeMuFrIaToPhEoRmEsArDiElMaDiElSaCrEoNaSeVoSy.

*Senſus.* Ab uno ad octonarium tot vacant quot valent, & iterum fit per eadem deſcenſus.

Cum hanc conjurationem compleveris eo modo, ſicut oportet, mox aderit ſpiritus, ad imperium tuum paratus.

*Formemus nobis exempli cauſâ tale arcanum nulli committendum.*

Eſt mihi ad Principem meum quoddam arcanum nulli penitus communicandum. Id mandare literis, ne per negligentiam vel oblivionem deſertæ legantur, non audeo: multo minus per hominem nunciare illud volo, ne & aliis per ipſum quomodolibet revelatum iri contingat. Artis itaque hujus myſterium pertentare placet, per quod arcanum meum omni tempore manebit occultum. Scribamus literas, qualescunque placuerit, quæ nullius vereantur conſpectum.

*Sereniſſimo Principi, Domino Philippo, Comiti Palatino Rheni, Duci Bavariæ, Sacri Romani Imperii Archidapiſero, Principi Electori, Joannes Tritbemius Abbas Spanbeimenſis cum orationibus famulatum.*

Illuſtriſſime princeps Cum Humili ſubjectione ſervitutem. Benignitas Inclyti Ducatus veſtri mihi præcepit Vt Verbis Expoſitas Res quasdam occultiſſimas literis commendarem. Gauderem Non Absque Devota Exultatione, ſi pares voluntati vires accederent, Beneficiis Exhibitis Honeſtiſſimum Aptioremque Locum Diſtribuere, & obſequium gratiæ debitum humiliter exhibere. Detinet Imbecillitatem Cordis Operis Novitas Sine Tramite precedentis ſubeundi, cui me longè imparem ſcio: Habebit Enim Ingentem Magnumque Laborem Incutitque Conatibus Hebetudinem meis plurimam, vires tamen experiar, gratiæ veſtræ obſecuturus; Benigniſſimum Iudicem Sine Dubio Acceſſurus Si Bonæ voluntati meæ non affuerit optata complendi poſſibilitas, Ubi Cumulatiſſimâ Humanitate Glorioſus Et Magnificentiſſimus princeps, amator defenſorque literarum ſententiam dicit, Ad Cujus Humaniſſimum Tutamen Vniverſitas heidelbergenſis multis ornata doctiſſimis, eruditiſſimisque Viris Ingenio Recentiſſimis Tranſcendit omnia per alemanniam gymnaſia. Itaque Clariſſime Humaniſſimeque princeps ſi quid Habeo Artium ſum totum Benignitati veſtræ Novi Obnoxium, quod exhibere Cum Humili Subjectione ſemper promptiſſimè curabo. Et Licet Sint Alii ſapientiores qui hoc opus Melius Vel Vtilius Ornatiusque Non mediocriter reddere potuiſſent, volui tamen Devotiſſimum Et Rectum Lætumque In Gratiam veſtram animum meum oſtendere utcunque, & Experiri De Inventis Noviter Grandibus, quæ alium credo non inveniſſe. Datæ 16. Calend. Aprilis Anno Domini milleſimo quingenteſimo. ξ.

Literas has vel quaslibet alias ſuſcipiens, cui mittuntur in arte perito inter characterem Armadielis: quo cognito vertat ſe, quo ars mandat vertendum, & dicat carmen.

*Conjuratio 2.*

Armadiel afran meſon caſayr pelodyn cauoti chameron therſoui marbeuon pheor caſoyn myruoſi lyburmy deonchubis archa marſon.

*Clavis & Senſus.*

aFrAnCaSaYrCaVoTiThErSoUyPhEoRmYrVoSyDeOnChVbIs. *Senſus.* Fac ſicut te ſuperius docui.

Hac conjuratione debito modo completâ, miſſus ſpiritus palam apparebit, ſibique commiſſa à mittente arcana revelabit in aurem fideliter, nihil addens minuensve, & ſi quid illi denuo fuerit ab illo commiſſum ut referat operanti, à quo miſſus eſt: fiat quod ab arte præcipitur; & obtemperabit.

*Tenor arcani latentis.*

Jch bid uuer Gnade behald di conſt heimlich biß das Buch gemacht wirt ich hab noch ſelſam wonderlige Ding.

## CAP. XVI.

CUJUS PRINCEPS BARUCHAS IN EA PLAGA MORATUR, UNDE VENTUS FLARE CONSUEVIT, QUI APPELLATUR VULTURNUS, HABENS SUB SE PRINCIPES MULTOS ET SERVOS, QUI SUNT SUPER COMMISSIONES DOMINORUM OCCULTAS NUNTIATORES.

Manſioni autem decimæ ſextæ ad Vulturnum ventum ſituatæ præſidet magnus Imperator Baruchas, qui habet ſub ſuo imperio multos principes, duces & alios ſpiritus, quorum officium eſt nunciare occultas & ſecretiſſimas commiſſiones Principum, Nobilium & Dominorum, ſubditis eorum vel amicis. Ex his nominabimus tibi 15, qui ſufficient omni operanti in Steganographia: & non habent inter ſe diviſiones vel ordines pro die & nocte ſicut cæteri, ſed omnes habent commiſſionem de omnibus in generali, ita, ut, quicunque qualibet hora vocatus fuerit ab operante, venire cogatur.

| Roth. | Schw. | N. | S. | N. | S. | N. | S. | N. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Quita | Cartael | Monael | 100 | 10 | 600 | 60 | 500 | 50 |
| Sarael | Janiel | Chubor | 200 | 20 | 700 | 70 | 400 | 40 |
| Melchon | Pharol | Samael | 300 | 30 | 800 | 80 | 300 | 30 |
| Conayr | Baoxas | Dorael | 400 | 40 | 700 | 70 | 200 | 20 |
| Aboc | Geriel | Decaniel | 500 | 50 | 600 | 60 | 100 | 10 |

Habes

Habes nunc ex principibus Baruchæ magni principis ſeu imperatoris ad operationem Steganographiæ nominatos duces 15. cum famulis & ſubſervitoribus ejus 7040. quorum miniſterium tibi ſufficientiſſimum eſt ad omnem operationem hujus artis, cum ergo volueris aliquem ex his advocare, obſerva diviſionem temporis ſecundum ſex horas diei & noctis, & verſus Vulturnum poſitus facie, voca illum, quem hora concernit, diligentiſſimè obſervans literas famulorum, ſine quibus nusquam procedunt, & ne erres in numero, ordine & dominio eorum, cave.

*Conjuratio 1.*

Baruchas maluear chemorſyn charnotiel baſon ianocir meduſyn aprilti caſmyron ſayr pean cauoty medaſon peroel chamyrſin cherdiel auenos noſear penaon ſayr chavelonti genayr pamelron frilcha madyrion onetiel fabelronthos.

*Clavis & Senſus.*

mAlVeArChArNoTiElIaNoCrIaPrIlTiSaYrCaVoTyPeRoEl ChErDiElNoSeArSaYrGeNaYrFrIlChAeNeTiEl. *Senſus.* A vacante incipit ſicut præcedens à ſignificante.

Hac conjuratione completâ ſub ſilentio, ſicut oportet, mox aderit ſpiritus principalis unus, quem vocaſti, cum ſervitoribus ſibi deputatis, ſecundum ſeriem temporis. V. G. commiſſum mihi eſt Ordines perluſtrare, Cœnobia emendare & corrigere perperam facta. Hinc ad amicum ex monachis unum longè abſentem cupio tale mandare ſecretum quod publicatum ſibi arcanum odiumque paſtoris, mihi vero & Ordini ac bono communi detrimentum inferret. Unde nec tradendum literis, nec homini cuiquam committendum ut ſimus uterque ſecuri, artis miniſtrum advoco ſpiritum, commendo arcanum. Literas quales volo transmitto, quas legi ab omnibus non recuſabo.

*Joannes Trithemius Abbas Spanheimenſis ordinis ſancti Benedicti, religioſo fratri Nicolao ex Durckheim monacho Cœnobii Hirſaugienſis ejusdem ordinis, ſinceram in Domino charitatem.*

*cum* Sciam *chariſſime frater* Te Amatorem *bonarum artium, me* Te Exhortari Vehementer *delectat, quatenus perſeverare velis* Inquirendis Revolvendisque Iugiter Librorum *ſecretis, quæ nobis oſtendunt fælicitatis* Iter Tramite Expedito Redire In *patriam, quam peccando perdidimus ad quam* Nos Flagrantes Reducet Amor Mitiſſimi Et *clementisſimi ſalvatoris noſtri in ſcripturis ſanctis occultatus* Nobis, Si Exoneravimus Mentem, Virtutibus Exercitantes Nos *in ſtudio ſancto ſine dubio conferendus. quid enim* In Exilio Miſerabili Vagantibus Salubrius Dulciusque Eſſe Poterit, *quam literis incumbere: quarum ſtudio ad veritatem* Oculi Noſti Eriguntur Requirendam Et Ad Beatitudinis *deſiderium mens ſuſtollitur, ſine quibus comparatur* Beſtiis Anima Temporalibus Et Mundanis *Submerſa negotiis dei cognitionem nunquam adeptura.* Itaque Contemnito Voluptates Tumultusque Mundi, *literis ſemper vacato: quoniam* Et Religio Virtutibus Et *virtutes literarum commercio* Reciproco Illuſtrari Temperantur *& ſimultaneo* Exercitio Tripudiant. *ut* Nec *literas ſine* Ornatu Nobilium *virtutum, nec vere* Diligere Virtutes Bonas *ſine ſcientia ſcripturarum prævaleat.* Itaque Te Exhortor, Studio *literarum ſemper des operam. Vale. ex Spanheim, 16. Cal. Apr. Anno Domini M. D. o.*

Poſteaquam ſuſceperit literas is cui mittuntur, ſigno Baruchæ cognito, præmiſſis præmittendis ad plagam Vulturni, quæ eſt ante orientem proxima, dicat ſub ſilentio iſtam conjurationem.

*Conjuratio 2.*

Baruchas mularchas chameron notiel pedarſy phroys lamaſay myar chalamon phorſy fabelrontho theras capean vear almonym lierno meduſan therſiel peatha thumar neroſin cralnotiel peſan ſegalry madon ſcoha bulayr.

*Clavis & Senſus.*

mUlArChAsNoTiElPhRoYsMyArPhOrSyThEaAsVeArLiEr NoThErSiElThUmArCrAlNoTiElSeGaLrYsCoHa. *Senſus.* Vacante primâ, poſtea valentes & vacantes glych.

Conjuratione dictâ ſecundum artis præceptum ſpiritus apparebit & commiſſum ſibi arcanum producet in aurem ſine deceptione.

*Tenor arcani.*

State viriliter infra menſem veniemus deponere abbatem ſicut meruerit,& non dubites.

## CAP. XVII.

CUJUS PRINCEPS ET SPIRITUS SUPREMUS VOCATUR CARNESIEL, ET MORATUR IN ORIENTE, HABENS SUB SE DUCES ET PRINCIPES MULTOS CUM SERVITORIBUS EORUM, QUORUM OFFICIUM EST, NUNTIARE OMNIA QUÆ VERSUS ORIENTEM MITTUNTUR.

Quoniam tam multa ſunt & plura poſſunt emergere negotia hominum,ad quæ intimanda procul amicis nullus ſit in prædictis manſionibus princeps aut ſpiritus ſpecialiter deputatus, ne operantibus in hac arte Steganographiæ aliqua ad perfectionem operis ſui difficultas occurrat: poſteaquam ſpecialium quorundam fecimus mentionem, qui ſpecialibus præſunt arcanis; volumus etiam quoſdam generalibus nuntiandis generales exprimere principes ſpirituum, ut ſi quid forſan occurrat alicui nuntiandum, ſuper quo in prædictis nulla inveniatur commiſſio, ad iſtos referatur, qui ſuo modo ſuper omnibus habent commiſſionem; ita tamen, ut generalitas ſpecialitati non deroget, nec ſpecialitas non ſatis lucide expreſſa generalitatis officium recuſet. Quatuor itaque ſunt principes magni, qui cum ducibus & ſubſervitoribus ſuis omnibus præſunt arcanis nuntiandis ſuperius non expreſſis; quorum primus Carneſiel omnibus præſidet, quæ voluerimus nuntiare verſus orientem: Caſpiel verſus Meridiem, Amenadiel verſus Occidentem, & Demoriel his, quæ mittuntur generaliter verſus Septentrionem. Cum ergo volueris arcanum aliquod per ſpiritum nuntiare amico procul abſenti verſus Orientem, voca unum, aut plures, quot volueris,ex principibus Carneſielis,vertens te per totam operationem ad orientalem plagam, ſicut noſti ſecundum artem. Deſcribam tibi nomina principum cum numero ſervorum, quot ad præſens negotium ſufficiunt: & cave, ne erres in aliquo.

| ℜ. | 𝔖. | ℜ. | 𝔖. |
|---|---|---|---|
| Myreſin | Benoham | Amany | 6000000000000. |

Ornich

| | | | | N. | S. | N. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Ornich | Ariſiel | Capriel | 10 | 30 | 100 | 300 |
| Bucaſas | Cumeriel | Bedarys | 10 | 30 | 100 | 300 |
| Zabriel | Vadriel | Saphor | 10 | 30 | 100 | 300. |

Habes ex principibus Carneſielis 12. cum maxima multitudine famulorum, ubi, nota, ille magnus numerus 6000000000000. eſt aliorum ducum & principum, qui generaliter præſunt omnibus diurnis, & vocatur ex eis certus numerus, quem voluerit operator, cum duce nominato; alii autem in quadruplici ordine ſunt famuli principum duodecim, & veniunt ſemper cum eis in ordinibus ſuis, cum ergo volueris operari per iſtos: præmiſſis præmittendis iſta eſt conjuratio.

*Clavis.*

In modo 17. prima tota linea literarum aut narrationis vacat ab intentione ſecreti tum primâ dictione vacante tres valent, iterum otioſâ una tres aliæ ad arcanum conferunt & ſic ad finem proceditur, id ex numeris, quos ſpiritibus adjectos cernis, facile colligitur.

*Conjuratio 1.*

Carneſiel aphroys chemerin mear apoſyn layr pean noema ma ouear ſere cralty caleuo thorteam chemeron janoar pelyn layr baduſon ieſy melros ionatiel delaſſar rodiuial meran ſauean fabelron clumarſi preos throen benarys ſauean demoſynon liernoti chamedonton.

*Clavis & Senſus.*

aPhRoYsMeArLaYrNoEmAoVeArCrAlTyThOrTeAmIaNo ArLaYrIeSyIoNaTiElRoDiViAlSaVeAnClVmArSyThRoEnSaVe AnLiErNoTi. *Senſus.* Prima linea vacat tota, in aliis inter duas vacuas tres valent.

His rite completis, aderit generalis arcanorum nuntius, quem vocaſti, promptus & fidelis penitusque ſecretus.

*Amicum voluerim aviſare occultè de homine malo.*

Eſt homo quiſpiam ſub apparentia honeſtatis malus blaterator, is ſciens me poſſe apud amicum, commendatorias ad eum poſtulat à me literas, negare non valeo, nec decipi amicum volo ab illo fraudu-

 lenter.

lenter. Scribo literas, circumcellionem laudo mirum in modum, legit, exultat, apertam inſidiendi viam ſibi pollicetur oblatam. Do literas, abit lætus, vero ſpiritum mitto ad amicum, ut aviſet illum meumque manifeſtet arcanum, literas mitto commendatorias illi placentes, qui commendatur.

*Ioannes Trithemius Abbas Spanheimenſis, Ioanni Vigilio, Domino VVackor utriusque Iuris Doctori clariſſimo, S. D.*

*Latorem præſentium ad te mitto, Vigili amantiſſime, hominem profecto* Cunctis Adornatum Virtutibus *omnibus* Eruditiſſimum In Scripturis *æſtimatum* Tantâque Venuſtate Morum *redimitum* Quod Vix Illi ſimilem Aliquando His Oculis *vidiſſe* Memini, Optimum Mathematicum, *philoſophum* Acutiſſimum, Literatiſſimis Viris *comparandum* Sapientia Et Studio *omnes* Teutonicos Exercitatiſſimos Tranſcendentem, *unde* Dignus Eſt Nobis *merito* Viſus Laudibusque Literatorum *virorum* Omniumque Bonorum Excipiendus *quippe* Nobilis Et Literatiſſimus, *qui* Omnibus Queat Utilis *eſſe* In Tradendis Variis *doctrinis* Rerum *mirandarum. Vale. ex Spanheim, 15. Calend. Aprilis, Anno M. D. π.*

Cum has ſimilesve quascunque acceperit literas amicus in arte Steganographiæ probatus, cognito ſigno Carneſielis ſe vertat ad orientem, & præmiſſis præmittendis, dicat iſtam conjurationem.

*Conjuratio 2.*

Carneſiel aproyſi chameron to pemalroyn phroys cadur mearmol benadrun vioniel ſauiron army pean arnotiel ſabelronthuſin throes chabelron ſauenear medaloys vear olmenadab cralta ſayr.

*Clavis & Senſus.*

aPrOySiToPhRoYsMeArMoLvIoNiElArMyArNoTiElThRo EsSaVeNeArVeArCrAlTa. *Senſus.* Poſt primam lineam ante tres una vacat.

Carmine dicto ſpiritus miſſus jam viſibilis apparebit, revelabitque arcanum fideliter commiſſum.

*Tenor literarum occultus.*

Cave iſtum, quia homo malus eſt & de nullo bene loquitur.

*CAP.*

## CAP. XVIII.

### Cujus Supremus Princeps Est Caspiel Dictus, Cujus Mansio Est Ad Austrum, Qui Habet Sub Se Multos Principes, Duces, Et Famulos Innumerabiles.

Ad Auſtrum habitat Caſpiel magnus princeps, qui habet ſub ſuo dominio principes ſive duces præcipuos 200, comites vero ſive ſubduces 400, cum ingenti multitudine ſervitorum, quorum officium eſt, nunciare generaliter omnia & ſingula ſuperius non contenta verſus meridiem. Cum autem neceſſarium ſit in hac arte ſcire quoſdam ducum ex nomine ſintque multi: curabimus paucorum nomina dicere ex multis, qui nobis ſufficiunt ad omnia.

| N. | S. | N. | N. | S. | N. | N. | N. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Urſiel | Budarym | Geriel | 200 | 40 | 2000 | 400 | 20 |
| Chariel | Chamory | Ambri | 200 | 40 | 2000 | 400 | 20 |
| Maras | Larmol | Camor | 200 | 40 | 2000 | 400 | 20 |
| Femol | Aridiel | Otiel | 200 | 40 | 2000 | 400 | 20 |

Habes nunc ex principibus Caſpielis 12. cum comitibus, ſubducibus & famulis 100640, per quos fit omnis operatio nunciandorum verſus meridiem generalis. Cum autem ad amicum volueris aliquid nuntiare occultum verſus Auſtrum manentem, fac, quæ ſecundum artem requiruntur, & dic conjurationem.

*Clavis.*

In modo 18. duæ primæ lineæ ſunt ab arcano otioſæ, poſtea duæ dictiones vacant & quatuor valent alternatim.

*Conjuratio 1.*

Caſpiel aloyr chameron noeres padyr diuiel prolſyn vear maduſon cralnoti fruon phorſy larſorthon I hiano pomarſon theor, caueos adeucos friato brioſi pangel drubon madiel ſayr fabelruſyn gonear pean noty habusran.

*Clavis & Senſus.*

aLoYrNoErEsDiViElVeArCrAlNoTiPhOrSyThIaNoThEoRaDeVeOsBrIoSiDrVbOnSaYrGoNeArNoTy. *Senſus.* Lineæ duæ vacant poſt inter duo bis duo ſignant.

Conjuratione debito modo completâ videbis præſentem, quem vocaſti,& ad obediendum mandatis tuis in omnibus paratum. Omnes iſtius Caſpielis duces benevoli & voluntarii ſunt valde, ſed ſubduces eorum aliquantulum ſunt duriores, attamen conjurationibus cedunt, ſi operator fuerit conſtans & imperterritus,loquens ei duce, quaſi cum authoritate maximâ, nullus enim eorum tam durus eſt, qui non manſueſcat per virtutem authoritatis poteſtativæ compulſus & adjuratus.

*Ponamus qualecunque arcanum, quod nulli confidendum.*

Eſt mihi cum amico negotium,quod ſi in publicum tranſierit,utrique periculum grande orietur, obſervantur internuntii omnes, ut literæ ab inſidiantibus nobis legantur. Ut ergo ſimus ſecuri,negotiumque noſtrum maneat ſecretum, ſcribo literas, quæ nullius vereantur conſpectum,quas ſpiritu inviſibili comitante mitto ad præfatum amicum.

*Non refert,qualescunque ſint literæ, ſi fuerint ſpiritui commiſſæ.*

*Conſpicite mortales brevitatem & miſeriam præſentis vitæ*
*& agite pœnitentiam ſalutarem dum tempus habetis.*

*væ nobis* Dementiſſimi Amatores Sæcularis Gloriæ, *deum omnipotentem* Eternamque Lætitiam Temere Deſpicientes. *quare non* Amatis *Superna* Illa Convivia, *quæ ſunt* Humiliter Deum Inquirentibus Repromiſſa? *vos enim* Humilitatem Abjicitis Breviſſima Gaudia mundi quæritis Eternæ Beatitudinis Excellentiam Non amatis; contentioſo Zelo Vivitis Honeſtatem Actionibus nequam maculatis,Laudesque Dei Excelſi Neſcitis. *die noctuque* Sæcularibus Actionibus Lucrisque Temporalibus inſiſtitis, ſemper Venandis Novitatibus Extenſi Memoriam acuitis,lectiones Audire Negligitis: Tempus Gratiæ vobis indultum Eternæque Beatitudinis Expectationem Non curatis. *ecce* Iudex Cunctis Horribilis Criminoſis appropinquat. *ecce* Omnipotens Majeſtas Diſtricta Accelerat. *ecce judicium* Noviſſimum Statuitur Ecce Lamenta æterna proponuntur: Bonaque Sempiterna nobis ſubtrahentur. *Anno M.D. 1. Cal. Apr. &c.*

Cum has literas ſuſceperit is,cui mittuntur; præmittat ea quæ ſunt ex arte promittenda, convertensque ſe ad Meridiem dicat carmen.

*Conjuratio 2.*

Caſpiel asbyr chameronty churto freueon dayr fabelron cathurmy mereſyn elſo peano tailtran caſpio fuar medon clibarſy caberoſin ulty pean vearches pe-

maſy natolbyr meldary noe caudenopen men for diuiel adro. *Clavis & Senſus.*

aSbYrChVrToDaYrCaThVrMyElSoTaIlTrAnFuArClIbArSi VlTyVeArChEsNaToLbYrNoEmEnDiViEl. *Senſus.* Sicut dictum eſt ita facias ut vacent lineæ duæ.

Carmine dicto, aliisque ex more ſubjunctis, nuncius inviſibilis apparebit, referens amico fideliter & ſecurè in aurem omnia, quæ mandavi. *Tenor ſecretus.*

**Das Gelt das ich dir hab geben zu halden ſoltu nemant geben ich com dan ſelbs.**

## CAP. XIX.

### Cujus Princeps Supremus Dicitur Amenadiel, Habitans In Occidente, Qui Habet Sub Se Duces 300, Comites Vero 500, & Servos Pene Innumeros.

Amenadiel Imperator ſpiritus occidentis ſupremus, habet ſub ſuo dominio principes potentiores ſive duces 300, ſubduces ſive comites non pauciores quingentis, ſervos, ſubſervitores & famulos ex innumerabilibus, quorum nomina inveni non minus quam 30000, præter alios innumerabiles, quorum nomina nondum inveni. Sufficiunt enim iſti omnibus arcanis verſus Occidentem amicis nunciandis. Sed nomina ducum, qui ſunt in miniſterium hujus artis vocandi, jam, quot ſufficiunt, dicam.

| Roth. | Schw. | R. | S. | R. | S. | R. | S. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Vadros | Rapſiel | Almaſiel | 30 | 50 | 300 | 500 | 3000 |
| Camiel | Lamael | Codriel | 30 | 50 | 300 | 500 | 3000 |
| Luziel | Zocniel | Balſur | 30 | 50 | 300 | 500 | 3000 |
| Muſiriel | Curifas | Nadroc | 30 | 50 | 300 | 500 | 3000 |

Per hos 12. duces & principes quidquid operandum fuerit ex imperio Amenadielis in Steganographia ad Occidentem, totum poteris perficere. Sed obſerva diligenter, ut ſcias, cum vocas aliquem ex ducibus; & ſcias, quot ſub ſe habet comites, ſervitores & famulos, ſecundum 24. horas diei & noctis, quas iſti 1550. æquali partitione ſibi in ſuo ordine deputatas cuſtodiunt. In quibus, ſi erraveris, nihil proficies, & forſitan periculum aliquod incideres, oportet enim volentem in Steganographia operari, non ſolum in arte noſtra eſſe peritum, ſed etiam in omnibus diligentiſſimum, quia per parvam in operatione negligen-

gligentiam magnum plerumque oriri periculum conſuevit. Cum itaque per iſtos ſpiritus aliquid volueris operari, verte te ad occidentem,& præmiſſis præmittendis dic iſtam conjurationem.

*Clavis.*

Modus 19. tres lineas primas ponit ab arcano otioſas, tum tres vacantes dictiones & quinque valentes alternant, id ex numero principum & comitum facile conjicitur.

*Conjuratio. 1.*

Amenadiel aprolſy chameron ta nosroy throen meſro ſalayr chemaros noe pean larſy freuean ionatiel pelroyn rathroy caſer maluſan pedon cralnochyran daboy ſeor marchoſyn lauo pedar uenoti geſroy phernotiel cabron. *Clavis & Senſus.*

aPrOlSyTaThRoEnSaLaYrNoElArSyIoNaTiElRaThRoYmAlVsAnCrAlNoChYrAnSeOrLaVoVeNoTiPhErNoTiEL

*Senſus.* Poſt tres lineas inter tria vacantia ſolvunt pente.

Conjuratione rite completâ, ſpiritus aderit, quem vocâſti, promptus & alacer ad omnia, quæ mandaveris ei, perficienda.

*Arcanum eſt mihi valde ſecretum & neceſſarium ad amicum.*

Eſt mihi quoddam ſecretum ad amicum, quod nec homini nec literis confido perferendum, quoniam ſi veniret in publicum, magnum mihi & periculum crearet & damnum, moram pati non valeo voco itaque ſpiritum, ſcribo literas in nullo penitus ſuſpectas, & quas nec intelligere ipſe quidem putetur, utpote latini ſermonis ignarus; mitto ſpiritum, revelat ſecretum. Literas mitto qualescunque, quas inviſibilis comitetur ſpiritus.

*Joannes Trithemius, Abbas Spanheimenſis, Nobili & ſtrenuo Equiti Alberto Gœler de Rauesburg, Præfecto Crucenacenſi S.*

*Salvatorem noſtrum Dominum Ieſum Chriſtum ad judicium credimus eſſe venturum, qui reddet unicuique ſecundum opera ſua. Hoc credimus & negligimus miſeri nos ipſos. Itaque faciem ejus prævenire* Lachrymis *Aſſiduis Studeamus*, *Emendentes* Negligentias *noſtras quas commiſimus*, Ne Imperatos *Terribilis* Ille *Redemptoris noſtri adventus præoccupet*, Cui Omnes, Mercedem *Malorum* Excepturi

*ceptari neceſſariò occurremus. quare Nunc Vilipendimus Opportunum Nobis Salutis tempus indultum quod Tam Utile Nobis Tamque Acceptabile conceſſit omnipotens cur Non Zelamus Viros Moribus Inſignes, qui nobis exempla Reliquerunt Iuſtitiæ, Converſationis Honeſtæ, Humilitatis, caſtitatis, omniumque virtutum, Agamus, Illorum Nomen Emulantes Pœnitentiam, quoniam vivendi nobis Terminus Inſtat, Mors Horribilis Veniet, quæ parcere neſcit Sed Devorabit Iuvenes Et Virgines ſenesque cum junioribus. Vivamus In Luctu Lavantes Exceſſus noſtros continuis lachrymis, Ne Mors Inopinato Comprehenſos Horribili nos judicio ſubmittat. Vitam Emendemus Retroactam Deum Rogantes ut poſt præſentis Incolatus Brevitatem Eternam Nobis beatitudinem concedat. Amen. Vale. Datæ ex Spanheim 14. Calend. Aprilis Anno M. D. c.*

Cum has vel quaslibet alias ſpiritui commiſſas à me literas acceperit, cui mittuntur, amicus in arte probatus: ſigno hujus plagæ principis cognito, præmiſſis præmittendis dicat conjurationem.

*Conjuratio 2.*

Amenadiel bulurym chameroty eriſcoha pedarmon flusro pean huarbiel fabelron greos belor malgoty nabarym ſtilco melros fuar pllaryſo chiltron amanacaſon.

*Clavis & Senſus.*

bUlUrYmErIsCoHaFlUsRoHuArBiElGrEoSmAlGoTyStllCo FuArChllTrOn. *Senſus.* Wie ich für habe geſagt ſit facito.

Hac conjuratione ſecundum debitum modum completâ, ſpiritus (inviſibilis alioquin) apparet viſibilis, & revelabit arcanum.

*Tenor arcani.*

**Laſen nit ir commen von Stunt an zu mir ich hain ept im Huß die willen mich verdriben.**

## CAP. XX.

Cujus Princeps Demoriel Ad Septentrionem Habitat, Habens Sub Suo Dominio Duces Majores Seu Principes Numero 400. Subduces Sive Comites 600. Cum Multis Subservitoribus Et Famulis, Quorum Incertus Est Numerus.

Ad Septentrionem habitat magnus princeps Demoriel, habens ſub ſuo dominio principes & duces principales 400, quos mittit in miniſterium hujus artis ſecundum ordines ſuos cum ſubducibus &

 comi-

comitibus, quorum numerus minor non eſt 600. ad nuncianda arcana omnia, quæ verſus ſeptentrionem voluerimus mandare amicis in hac arte peritis. Et præmiſſis omnibus tantum ponamus nomina, quanta nobis ad præſens ſunt neceſſaria, cum numero comitum & ſervorum, ſecundum ordines ſuos in horis.

| R. | S. | R. | S. | R. | S. | R. | S. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Arnibiel | Doriel | Medar | 40 | 600 | 400 | 60 | 40 |
| Cabarym | Mador | Churibal | 40 | 600 | 400 | 60 | 40 |
| Menador | Carnol | Dabrynos | 40 | 600 | 400 | 60 | 40 |
| Buriſiel | Dubilon | Chomiel | 40 | 600 | 400 | 60 | 40 |

Jam habes ex 400. ducibus Demorielis nominatos 12, & ex ſubducibus, comitibus & ſervis 4560. in numero, qui cum ipſis ducibus ſecundum ordinem deputatum in horis 24. diei & noctis (quem te ſcire oportet ante omnia) ſuas partes obeunt. Cum ergo volueris per aliquem ex his ducibus in Steganographia operari, vertas te ad ſeptentrionem, ſicut moris eſt, & præmiſſis, quæ requiruntur ad artem, dic conjurationem.

*Clavis.*

Modus 10, quatuor primas lineas recipit otioſa, stum quatuor dictiones vacant à ſecreti munere & ſex arcano inſerviunt alternatim.

*Conjuratio 1.*

Demoriel onear daburſoy cohyve chamerſou imeor pean olayr chelruſis noeles ſchemlarin uenodru patron myſelro chadarbon neueon maſeros ratigiel perſonay lodiel camedon naſiel ſabelmeruſin ſoſiel chamarchoyſin.

*Clavis & Senſus.*

oNeArCoHyVeYmEoRoLaYrNoElEsVeNoDrVmYsElRoVe VaOnRaTiGiElLoDiElNaSiElSoSiEl. *Senſus.* Nach vier Linee und vier Wort gelden ſeſſe.

Completo carmine, ſpiritus ad omnia promptus, obediens & paratiſſimus tibi viſibilis apparebit, cui ſecurè committis arcanum perferendum.

*Sit mihi tale arcanum vel aliud quodlibet intimandum.*

Amicus mihi eſt intimus, procul hoc tempore abſens, ad quem mihi

mihi negotium eſt ſecretiſſimum, quod nulli omnino, nec literis quidem, tutò ſit committendum. Ut igitur ſecretum maneat, ſemper ſpiritum aliquem vocare libet ex arte mihi familiarem. Commendo arcanum: venit, vadit, fideliter agit, perfert, quæ commiſi amico ſecretum reſponſum, quod nulli mortalium alteri dicet. Ut autem miſſum ad ſe ſpiritum amicus ipſe intelligat, neceſſe eſt literas quaſcunque nihil metuentes fingi, in quibus ſignum miſſi ſpiritus recognoſcat. Non enim apparet ſpiritus niſi compulſus. Præmittamus literas, qualeſcunque placuerit, quæ nullius vereantur conſpectum.

*Joannes Trithemius Abbas Spanheimenſis Iacobo Wymfelingo, Sletſtatino, Theologo, Poetæ & Oratori facundiſſimo Salutem.*

*Maxime vellem Jacobe Wimfelinge ſatisfaceres vel ſero tandem pollicitationi tuæ & expectationi de te meæ, quid ſis pollicitus & quid expectem non ignoras. Non monachum ſed cum monachis vivere te cupio* - - - - - -

*accelera pariter vivamus. ecce* Hora *Inſtat* Noſtri *Tranſitus* Valde Metuenda. *quid ergo moramur? cur* Brevem Erumnoſumque Incolatus Noſtri Statum *Infælices negligimus? cur agere pœnitentiam Salutari* Tempore Delictorum Exceſſuumque Recuſamus? *Præparemus nos ad mortem, quoniam* Accelerat Satis Terribiliter, Omnes Reprobos Vocat, *nulli parcit, nullum reveretur,* Orantibus Negat Audientiam, Lachrymas Contemnit Exulantium, *minasque deſpicit principum, regum* Nomina Gloriamque Exterminat Superbiam Tyrannorum O *debilem cunctis evacuat, ergo frater* Redemptoris Beneficia Exhibita Nobis Valde Vtilia *ſedulo cogitantes recompenſemus. noſtros* Emendando Reatus Bonis Moribus Iugiter Refulgentes *quatenus pœnitentia lachrymiſque placare* Diſtrictum Iudicis Examen Properantis Ad Sedem *judicandi valeamus, qui ſe* Terribiliter Oſtendet Rejictis, Iucundum Electis. Vale. ex Spanheim quinto decimo Calend. April. Anno Domini M.D. v.

Cum literas acceperitis, cui mittuntur, in arte peritus, faciat primo quod ars ipſa requirit, deinde converſus ad ſeptentrionem, ſicut moris eſt, proferat conjurationem.

*Conjuratio 2.*

Demoriel oſayr chameron chulty ſaue pōreen luſin

 dayr

dayr pean cathurmo fomarſon erſoty lamedon jothar bustraym fuar menadroy chilarſo fabelmeruſyn.

*Clavis & Senſus.*

oSaYrChUlTyPoReEnDaYrCaThUrMoErSoTyloThArFuAr ChIlArSo. *Senſus.* Sicut prædictum eſt ita facias.

Carmine completo,ſicut in arte præcipitur,aderit ſpiritus miſſus, apparebitque viſibilis tibi ſoli, & alteri nulli penitus, & arcanum dicit in aurem.

*Tenor arcani.*

**Hint umb eins iſt der Paſtor von Alcen geſtorben/ werd mir die Paſtorie.**

## CAP. XXI.

### Cujus Supremus Imperator Et Princeps Vocatur Geradiel, Ad Nullam Orbis Plagam Habitans: Sed Vagus Ubique Adesse Consuevit.

Præter eos Imperatores,Principes & Duces ſpirituum,quos in ſuperioribus capitulis nominavimus, qui certis conſiſtunt in locis per orbem viſibilem,deputati ſunt & alii complures vagi,inſtabiles & nullibi certo conſiſtentes, quos antiqui ſapientes & magi appellaverunt ἀςάτυς, id eſt,inſtabiles,quia volant in aëre ſicut muſcæ, ſine ordine,ſine habitatione,& ſine reſtrictione. Ex his ſunt nonnulli nobis ad Steganographiam non inutiles: quia non requirunt obſervantiam locorum, ſed in omni loco per conjurationem advocari poſſunt. Primus ex his vocatur Geradiel, qui non habet aliquem ſub ſe ducem vel principem, ſed tantum famulos multos & penè innumerabiles,quos ſecum aſſumit in miniſterium ſecundum ordines,quos inter ſe habent & ſecundum 24. horas diei & noctis, quorum officium generale eſt, omnia, quæcunque,& ad quamcunque plagam volueris,arcana nuntiare.

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | R. | | S. | S. | R. | S. | S. | R. | S. |
| | 2 | | 2 | 200 | 100 | 40 | 30 | 60 | 60 |
| Horæ diei | 2 | | 2 | 80 | 70 | 100 | 90 | 120 | 110 |
| & noctis. | R. | | 2 | 150 | S. | R. | 140 | 180 | 170 |
| | 2 | 2 | | R. | 130 | 160 | | | |
| | 2 | 2 | 2 | 200 | 100 | 400 | 300 | 600 | 500 |
| | 2 | | 2 | 800 | 700 | 1000 | 900 | 1200 | 1100 |

Habes

Habes in hac tabula ſecundum horas numeratos & diſpoſitos in ordine ſuo 1815o. miniſtros & famulos Geradielis magni principis, quorum diſpoſitionem & rationem tibi ad operationem Steganographiæ omnino noveris neceſſariam, ut ſcias, qualibet horâ cum quot famulis venire ſoleant, vel quomodo ipſe non conſueverit venire, ſed famuli horæ deputati. Conſulo autem tibi, ut in operationibus tuis, horam obſervare cures, in qua ipſe princeps perſonaliter veniat cum famulis ejusdem horæ, qui alioquin imperatore ſuo abſente non ſemper voluntarii ſunt ad obediendum in omnibus operanti. Cum ergo per hunc principem operari volueris, præmiſſis præmittendis, dic conjurationem.

*Clavis.*

Modo 21. literæ dictionum myſticarum ſingularum ita diſponuntur, ut primò ponatur ſecunda, tum prima, mox quarta, poſt ertia, tum ſexta, poſt quinta, & ſic conſequenter, v. g. dictio petrus ſic veniret diſponenda eprtsu; hoc facto ſingulæ dictiones narrationis vel Epiſtolæ ſic ordinantur, ut primæ literæ reddant literas dictionum myſticarum hoc modo diſpoſitas. Id clarè apparet ex numeris famulorum ſpirituum, quos omnes eo modo diſpoſitos reperies.

*Conjuratio 1.*

Geradiel onayr buleſar modran pedarbon ſazeuo nabor vielis proyn therdial mafre reneal chemarſon cuhadiam almona ſaelri penoir ſatodial chramel nediarſi thorays vayn pen efridiel cubat draony myar dearſy collu darſy menador atotiel. Cumalym drasnodiar parmy ſoſiel almenarys ſatiel chulty dealny peſon duarſy cuber fruony maroy futiel fabelmeruſi, venodran pralſo luſior lamedon fyuaro larboys theori malroſyn.

*Clavis & Senſus.*

oNaYrMoDrAnSaZeVoViElIsThErDiAlReNeAlCuHaDiAm SaElRiSaToDiAlNeDiArSiVaYrEsRiDiElDrAoNiDeArSyDaRs YaToTiElDrAsNoDiArSoSiElSaTiElDeAlNyDuArSyFrUoNyFu FiTiElVeNoDrAnLuSiOrFyVaRoThEoRi. *Senſus.* Nimb das



Zwei-

Zweite/darnach das Erſt/ dan das Vierde/ dan das Dritte/ dan das Seſte/ dan das Fünfte/ und alſo fürter.

Completo carmine ſpiritus aderit, vel principalis cum ſervis, aut ſervi ex numero horæ ſine principe, ſicut volueris ſecundum horas, ut ſupra diximus.

*Arcanum quodcunque committemus ſemper erit occultum.*

Sit mihi, quodcunque arcanum, quantumlibet ſecretum, quod vel uni vel pluribus per ſpiritus ſit intimandum amicis in arte Steganographiæ ad perfectum inſtitutis, voco principem prædictum horâ mihi congruâ, committo myſterium, accipit ille, vadit, perfert omnino fideliter, literas mitto pro forma tantum, ut decipiantur homines, & is, cui mitto, ſciat ex ſigno ſubſcripto, quem ſpiritum debeat advocare, quia non comparent non compulſi, literas mitto qualescunque non ſecretas.

## *Joannes Trithemius Abbas Spanheimenſis omnibus eruditis & curioſis in hac arte ſine præceptore legentibus laborem.*

*Vitam Veſtram* Redicitus *Emendate.* Iudicii *Diſtrictum* Examen *Subito* Omnes *Comprehendet* (*Tutus* Nemo) *Et Amaritudine Sua*, *Luctibusque* *Eternis Vitioſos* Replebit, *Triſtare Sanctos* Non *Audebit.* Ejulantes *Deplorate* Reatus *Veſtros* Miſerrimi *Stultiſſimique.* Ecce *Sine Exercitiis* Boni *Nomen* Religionis *Recuſatis.* An *Neſcitis* Examen *Superventurum Noxiis?* Appropinquat *Hora* Noviſſima, *Non* Vivemus *Diu*, *Sed* Improviſo *Tranſire* Omnes *Nos Horribiliter* Compellemur *Itaque* Nolite *Tempus Negligere*: *Gratiam* Conceſſam. *Operibus* Honorate. Ex Spanheim, 13. Calend. Aprilis, Anno 1500. ᵥ.

His literis ſuſceptis vel quibuslibet aliis, quæ fuerint charactere Geradielis inſignitæ, non opus erit quoquam ſe vertere, ſed præmiſſis in arte conſuetis, carmen conjurationis dicendum eſt.

*Conjuratio 2.*

Geradiel oſayl chameruſin chulti pemerſoniel dayr fayr cathurmo lesbornatyn erſoty camylor ſayr fabelmerodan cofry damerſon malty nabelmeruſyn.

*Clavis.*

*Clavis & Senſus.*

oSaYlChVlTiDaYrCaThVrMoErSoTiSaYrCoFrYmAlTy.

*Senſus.* Sicut dictum eſt ſic fiat.

Hac conjuratione completâ ſpiritus miſſi apparebunt tibi viſibiliter, tibique manifeſtabunt omnia ſecretè loquentes in aurem.

*Tenor arcani.*

**Wer dieſe conte ſal verſtan der muß ſeben RR Naſen han/ und iſt noch nit gnoch.**

## CAP. XXII.

### Cujus Princeps Est Buriel, Nocturnus, Lucifugus, Et Habitans In Lacubis Et Foraminibus Terræ, Et Non Fit Operatio Per Eum Nisi In Nocte.

Poſt Geradielem ſequitur Buriel, princeps quidem magnus ſed perverſus & nequam, qui omnes alios ſpiritus, & maxime principes, odit, perſequitur, deteſtatur: ſed non minus odio habetur ab illis, lucem timet & fugit cum omnibus ducibus & famulis ſuis, nec unquam venire conſuevit niſi in nocte, & hoc frequenter cum magno horrore & pavore operantis, maximè ſi non fuerit perfectus in arte, conſtans & fortis animo. Et frequenter apparet in ſpecie ſerpentis, habens caput Virgineum, caudam & totum corpus ſerpentinum, ſibilans terribiliter. Adjuratus debito modo, verbis humanis loquitur, habet ſub ſe duces & principes, quos in miniſterium mittere conſuevit cum famulis & ſervis eorum, quorum multitudo eſt penè innumerabilis. Ex his aliquorum nomina ponamus, qui nobis ſufficiunt ad operationem.

| Roth. | S. | R. | S. | R. | S. | R. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Meroſiel | Casbriel | Dauſiel | 100 | 10 | 10 | 100 |
| Almadiel | Nedriel | Carmiel | 100 | 10 | 10 | 100 |
| Cupriel | Bufiel | Drubiel | 100 | 10 | 10 | 100 |
| Saruiel | Futiel | Neſtros | 100 | 10 | 10 | 100 |

Habemus in hac deſcriptione tabulæ ex principibus Burielis 12, cum famulis 880, qui ſecundum 12. horas noctis inæquales, quas planetarum appellamus, cum ducibus ſingulis in ordine ſuo procedunt, cum ab operante fuerint debito modo vocati. Dux apparere conſuevit in forma quâ diximus: famuli autem ſolent frequenter apparere,

tanquam

tanquam ſimiæ aut joculatores, ludentes & ſaltantes ex alto in terram mirabili phantaſiâ. Cum per iſtos principes operari volueris: non præſumas, niſi poſt ſolis occaſum, incipere operationem tuam, quia non obediunt niſi in nocte. Non opus eſt obſervare plagam orbis, ſed inſpiciendo terram ſub pedibus dicito iſtam conjurationem.

*Clavis.*

Modus 22. à fine incipit & ibi prima vacante, altera valet, atque ea alternatione verſus principium proceditur.

*Conjuratio 1.*

Buriel masfoyr chameruſin noel pean ionachym marduſan philarſy pedarim eſtlis carmoy boys charnoti phroys fabelronti mear laphany vearchas clareſon notiel pador aslotiel marſyro reneas capedon thismaſion melro lauair carpentor thurneam camelroſin.

*Clavis & Senſus.*

mAsFoYrNoElIoNaChYmPhIlArSyEsTlIsBoYsPhRoYsMeArVeArChAsNoTiElAsLoTiElReNeAsThIsMaSiOnLaVaIrThVrNeAm. *Senſus.* A fine incipias & ibi primâ vacante, alternatim ſolvit una.

Carmen iſtud cum ſub ſilentio dixeris ſemper inſpiciendo terram: ſpiritus aderunt vocati, ſed vide ne terrearis, quia tibi nocere non poterunt, ſi fueris fortis & animo conſtans. Et nota, quod iſti principes ſeu ſpiritus, quamvis generaliter deputati, nunciare omnia nocturna ſecreta in nocte habeantur: maxime tamen ſunt apti & voluntarii nuncium ferre in carceres & lacus ad captivos, & ſimiliter in his, quæ pertinent ad amorem carnalem & occultas practicas amantium, & ad omnia, quæ fiunt in nocte, ſive bona, ſive mala ſint, quia lucem odio habent.

*Ponamus arcanum quod nulli penitus ſit confidendum.*

Arcanum mihi ſit ad amicum in hac civitate conſtitutum, quod illi nec per literas poſſum nec per nuncium ſignificare, ne fiat publicum. Obſtant mihi plura, ne amicum ipſe accedam. Voco aliquem ex

ex prædictis ſpiritibus, committo illi myſterium: vadit, nuntiatque fideliter, quæ commiſi: ſum tutus.

*Literas confingam, qualescunque voluero, quæ neminem vereantur, nempe ut ſunt iſtæ.*

*ſalvator* Noſter *chriſtus* Ieſus, *qui* Humanum *genus* Cruore *ſuo* In *cruce* Moriens *redemit*, Sollicite *absque* Intermiſſione *eſt* A *nobis* Laudandus *ipſe* Fugabit *mortem*, Vitamque *nobis* Eternam *ſe* Timentibus *amantibusque* Spopondit *traditurum* Nunc *itaque* Exurgamus *chariſſimi* Fratres *à* Peccatis *noſtris* Operibus *bonis* Lucernas *noſtras* Componentes *ut* Redemptori *læti* Occurramus *in* Hora *metuendi* Tranſitus, *quando* Mors *rapiet* Animas *noſtras.* Habemus *nunc* Copioſum *tempus* Implendi *pœnitentiam* Lucernasque *ornandi.* In *hora* Vero *mortis* Ultima *ſpacium* Nobis *pœnitendi* Ulterius *prorſus* Negabitur. *conſideremus* Breviſſimam *gloriam* Mundi, *quoniam* Vana *eſt* Tranſit *velociſſimè* Nosque *cum* Illâ *omni* Horâ *corrumpimur.* Humiliemus *ergo* Corda *nra* Omni *tempore* Nunquam *deficientes.* Anno M. D. 13. Cal. Apr. φ.

Cum has aut alias quaslibet ſuſceperit literas is, cui mittuntur in arte peritus, cognito ſigno Burielis, præmiſſis præmittendis, terram inſpiciat & conjurationem dicat.

*Conjuratio 2.*

Buriel thresby chamerontis hayr plaſſu nadiel marſo nearni pean ſayr fabelron chulti penioy dayr mernia cathurmo mllros erſoty caduberoſyn.

*Clavis & Senſus.*

tHrEsByHaYrNaDiElNeArNiSaYrChUlTiDaYrCaThVrMo ErSoTi. *Senſus.* Heb hinden an ſicut dictum eſt.

Dicto carmine ſpiritus omnibus inviſibilis, tibi viſibilis apparebit, & arcanum ſibi commiſſum fideliter dicet.

*Tenor latentis arcani.*

Noch hint umb Nün wil ich am Thor clopfen ſie uf laiß mich in.

## CAP. XXIII.

### Cujus Spiritus Et Princeps Supremus Vocatur Hydriel, Et Moratur In Aquis: Habens Sub Se Duces 100, Comites 200, Famulos Pene Innumerabiles.

Eſt alius inter principales ſpiritus princeps, qui vocatur Hydriel, & moratur in aquis, piſcinis, lacubus, paludibusque & mari, & circa fontes, ciſternas & flumina; habens ſub ſuo dominio ad minus 100. duces ſive principes, comites verò ſive ſubduces 200, & famulos multos. Horum officium eſt generaliter nunciare omnia tam per aquas, quam per terram, ſive in die ſit ſive in nocte. Et ſcias, quod ſatis benevoli & voluntarii ad omnia ſunt principes, ſed non ita apparent, quando veniunt conjurati. Apparent enim frequenter in forma ſerpentis, aliquando parvi; caput virgineum valde pulchrum habentes, capillis expenſis. Nullus eorum ſolus incedit, ſed quilibet princeps ſecum ducit ad minus duos comites & 80. famulos; ut autem in operatione non incurras errorem, & ducibus tibi aliquorum nomina ponam.

| R. | | R. | | R. | S. | R. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Mortaliel | Lameniel | Camiel | 10 | 20 | 100 | 200 |
| Chamoriel | Brachiel | Arbiel | 10 | 20 | 100 | 200 |
| Deſariel | Samiel | Luſiel | 10 | 20 | 100 | 200 |
| Muſuziel | Duſiriel | Chariel | 10 | 20 | 100 | 200 |

Ecce, habes ex principibus & ducibus Hydrielis 12, & ex comitibus & ſervis 1320, qui tibi ſufficiunt ad operationes tuas in Steganographia ſecundum ordinem 24. horarum, ita, ut quilibet dux habeat duas horas, comites & famulos 110. in ordinibus ſuis, quos te omnino ſcire oportet. Cum per iſtos principes ſpirituum aliquid agere in Steganographia volueris; fac, quæ ſcis ſecundum artem facienda, & dic conjurationem.

*Clavis.*

Modus 23. ſicut præcedens à fine ſumit exordium & una vacante duas recipit ſignificativas alternatim verſus principium.

*Conjuratio 1.*

Hydriel ôpton chamerote ſatrus pean nearmy chabelon vearchas belta nothelmy phameron arfoy pedaryn onzel, Camedo drubel areon veatly cabyn

ernoti

ernoti maleros haytny peſary does pen raſi meduſan ilcohi perſon.

aPrOnSaTrUsNoArMyVeArChAsNoThElMyAnFoYoNzEl DrUbElVeAtLyErNoTiHaYtNyDoEsRaSillCoHi. *Senſus.* Poſt unam vacantem à fine duæ valent hinder ſich.

Carmine dicto ſpiritus, quem vocaſti, aderit, cum ſervitoribus ſibi ſecundum horam deputatis, eritque tibi in omnibus obediens, & fidelis ad omnia, ad quæ miſeris eum.

*Arcanum aliquod fingamus.*

Sit mihi arcanum valde ſecretum qualecunque ad amicum, quod illi nec per literas, nec per nuntium tuto poſſim facere notum. Ne ergo in lucem veniat ſecretum, advoco ſpiritum, venit, obtemperat ille, commendo ſecretum, perfert fideliter. Literas qualescunque formemus.

*Joannes Trith. Abbas Spanheimenſis fratri Petro Marponio Giſemio laureato, Monacho Rhenenſi, S. P. D.*

*frater* Nicol*aus* Irb*uſienſis epiſcopus* Suff*raganeus* Reverend*iſſimi* pa*tris* Ill*uſtriſſimique* Duc*is adami* In*ſignis* Burg*i pantomorani* Hone*ſtiſſimi* Cla*riſſimique archipræſulis* In*fatigabilis* Libror*um amator* Iu*ſtiſſime* Vi*detur abbatem* V*inilianum* No*mine* (*quia* E*ſt*) Be*ſtiis comparare*, Ep*ulantem* Spl*endidè inter* Be*ſtiarum* Mer*dimonia*, *præferentem* V*oluminibus* Vi*tulos quemadmodum* Reu*chlin* Fi*rmavit. tu* Ni*colatum* Ro*go imiteris* Op*timum* Man*ſuetiſſimumque pontificem.* Vale. 12. Cal. Apr. M. D. x.

Cum literas iſtas aut quaslibet cum ſigno Hydrielis acceperis nulla conſideratione orbis obſervatâ, ſed præmiſſis duntaxat generalibus in arte præmittendis, ex more dicito ſequentia.

*Conjuratio 2.*

Hydriel onear penadon epyrma narfoy greol fabelruſyn adiel pedruſy nozeui melrays uſemy pean larfoynaes chamerotyn.

*Clavis & Senſus.*

oNeArEpYrMaGrEoLaDiElNoZeViVsEmYlArFoYrNaEs. *Senſus.* Na eim gelden zwey à fine.

Hac conjuratione dictâ, debito modo, ſecundum inſtitutionem artis, apparebit tibi ſpiritus miſſus viſibiliter, revelans arcanum ſibi commiſſum in aurem.

*Tenor arcani.*

**Morn frü umb ſeben wil ich bi dir ſin.**

### CAP. XXIV.

### Cujus Princeps Vocatur Pyrichiel, Habens Sub Se Duces, Principes Comites, Famulos Multos, Quorum Numerus Incertus Est.

Pyrichiel, princeps quidam ſpirituum ſupremus, nobis ab arte noſtra non videtur omnino abjiciendus: quia ſatis benevolus eſſe perhibetur. Non habet ſub ſe duces aut principes more cæterorum, ſed tantum comites & ſervitores, quorum incertus eſt numerus, ſunt, qui dicant, eum duces ſub ſe habere & principes, qui nobis videntur proprietatem & conſuetudinem ejus non ſatis intelligere, quippe qui comites & ſervitores pro ducibus ſomniarunt. Nomen autem Pyrichielis ab igne traxit vocabulum; quia frequenter circa ignem verſari conſuevit.

| ℜ. | | | ℜ. | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Damarſiel | Menariel | 200 | 200 | 100 | 80 | 80 |
| Cardiel | Demediel | 100 | 600 | 60 | 50 | 50 |
| Almaſor | Hunſiel | | | | | |
| Nemariel. | Cupriſiel | 400 | 30 | 30 | 10 | 10 |

Habes jam octo ex comitibus Pyrichielis cum famulis ad obſequium deputatis ſecundum ordinem horarum. Cum itaque per iſtos dictos jam ſpiritus operari volueris: voca unum ex eis quem volueris, cum iterum operaris aliâ vice, tunc vocabis alterum immediate ſequentem: & ſimili modo cum cæteris faciendum memineris. Præmiſſis itaque ex more præmittendis in arte generaliter dic conjurationem iſtam.

*Clavis.*

Modus quoque 24. ſicut præcedentes duo â fine incipit & unâ valente ſecundum recipit alternatim otioſam, cumque verſus principium reverſum fuerit, denuò â fine ſumitur exordium, & tunc eæ, quæ antea vacabant, occulto inſerviunt.

*Conjuratio I.*

Pyrichiel marfoys chameron nael peanos pury lames iameue famerusyn mearlo canorſon theory torſa neal-

nealthis dilumeris maphroys carſul meor thubra phorſotiel chrebonos aray pemalon layr toyſi uadiviel nemor roſeuaſi cabti phroys amenada nachyr fabelronthis, poyl carepon vemy aaslotyn.

*Clavis & Senſus.*

mArFoYsNaElPuRylaMeVeMeArLoThEoRyNeAlThIsMaPhRoYsMeOrPhOrSoTiElArAyLaYrVaDiViElRoSeVoSiPhRoYsNaChYrPoYlVeMy. *Senſus.* A fine primum alternatim primò, poſtea aliud verſus principium.

His completis, ſpiritus quos vocâſti, videbis præſentes; & Principalis ſemper in forma ſerpentis caput pulchrum habens inſtar virginis, capillis expenſis apparere conſuevit.

*Arcanum ponamus quodlibet.*

Arcanum mihi ſit ad amicum procul abſentem, quod nec per literas tutò mittere poſſum, ne legantur diſtrictæ, vel certè in via perceptæ. Homini perferendum minùs confido; quippe qui noverim fidem in hominibus cum fortuna mutari. Ut ergo ſint omnia tuta, ſpiritum ſecreti amicum advoco: venit ille mox, audito certamine, refert commiſſum fideliter. Formemus literas ut placet.

*Ioannes Trithemius Abbas Spanheimenſis Iacob Dracomio Præmonſtratenſis Ordinis Canonico, S. & charitatem.*

*Eſt Nobiſcum Mathematicus Inſignis Et Egregius Rhetor Tranquilliſſimæ Vitæ Studio Feruens Iugitur; Habet Secum Codices Ferme Infinitos Exemplariumque Diverſorum Inæſtimabilem Theſaurum Rectæ Et Bonæ Vitæ Societatis Honeſtæ Iucundus Benevoluſque Doctor, In Reſolvendis Dubiis Expertiſſimus, Res Grandes Exponit Nomen Suum Eſt Orphonius Regni Boſne Burgravius.* Vale. 12. Calend. Aprilis. ✝.

Cum has, aut ſimiles quaslibet acceperit literas, Pyrichielis charactere ſignatas, is, cui mittuntur, in arte Steganographiæ peritus; faciat, ſicut novit ſecundum artem eſſe faciendum: deinde accenſo lumine dicat iſtam conjurationem.

*Conjuratio 2.*

Pyrichiel oſayr Chameroſi chulty meſano dayr fabel-

fabelron cathurmo pean erſoti mear iathar cabon frilaſto meruſi.

*Clavis & Senſus.*

oSaYrChUlTiDaYr CaThUa Mo Er SoTi la Th Ar FrIl As To.

*Senſus.* Sicut dictum eſt ita fiat.

Carmine dicto nuncius inviſibilis viſibilem ſe præſtabit, & commiſſum ſibi arcanum fideliter revelabit in aurem.

*Tenor arcani latentis.*

Brenger diß Briefs iſt ein böſer Dib/ huet dich für eme.

## CAP. XXV.

### Cujus Imperator Et Princeps Emoniel Vocatur, Habens Subduces Et Principes 100, Comites Et Subservitores Multos, Qui Habent Officium Generale Super Omnia.

Hujus capituli princeps Emoniel cum ducibus & principibus ſuis vagus & inſtabilis eſt, & frequenter in nemoribus habitat, non fugit lucem, benevolus & promptus ad omnia quæcunque mandaveris ei, & tam in die quam in nocte libenter occurrit vocatus. Habet ſub ſuo dominio principes & duces 100, comites verò ſive ſubduces non pauciores quam 20, famulos & ſervos ſine numero certo. Ex his nominabimus aliquos, qui nobis ad operandum ſufficiant, cæteros ſuo loco cum aliis reſervantes, ſi opus fuerit nominandos.

| R. | | R. | R. | | | R. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Ermoniel | Dramiel | Cruchiel | 10 | 20 | 100 | 200 |
| Edriel | Pandiel | Armeſiel | 10 | 20 | 100 | 200 |
| Carnodiel | Vaſenel | Caſpaniel | 10 | 20 | 100 | 200 |
| Phanuel | Naſiniel | Muſiniel | 10 | 20 | 100 | 200 |

Habes nunc ex ducibus Emonielis 12, cum ſubducibus & ſervitoribus eorundem 1320, qui ſecundum ordinem horarum ad omnem operationem intentionis noſtræ nobis ſufficiunt, ſive operatio nocturna ſit ſive diurna. Et ſcias, quod princeps Emoniel cum ducibus ſuis capite virgineo & corpore, ſed caudâ ſerpentinâ apparere conſuevit. Tu vero, cum volueris per ſpiritus Emonielis aliquid in Steganographia operari: fac ea, quæ noſti ſecundum artem generaliter eſſe facienda: & poſtea lege iſtam conjurationem, tacite ſub ſilentio nominans ſpiritum vocandum.

Clavis.

*Clavis.*

Modus 25. unam à fine recipit otioſam & duas ponit ſignificantes alternativè, id ex numero ſpiritibus adjecto facile colligitur.

*Conjuratio 1.*

Emoniel aproyſi chameruſin thulnear peanos meuear pandroy cralnotiel narboy mauy fabelronthos Arliel chemorſin nety pranſopyr diuiel malros ruelty perſon raob chrumelruſin.

*Clavis & Senſus.*

aPrOySiThUlNeArMeVeArCrAlNoTiElMaVyArLiElNeTy DiViElRuElTyRaOb. *Senſus.* Poſt unam vacantem valent duæ retro.

Hac conjuratione dicta eo modo, quo ars ipſa requirit, ſpiritus quem vocaſti apparebit paratus obedire ad omnia, quæcunque mandaveris ei, quia benevolus & fidelis eſt.

*Arcanum qualecunque volueris.*

Amicum habeo paſſim omnibus nimium confidentem, qui pro amicis fovet inimicos, à quibus & malam famam & damnum ſæpe reportat, credulus eſt blandimentis adulantium, & unius maxime ſuo lateri adhærentis, quem neſcit ſibi contrarium in occulto, quia blandum videt in aperto, ipſum accuſare cupio, ita tamen, ut conſilium ſoli amico fiat notum: cæteris fiat occultum. Literarum tenor formetur ad placitum.

*Joannes Trithemius Abbas Spanheimenſis, R. P. D. Nicolao, Epiſcopo Irbuſienſi, Vicario Pantomorani Archi-Epiſcopi, S. D. P.*

*cum* T*uum* I*ngenium vitæque* H*oneſtatem* A*d mentem* R*evoco*, T*e omnium* E*piſcoporum* D*igniſſimum pater* R*everende* E*t præſtantiſſime* P*ronunciare* M*axime compellor;* E*nimvero* S*ive eruditionem* I*ntuear* B*onarum artium* I*n* T*e, ſive* I*nnocentiam* V*itæ tuæ* Q*uid* A*liud quam* T*e* I*nſtiſſimum omnibus* L*iteris* E*ruditiſſimum ſanctiſſimisque* M*oribus* R*everendum dixerim?* A*dornas* C*onverſationem tuam* O*peribus* R*ectitudinis ſemperque* T*e* E*xhibes optimum* P*aſtorem* A*nimarum atque* I*n* B*onis literis* I*ugiter* T*e ſtudendo* E*xerces,* U*t tibi* A*liisque* C*onferas utroque.* Vale. Datæ ex Spanheim, 11. Cal. Apr. Anno Dom. nativitatis. M.D. .

Poſt-

Poſtquam literas acceperit is, cui mittuntur, in arte Steganographiæ perfectè imbutus: faciat, ſicut novit ſecundum artem eſſe faciendum: quibus præmiſſis conjurationem ſubjungat.

*Conjuratio 2.*

Emoniel lebos chameroti meor hemorſi dior medulorſin fray pean crymarſy melroſyne uati chabarym dayr aſchre cathurmo fabelron erſoti marduſe.

*Clavis & Senſus.*

lEbOsMeOrDiOrFrAyCrYmArSyVaTiDaYrCaThVrMoErSoTi. *Senſus.* Eo modo facias ut dictum eſt.

Carmine ritè completo, ſpiritus vocatus aderit in forma ſibi conſueta, revelabitque tibi omnia & ſingula, quæ ſibi fuerant commiſſa arcana cum fidelitate.

*Tenor arcani.*

Cave tibi à Petro Carmelitâ, qui tibi ſemper detrahit.

## CAP. XXVI.

### Cujus Supremus Imperator Icosiel Vocatur, Habens Sub Se Duces Sive Principes 100, Comites Sive Subduces 300, Servorum Non Est Mihi Certus Numerus Adhuc.

Icoſiel inter ſpiritus aëreos eſt unus ex potioribus Imperator magnus & potens in arcanis Steganographiæ, habens ſub ſe principes ducalis ordinis 100, comites vero 300, ſervorum certum numerum nondum inveni. Nam poſteaquam ex ducibus ejus, quempiam ſemel debitè conjuratum ad te vocaveris cum comitibus ſuis: ſi volueris, ut omnibus diebus vitæ tuæ tecum permaneat, deputa ei unum locum ſecretum & abſtruſum in domo tua: & conjuratum fortiter principas eum illic manere: & obediet tibi hilariter, ſemperque ad mandatum tuum erit paratus.

| ℞. | | ℞. | | ℞. | | ℞. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Machariel | Larphiol | Arteſiel | 10 | 300 | 100 | 30 |
| Pſichiel | Amediel | Urbaniel | 10 | 300 | 100 | 30 |
| Thanatiel | Cambriel | Cumariel | 10 | 300 | 100 | 30 |
| Zoſiel | Zachriel | Hereſiel | 10 | 300 | 100 | 30 |
| Agapiel | Nathriel | Munnefiel | 10 | 300 | 100 | 30 |

Hi

Hic habemus ex 100. ducibus Icoſielis nominatos 15, ſubduces vero 50, ſervitores 2150, qui cum ducibus ſuis ſecundum ordinem ſibi in 24. horis diei & noctis deputatum in miniſterium Steganographiæ vocati per operationem venire conſueverunt. Ad omnia, quæ volueris, idonei, voluntarii ſunt: modo tu in arte perfectè ſis doctus, conſtans, & imperterritus in operatione: quia veniunt in ſpecie & ſimilitudine ſerpentinâ, capita habentes virginea. Cum itaque volueris operari per aliquem eorum, fac, quæ ſecundum artem ſunt facienda, & ſubjunge iſtam conjurationem.

*Clavis.*

Modus 26. unam ponit vacantem & tres ſubjungit ſignificativas atque à fine verſus principium ſenſus myſticus eſt legendus. Clarè patet ex numero ſpirituum.

*Conjuratio 1.*

Icoſiel aphorſy chamerſyn thulneas ianothiel meuear peanos crasnotiel medurfan matori fabelron erſouial cathurmos laernoti betraym alfayr lamedonti nael cabelron.

*Clavis & Senſus.*

aPhOrSyThVlNeAsMeVeArCrAsNoTiElMaToRiErSoViAl LaErNoTiAlFaYrNaEl. *Senſus.* Poſt unam vacantem tres valent à fine.

Conjuratione ritè completâ ſpiritus aderunt vocati ſine morâ, quibus arcanum tuum ad amicum ſecurè poteris committere.

*Arcanum ſit qualecunque volueris.*

Amicus mihi ſit procul abſens in arte Steganographiæ peritus, ad quem mihi ſit magnum ſecretum & arcanum, quod non ſit alicui credendum, per literas etiam nec inſinuandum. Ut ergo maneant ſecreta omnia, nuncium ſecretum mitto ſpiritum, qui amico revelet arcanum, & negotium meum teneat ſecretum.

*Literas mittendas ad placitum facias.*

*vitam* N*oſtram* E*mendemus* H*umilitantes nos* C*oram* U*niverſitatis* S*ummo actore.* H*umilitas* C*œlum* I*mpetrat, tentationes* D*æmonum* N*ocivas* A*nnihilat, pernicioſum* M*entis* T*umorem* R*efrænat: omniaque* I*ncendia* V*itiorum* V*alenter exterminat;* T*rames* H*umilitatis* C*oronam meretur* Ac-

*cipere*, Nobileque Regnum *poſſidere*, Ego Tramitem Tibi *conſtituo* Innocen*tiam* Morum Honeſtatem *quam* Cuſtodiens Aſſiduè Non *peccabis*, *Sola* Nobis *Yſta via* Eſt Beatitudinis *Meritum cumulandi* Ut *Gratias* Agentes *deo* T*imea*-*mus* Illum Rectiſſimo *corde* F*ugientes* T*umultum* S*æculi*, *humilitatis* Exerci*tium* Nunquam F*aſtidiamus ſupernam* V*itam inquirentes.* Joannes Trithemius Abbas Spanheim. ſcripſit 10. Calend. Aprilis. M.D. β3.

Cum literas ſuſceperitis cui mittuntur, in arte peritus: ſigno principis cognito faciat, quæ novit eſſe facienda, deinde dicat conjurationem.

*Conjuratio 2.*

Icoſiel oſayr penarizo chulti medarim phrael melchuſi dayr pean cathurmo fabelron erſoty cameruſon iltham pedaly fuar melroſin crimarſy phroyſon.

*Clavis & Senſus.*

oSaYrChVlTiPhRaElDaYrCaThVrMoErSoTiIlThAmFuAr CrImArSy. *Senſus.* Sicut prædictum eſt ita facias.

Hac conjuratione complerâ ſpiritus aderit vocanti revelans arcanum.

*Tenor arcani.*

**Uf neſt Fritag umb eins nach Mitternacht wirt man dich ſuchen.**

## *CAP. XXVII.*

### Cujus Supremus Spiritus Et Princeps Vocatur Soleviel, Habens Sub Suo Dominio Principales Duces 200, Subduces Et Comites 200, Servitores Innumerabiles.

Inter eos ſpiritus, qui cum hominibus in arte Steganographiæ peritos mores habentibus libenter converſantur, eſt quidam Soleviel nomine, non ultimus inter principes hujus artis, qui habet ſub ſe duces principales 200, ſubduces ſive comites ſimiliter 200, qui inter ſe hunc ordinem infallibiliter obſervant, ut, qui hoc anno ſunt duces, anno ſequente ſint comites, ex comitibus ſimiliter duces. Servorum autem certum numerum non adhuc reperi, qui & ipſi ordines ſuos inter ſe ſecundum horarum diſpoſitionem cuſtodiunt.

| 𝔑. | | 𝔑. | | 𝔑. | | 𝔑. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Inachiel | Nadruſiel | Axoſiel | 20 | 20 | 20 | 200 | 200 |
| Praxeel | Cobuſiel | Charoel | 20 | 20 | 20 | 200 | 200 |
| Morucha | Amriel | Murſiel | 20 | 20 | 20 | 200 | 200 |
| Almodar | Praſiel | Penador | 20 | 20 | 20 | 200 | 200 |

Hic habes ex principibus Solevielis 12, quorum ſex primi ſunt iſto anno duces & reliqui ſex comites: ſequenti anno iſti erunt duces, & illi comites,& ita conſequenter alternatis ſemper viribus. Subſervitorum numerum collegi 1840, quanquam ſint plures, quos nondum numerare potui. Cum autem per iſtos ſpiritus operari volueris, eſto conſtans animo & fortis, nec terrearis ab eorum aſpectu, cum videris eos in forma ſerpentum apparere cum capite virgineo. Deinde fac, quæ ſunt ſecundum artem facienda, quibus præmiſſis ſubjunge iſtam conjurationem.

*Clavis.*

Modus 27. duas à fine recipit otioſas & duas ſignificativas alternatim & expletâ verſus principium epiſtolâ denuo à fine incipit & quæ ante fuerunt otioſæ nunc ſenſui myſtico accommodat. Hinc duces ſunt 200, & comites 100, & comites in ducum, ac duces in comitum ordinem ac officium alternatim ſuccedunt.

*Conjuratio 2.*

Soleuiel marfoy chameruſyn oniel dabry diviel pean vear laſmyn cralnoty pedaros drumes pean vear chameron loes madur noty tasray erxo nadrus peliel thabron thyrſo canothin vear peraſy loes pean nothyr fabelron baueſy drameron eſchiran pumelon meor dabrios crimorſie pemy vear nameroy lyernoti pralſones.

*Clavis & Senſus.*

mArFoYoNiElDiViElVeArCrAlNoTyDrVmEsVeArLoEs NoTyExXoPeLiElThYrSoVeArLoEsNoThYrBaVeSyEsChIr AnMeOrCrImOrSiElVeArLyErNoTy. *Senſus.* A fine duæ vacant duæ valent, expletis valentibus etiam otioſæ valent.

Carmine ritè completo, ſpiritus aderunt vocati in conſueta forma, quibus committas arcanum.

*Arcanum ponamus ad placitum.*

Amicum procul abſentem, in arte Steganographiæ antea peritum, ſuper quibusdam periculis imminentibus aviſandum duco, ſed

publicum vereor, quum de alieno periculo facerem proprium: quod evitare ut poſſim, non literis, non hominibus committo ſecretum, ſed ſpiritui, quem novi in omnibus fore fideliſſimum. Literas formemus ad placitum.

*Ioannes Trithemius Abbas Spanheimenſis ordinis Sancti Benedicti R.P.D Rutgero Sycambro Archiepiſcopo Narvienſi, S.P.D.*

*Exponet Tibi Nicolaus Reverendiſſimus S.Irbuſienſis Epiſcopus Generalem Rerum Eccleſiaſticarum Tuarum Gubernatorem Male Egiſſe Vinculis Ligatum Subjiciendo Innocenter Domini Noſtri Deſiderii Regis Vicarium Benignum Virum, Fame Executiatum Interemiſſe. Hoſtem Cotidie Deſiderium Regem Irrumpentem Diœceſi Expectamus. Sed Te Exoramus Opitulare Brevi Ut Hoſtem Non Incidas. Vale. 9. Calend. April. M.D. γγ.*

Cum literas acceperit is, cui mittuntur, modo ſit in arte generali imbutus antea, faciat, quæ ſunt facienda, ſubjungens iſtam conjurationem animo conſtanti, nil metuens.

*Conjuratio 2.*

Soleuiel curtiel chamerſin ſaty pemalros dayr ianothy cathurmo parmor iotran lamedon fraſcu penoy ilthon fabelmaruſyn.

*Clavis & Senſus.*

cVrTiElSaTyDaYrCaThVrMoloTrAnFrAsCuIlThOn.

*Senſus.* Vt eſt dictum ita facito.

Dicto carmine ſpiritus miſſus ab operante viſibilis apparebit, revelans omnia commiſſa fideliter, & ſi quid remandare voluerit operanti, eidem ſpiritui committat.

*Tenor literarum occultus.*

Huet dich für diſem er iſt ein böſer Dieb und lugt gern.

## CAP. XXVIII.

Cujus Supremus Spiritus Et Imperator Est Menadiel, Qui Habet Sub Se Principes Sive Duces 20, Comites 200, Servos Incerti Numeri, Qui Suis Obediunt Ducibus.

Quamvis ad omnem Steganographiæ operationem, quæ diximus, copioſe nobis videantur ſufficere: ne tamen ea, quæ ſumus experti, oblivioni tradamus: placuit adhuc nobis nonnulla ſubjungere, quæ

quæ eſſe ad artis hujus perfectionem optima, prædictorum ſpirituum revelatione cognovimus, & ſatis plene experti ſumus. Eſt itaque inter alios ſpiritus, qui huic arti favent Menadiel nomen ſortitus ratione officii, qui habet ſub ſe principes & duces 20, comites 100, ſervos multos, quorum mihi incertus eſt numerus, qui omnes in commiſſis ſunt fideles & optimi nuntii in cauſis magnis regum & principum, per quos operabimur mirabilia.

| | ℞. | | ℞. | | ℞. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Larmol | Benodiel | 20 | 10 | 100 | Barchiel | Nedriel. |
| Draſſiel | Charſiel | 20 | 10 | 100 | Amaſiel | Curaſyn. |
| Clamor | Samyel | 20 | 10 | 100 | Baruch | Tharſon. |

Jam habemus ex ducibus ſex & ex comitibus totidem nominatos, ex ſervis quoque eis, deputatos per vices & ordines ſuos numero 390. Habent inter ſe hunc ordinem, ut prima vice duo duces vocentur & unus comes, qui ſecundâ vice iterum vocatur & nunc venit in ordinem ducum. Tertiâ vice fit comes, qui fuerat dux primi ordinis primus & ita conſequenter. Cum ergo volueris per ſpiritus Menadielis aliquid operari: conſidera diligenter quis dux & quis comes tibi ſit vocandus ſecundum tempus & horas: præmiſſisque præmittendis, dic conjurationem.

*Clavis.*

In Modo 28. à fine verſus principium ter diſcurritur & primò valet prima & duabus omiſſis quarta ſeptima & ſic conſequenter, ſecundò valet ſecunda & duabus omisſis quinta octava &c. Tertiò valet tertia & duabus omisſis ſexta, nona, & ita per totum.

*Conjuratio I.*

Menadiel marfoy peanos onael chameruſyn theor ianothy ofayr mltros tudayr penorſyn ſachul tarno roſeuas peathan aſiel morfoy maplear caſmyron ſtoreal marpenu noſayr pelnodan layr thubra elnodion carſephy drumos ſabelmeruſyn andu pean purays calbyn nachir lœs philuemy caſaner.

*Clavis & Senſus.*

mArFoYoNaElThEoRoFaYrTuDaYrSaChVlRoSeVaSaSiEl MaPhEoRsToReAlNoSaYrLaYrElNoDiOnDrVmOsAnDnPuRa

 YsNa

YsNaChIrPhIlVeMy. *Senſus.* A fine ter fit diſcurſus ſemper tranſiliendo duo ad principium.

Hac conjuratione ritè completá, aderit ſpiritus vocatus, videlicet primo comes unus duo duces cum ſervis.

Sit tibi arcanum ad amicum aut amicam, qualecunque pro tempore aut rerum varietate occurrit, quod non velis alicui alteri commune. Voca ſpiritum, commenda illi negotium, nihil metuens, omnium fideliſſimus eſt, bene commiſſum implebit.

*Literas ſuper his formare poteris, quales volueris, ad placitum tuum.*

m*agna Sunt* Eternaque *obſervantium Innocentiam* Futura *commoda: Angelicis* Laudibus homines *Lætantes* Intereſſe, *cernere Numen* Excelſum illud *Eternæ* Beatitudinis *ſplendorem Faciemque* Majeſtatis lumine *Proprio* V*idere.* attendite *Omnes* Exactasque negligentias *Lachrymis* Tergite, *inutiles Curas* Nocentesque *exuite Rerum* Inſtabilium deceptiones. O Homines lutoſi *Horrete,* Lucrum animarum *Tandem* Inquirite, bonis *Moribus* V*irtutibusque* honorabiles *Eſtote,* Vanitates *contemnite Deum* Humiliter *invocate Nolite Concupiſcere* mundum *Amaritudinem* Infundentem. *Anno M.D. 9. calend.* April. 88.

Cum has literas acceperit is, cui mittuntur, ante in arte peritus cognito charactere ſupremi principis Menadiel, præmiſſis his, quæ ſunt ex more præmittenda, conjurationem dicat.

*Conjuratio 2.*

Menadiel murty chamerote dayr pean cathurmo phameron erſoti pray ſauepo fabelmery rean, charon ietlas meduſe fayr lameroſyn alty merchahon.

*Clavis & Senſus.*

mUrTyDaYrCaThVrMoErSoTiSaUePoReAnIeTlAsFaYr AlTy. *Senſus.* Ut dictum eſt ſupra ita fiat.

Carmine dicto, ſpiritus miſſus apparebit vocanti viſibilis, referetque omnia ei fideliter & ſecreto in aurem, quæ habet in commiſſis.

*Tenor occultus.*

Ich will hinte umb Eilfe an dem Thor clopfen laiß mich balde in als ich com.

CAP.

## CAP. XXIX.

### Cujus Princeps Supremus Vocatur Macariel, Habens Sub Suo Imperio Duces, Principes, Comites Et Servos Complures Ad Diversa Ministeria Deputatos.

Macariel quoque unus ex ſupremis ſpiritibus, qui operationibus Steganographiæ præſunt, non eſt omittendus à nobis cum principibus & ſervitoribus ſuis, quia ſatis utilis, promptus & fidelis eſt ad omnia quæcunque voluerimus. Habet autem principes 40, ex quibus nunquam pauciores mittuntur in miniſterium quam 4, videlicet duces tres, comes unus cum ſervis non paucis, huncque inter ſe ordinem obſervant, ut per vices ſuas ſemper ex ducibus unus gerat officium comitis, & ſecundum 4. partes anni. Et de his omnibus neceſſarium eſt operantem habere plenam notitiam. Sed jam ex his principibus nominemus aliquos, qui nobis ad operationem Steganographiæ noſtræ abunde ſufficiant.

| | ℜ. | | ℜ. | ℜ. | ℜ. | ℜ. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Claniel | Asmadiel | Gremiel | 40 | 30 | 20 | 10 |
| Druſiel | Romyel | Thuriel | 40 | 30 | 20 | 10 |
| Andros | Naſtuel | Bruſiel | 40 | 30 | 20 | 10 |
| Caroel | Varpiel | Lemodac | 40 | 30 | 20 | 10 |

Habemus jam nominatos ex principibus Macarielis 12. cum ſervis numeratis 400. ſecundum vices & ordines ſuos. Cum itaque per eos in Steganographia (cave, ne voces pauciores quam quatuor ex prænominatis) volueris operari: præmiſſis ex more præmittendis, dic iſta conjurationem.

*Clavis.*

Sicut in modo immediatè præcedenti à fine verſus principium ter diſcurritur, ita hic quatuor fit diſcurſus & ſemper poſt unam valentem ſequuntur tres vacantes, ſicut ibi duæ, atque ſicut ibi à prima, ita hic à quarta incipitur primò, ſecundò à tertia &c.

*Conjuratio 1.*

Macariel myrno chameroſy purmy mareſyn ameos peanam olradu chabor ianoes fabelron dearſy chadon vlyſes; Almos rutiel pedaron deabry madero neas lame-

lamero dearſy, thubra dorpilto melroſyne draor chalmea cnear, parmou dearſy charon alnodiel parſa rodean, maroy reneas charſo gniole, melroſin tedranſo caſmar ebroſet. Landrys masfayr theraſonte noel amalan.

*Clavis & Senſus.*

mYrNoPuRmYaMeOsOlRaDulaNoEsDeArSyVlYsEsRuTi
ElDeAbRyNeAsDeArSyDoRpIlToDrAoReNeArDeArSyAlNoDi
ElRaDeAnReNeAsGnIoLeTeDrAnSoEbRoSeTmAsFaYrNoEl.

*Senſus.* In primo ordine das Vierte/ darna das Drit/ darna das Ander/ darna gilt das Erſt à fine.

Hoc carmine dicto, ſpiritus vocati aderunt in diverſa ſpecie apparentes, & frequenter quidem capite cum virgineo, corpore & caudâ deſinentes in formam draconis, involventes & revolventes ſe quadruplici ordine.

*Arcanum ſit ad Principem.*

Præfectus Regis aut Principis in terra ſeu provincia conſtitutus, intellexit delatione ſecretiſſimâ hoſtes in brevi propoſitum habere provinciam irrumpendi, vult aviſare Principem, ſed nuntiis non poteſt, quia torquendi ſunt ab Adverſariis in via ut tradunt arcanum: nec literis, quoniam omnes aperiuntur per eos. Vocat ergo ſpiritum, committit arcanum, literas fingit alienas.

*Literas fingamus nihil conducentes.*

Rogamus Amicorum ſuaviſſime, Tuum Exemplar Tertulliani nobiliſſimi ſapientiſſimique Viri Nobis ut velis Veteris Amicitiæ intuitu Reſcribendum Velociter Mittere, bernardique Epiſtolam Ad Templarios, tertulliano Glorioſum Katholicæ Sanctitatis nomen Novimus Cunctis Exhibitum antiquitus inter Noſtros Nobileque lumen ſcimus Illum Fidei ſacræ Non Remanſiſſe Vltimum. actionibus Erat Eximius, Glorioſus divinæ Legis Inſtitutor: Aſſertor noſtræ Libertatis Devotiſſimus Licet in Aliquibus Reprehendatur Scripſit tamen Fidem Exponendo Noſtram honoranda volumina. Habebat Autem conjugem zeloſam Religionis Noſtræ amatricem Humilitate Et Innocentiâ nobilem caſtitate Gloriam. Extant rectæ ipſius Inſtitutionis Nonnullæ elucubrationes Laudabiles Dulces Exuberanteſque doctrina

Multa:

*Multa: Epiſtolæ Breves non inutiles, Nos Ad inquiſitionem Eternæ Gloriæ Honorificè gratioſeque hortantes.* 8. Calend. Aprilis Anno M. D. Joannes Trithemius ſcripſit. «.

Cum has literas aut quaslibet alias acceperit is cui mittuntur, in arte Steganographiæ antea peritus: cognito ſigno Macarielis faciat. quæ ſunt ex more facienda, ſubjungens carmen.

*Conjuratio 2.*

Macariel oſayr chameroſe chulti peſano dayr fameron cathurmo pean erſoty lamedon ſouapor casrea mafyr. lanos tharfia peathan acri pean etion matramy.

*Clavis & Senſus.*

oSaYrChVlTiDaYrCaThVrMoErSoTySoUaPoRmAfYrThArFiAaCrIeTiOn. *Senſus.* Sicut dictum eſt ſupra ita facito.

Completo rite carmine, ſpiritus miſſus viſibilis ſoli apparebit.

*Tenor occultus.*

**Gnediger Her die Rinckauer haben ein Anſlag uf neſt Mantag in der Nacht in das Land bi uns heimlich zu fallen ſin gerüſt.**

## *CAP. XXX.*

Cujus Imperator Supremus Vocatur Uriel, Habens Sub Suo Dominio Duces 10, Comites Vero Sive Subduces 100, Servorum Incertus Est Numerus.

Sed nec Urielem magnum nos decet omittere, quem novimus experientiâ nos docente non ultimum inter hujus artis fautores utilitatis locum poſſidere. Habet is ſub ſuo dominio & imperio duces & principes huic arti Steganographiæ deputatos 10, comites ſive ſubduces, qui ſemper ipſos duces comitantur, quilibet in ordine ſuo 100 ſervos multos quorum mihi adhuc certus non eſt numerus.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | R. | | R. | R. | R. | | | |
| Chabri | 10 | Dragon | 10 | 100 | 20 | α | α | β |
| Drabos | 10 | Curmas | 10 | 80 | 40 | γ | α | κ |
| Narmiel | 10 | Drapias | 10 | 60 | 60 | κ | τ | λ |
| Fraſmiel | 10 | Hermion | 10 | 40 | 80 | η | α | δ |
| Brymiel | 10 | Aldruſy | 10 | 20 | 100 | β | ι | α |

Habemus hic duces nominatos cum comitibus & ſubſervitoribus, quorum nobis miniſterium ſufficit ad complementum hujus artis noſtræ pro præſenti. Et nota, quod primi in ordine ſunt duces & principes. Secundi ſunt comites: habentque inter ſe duos ordines, quos te ſcire ante omnia oportet. Illi, qui ſunt in primo ordine, tam duces quam comites, quotiescunque vocantur, ſemper apparent monſtruoſi, capite videlicet virgineo, corpore & cauda in forma ſerpentis. Qui ſunt in ſecundo ordine, familiari nobis & uſitata ſimilitudine apparere conſueverunt. Nec pauciores venire ſolent, quam unus dux & unus comes, ſequens eum in utroque ordine, cum autem per iſtos ſpiritus operari volueris, primò facito ſecundum quod noſti ex arte faciendum: poſtea ſubdes iſtam conjurationem.

*Clavis.*

In modo 30. à fine ad principium, & iterum à principio ad finem vacat una & altera valet alternatim.

*Conjuratio I.*

Vriel marſoys lamedonti noes chameron anduchar pean phuſtiel arsmony tuerchoy iamerſyn nauiel penos raſeon loes vear fabelruſo cralti layr parlis merai mear, thubra aslotiel dubyr reanu nauoſti masliel pedony to chemarphin.

*Clavis & Senſus.*

mArFoYsNoEsAnDuChArPhUsTiElTuErChOyNaViEl RaSeOnVeArCrAlTiPaRlIsMeArAsLoTiElReAnVmAsLiElTe

*Senſus.* A fine ad caput & èconverſo vacat prima, altera valet.

Completa conjuratione ſpiritus vocati aderunt, quilibet in ordine, prompti & hilares obedire in omnibus.

*Arcanum ſit valde magnum.*

Sit mihi quoddam arcanum ad Principem vel ad amicum, cujus manifeſtatio mihi periculum, damnum illi afferret non parvum. Ut ergo maneant omnia inter me & illum ſecreta: non homini, non literis, ſed ſpiritui commendo arcanum.

*Literæ ſint ad placitum nihil metuentes.*

*Incipite* Fratres *Dilectiſſimi* Emendare *Negligentias* Lachrymis *Aſſiduis* Tergentes *Tranſacta* Peccata, *Salvatorem* Omnium *Viventium* Rogantes *Reſiduo* Tempore. *Exaudi* Domine *Gemitus* Aſſidue *Lachrymantium:* Veniam *Impende* Vitiorum: *Amator* Innocentium. *Vivifica* Lugentes *Vivificator* Inclyte. *Non* Contemnes *Exulantes* Homines. *Miſerere* Valde *Miſeris* Creator *Optime* Hominum *Chriſte* Ieſu *Salvator* Noſtrum *Nobiliſſime*: Libera *Infirmas* Animas *Exulum* Ieſu *Benigniſſime*: Salva *Miſeros* Et *Veniam* Nobis *Tribue*. Humiles *Nos* Exaudi *Infirmiſſimos* In *Hora* Mortis *Horribili* Lumen *Concede* Iucundum *Omnium* Conſolator *Normaque* Humilium. *Anno M.D. 7. Cal. Aprilis ſcripſi ego Ioannes Trith. Abbas Spanheim.* ℨ.

Poſtquam has aut alias quaslibet literas ſigno Urielis principis conſignatas in fine, acceperitis, cui mittuntur, in arte peritus, faciat inprimis, quæ novit ſecundum artem facienda, & dicat conjurationem.

*Conjuratio 2.*

Vriel aſlan pemaſon coſayr chameron chulti fabelmeron dayr pean cathurmo meroſyn erſoty chalmon ſauepo meduſe rean Cameroſyn.

*Clavis & Senſus.*

aFlAnCoSaYrChUlTiDaYrCaThUrMoErSaTySaVePoReAn.

*Senſus.* Fac ſicut dictum eſt ſupra.

Dicto carmine inviſibilis ſpiritus miſſus apparebit in forma ſibi conſueta, omniaque ſibi ab operante ſive mittente commiſſa fideliter revelabit, & ſecretiſſimè, ita, ut nemo circumſedentium quidquam poſſit percipere vel audire; ſemperque arcanum manebit ſecretum.

*Tenor occultus.*

**Noch hint umb Eins commen wail gerüſt an di Feltport da will ich uch in laiſen heimlich.**

## CAP. XXXI.

### Cujus Princeps Supremus Vocatur Bydiel, Habens Sub Suo Dominio Duces 20, Comites Vero 200, Servorum Incertus Est Numerus: Sunt Multi Valde.

Adhuc unus reſtat è ſpiritibus ſupremis, nobis ad operationem Steganographiæ deputatus: ultimus quidem in ordine, ſed cum primis dignitate: cujus nomen ratione officii ſui vocatur Bydiel, habens ſub imperio ſuo duces 20, comites ſive ſubduces 200, famulos & ſervos complures. Habent hi duces cum comitibus inter ſe certum ordinem, & quoties ab operante vocati fuerint, veniunt duces 2. cum 20 comitibus, & apparent in forma humana, placidi & prompti ad omnia viciſſim inter ſe mutantur, ut cum primo anno duces vocati fuerint, poſtea comites, in ſecundo comites pro ducibus vocantur.

| | 𝔑. | | 𝔑. | | 𝔑. | | 𝔑. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Mudriel | 20 | 20 | 200 | 20 | 200 | Charobiel | 20 |
| Crucham | 20 | 20 | 200 | 20 | 200 | Andrucha | 20 |
| Bramſiel | 20 | 20 | 200 | 20 | 200 | Meraſiel | 20 |
| Armoniel | 20 | 20 | 200 | 20 | 200 | Parſifiel | 20 |
| Lameniel | 20 | 20 | 200 | 20 | 200 | Chremoas | 20 |

Habemus jam hic ex principibus & comitibus Bydielis decem ſignatos nominibus ſuis, qui nobis pro præſenti, ſufficiunt ad omnem operationem noſtram in Steganographia, cum ſervis multis, qui ordinem ſuum obſervare noverunt ſecundum imperium ducum & principum. Cum autem per iſtos in hac arte operari volueris, præmiſſis præmittendis dic conjurationem.

*Clavis.*

Modus tandem 31, & ultimus præſentis libri, duas à principio vacantes & duas recipit ſignificativas alternatim, cum ad finem deventum fuerit, denuo ab exordio verſus finem, quæ antea fuerunt otioſæ, occulto inſerviunt.

*Conjuratio 1.*

Bydiel marchan chameroſi philtres maduſe vear caſmyron cralnoti pean deuoon ſabelros eltida camean ucor, oniel vear thyrſo liernoti ianos prolſato chanos elasry peanon elſathas melros notiel pen ſoes probys chyras lasbroy maucar iothan liernoti chrymarſon.

*Clavis*

*Clavis & Senſus.*

mArChAnPhItTrEsVeArCrAlNoTiDeUoOnElTiDaVeOr VeArLiErNoTiPrOlSaToElAsRyElSaThAsNoTiElSoEsChYrAs MaVeArLiErNoTi. *Senſus.* A capite vacant duo & duo valent poſtea reſtantes etiam valent.

Carmine dicto, ſicut oportet, ſpiritus vocati ſtatim apparebunt viſibiles, pulchrè incedentes, & tanquam amici ſe mutuò complexando ducentes, eruntque tibi voluntarii ad omnia obedientes.

*Arcanum mihi ſit qualecunque.*

Arcanum mihi eſt, quod cupio ſcire amicum procul abſentem valde ſecretum: ſubſtantiam concernit occultam, quam neceſſe eſt amittere, ſi myſterium quolibet modo contigerit publicari. Unde non homini, non literis, ſed ſolis ſpiritibus committo perferendum, quos novi & ſecuros & fideles.

*Joannes Tritbemius, Abbas Spanheimenſis, Rutgero Sicambro S. D. & præſentem Magni Baſilii dicat oratiunculam.*

*Gloria Ineffabilis* Beatitudinis *Eternæ Bonis Exercitiis* Humilibusque *Acquiritur. Sedulis Nunc* Lachrymis *Tergite Errata Mortales* Deum *Amate Adorantes Nomen* Sanctum Illius. *Tramitem Ieſu* Chriſti Humilis *Crucifixi Humiliter* Diſcite Imitari *Semper Illi* Reddentes Honorem, *Dulciter Ardentes* Amore Benigniſſimi *Noſtri Salvatoris.* Glorificate Et *Exaltate Laudabilem* Bonitatem Ejus *Benedicite Sanctum* Nomen Zelantes *Bonitatis Incendium* Vanos Honores *Deſpicite: In* Adverſis Laudes *Referre Diſcite:* Devotionis Exercitium *Amate, Humilitatem* Nobiliſſimam Virtutem *Excolite: Ieſum* Nos De *Morte Eripientem Salvantemque* Exultate. Vale. 7. Calend. April. Anno Nativitatis Dom. M. D. *nn.*

Suſcipiens autem literas amicus, in arte Steganographiæ antea peritus; cognito charactere Bydielis, præmiſſis his, quæ ſunt ex more præmittenda, generaliter dicat conjurationem.

*Conjuratio 2.*

Bydiel maslo chameron theory madias near fabelron thiamy marfoy vear pean liernoty calmea drubes: Thubra pleory malreſa teorty melchoy vemo chosray.

*Clavis & Senſus.*

mAsLoThEoRyNeArThIaMyVeArLiEeNoTiDrVbEsPlEo RyTeOrTyVeMo. *Senſus.* Alternatim valent duæ per totum.

Carmine dicto, ſpiritus adſtabit viſibilis duntaxat illi, qui eum vocavit; referet tibi commiſſa integrè atque fideliter.

*Tenor occultus oratiunculæ.*

**Behalt das ich dir hab geben zu halden undt ſe/gib es nemant ich ſi dan ſelbs bi dir daheime.**

## CAP. XXXII.

### IN QUO PRÆSCRIPTORUM FIT QUÆDAM NECESSARIA RECAPITULATIO, INSERUNTUR CAUTELÆ NONNULLÆ, QUÆ VOLENTIBUS EXERCERE ARTEM STEGANOGRAPHIÆ SUNT OBSERVANDÆ.

Poſtquam (DEO maximo ſuper benedicto laus) non ſine ingenti & continuo labore officia ſpirituum ſupremorum Steganographiæ noſtræ præ cæteris faventium deſcripſimus; ne volentes per eos operari contingat errare in ordine, nominibus, characteribus, ducibus vel comitibus: neceſſarium duximus generalem omnium tabulam pro memoria in hoc capitulo ordinare.

| | | | ℜ. | | ℜ. | | ℜ. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. | Pamerſiel | α | 1000 | 1000 | 100 | 10 | k. |
| 2. | Padiel | β | 1000 | 2000 | 100 | 10 | k. |
| 3. | Camuel | γ | 10 | 10 | 0 | 100 | k. |
| 4. | Aſeliel | δ | 10 | 20 | 0 | 200 | k. |
| 5. | Barmiel | ε | 10 | 20 | 10 | 200 | k. |
| 6. | Gediel | ζ | 20 | 20 | 00 | 200 | k. |
| 7. | Aſyriel | η | 20 | 20 | 10 | 100 | k. |
| 8. | Maſeriel | θ | 30 | 30 | 00 | 300 | k. |
| 9. | Malgaras | ι | 30 | 30 | 10 | 200 | k. |
| 10. | Dorothiel | λ | 40 | 40 | 10 | 400 | k. |
| 11. | Uſiel | μ | 40 | 40 | 30 | 300 | k. |
| 12. | Cabariel | ν | 50 | 50 | 50 | 500 | k. |
| 13. | Rayſiel | ξ | 50 | 50 | 40 | 400 | k. |

14. Sy-

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 14. | Symiel | αα | 10 | 1000 | 0 | 4 | k. |
| 15. | Armadiel | ξ | 1000 | 180 | 10 | 800 | k. |
| 16. | Baruchas | ο | 10 | 180 | 0 | 100 | k. |
| 17. | Carneſiel | π | 1000 | 300 | 1000 | 300 | 1000 |
| 18. | Caſpiel | ϛ | 200 | 400 | 200 | 400 | 200 |
| 19. | Amenadiel | σ | 300 | 500 | 300 | 500 | 300 |
| 20. | Demoriel | τ | 400 | 600 | 400 | 600 | 400 |
| 21. | Geradiel | υ | 200 | 100 | 40 | 30 | 60 |
| 22. | Buriel | φ | 100 | 10 | 10 | 100 | θ. |
| 23. | Hydriel | χ | 10 | 20 | 100 | 200 | θ. |
| 24. | Pyrichiel | ψ | 40 | 30 | 200 | 10 | θβ. |
| 25. | Emoniel | ω | 10 | 20 | 100 | 20 | θ. |
| 26. | Icoſiel | ββ | 10 | 300 | 100 | 30 | θ. |
| 27. | Soleviel | γγ | 20 | 20 | 20 | 20 | θ. |
| 28. | Menadiel | δδ | 100 | 20 | 30 | 10 | θν. |
| 29. | Macariel | εε | 40 | 30 | 20 | 10 | θδ. |
| 30. | Uriel | ζζ | 20 | 10 | 40 | 30 | θκ. |
| 31. | Bidiel | ηη | 30 | 40 | 100 | 20 | κβ |

In hac tabula poſuimus unum & triginta ſpiritus principales, qui præſunt, quilibet in officio & in ordine ſuo omnibus operationibus Steganographiæ noſtræ, de quibus in hoc primo libro noſtro ſumus locuti, ſupponentes unicuique characterem, ſibi appropriatum; numerum & ordinem Principum, Ducum, Comitum, Servorum & Subſervientium, in propriis gradibus quoque ſubjungentes, ne quis in hac arte ſtudere cupiens propter diverſitatem operationum incidat in errorem. Magna quidem hujus artis myſteria non niſi à ſtudioſiſſimis viris penetrari poſſunt, illis videlicet, quos amor ſecretorum & natura promoveat ad perſcrutandum, & qui deſiderio ſcientiæ conſequendæ nullum ſubire laborem honeſtum & poſſibilem recuſent. Homines autem pigri obtuſique ingenio, & quos nec amor incendit ad ſtudium ſecretorum ſapientiæ, nec natura juvat, cum hanc noſtræ adinventionis artem ſecretiſſimam intelligere nequiverint, non nobis imputandum, ſed ſuæ potius, ſocordiæ, pigritiæ & malitiæ adſcribendum intelligant. Quippe qui aut voluptatibus carnis mundialibusque curis immerſum habentes ingenium, his perluſtrandis cum diligentia vacare nequeunt, aut ſe jam ſapientes

aut

aut doctiſſimos arbitrantes, noſtras compoſitiones tanquam indignas ſuis lectionibus contemnunt? Aderunt etiam nonnulli ita priſtinis alieniſque traditionibus asſueti, ut quicquid in illis non didicerint, aut impoſſibile aut ſuperſtitioſum arbitrentur, nihil iſtis ad hujus profundæ artis ſcientiam ineptius, qui aut nolunt, aut nequeunt altiſſima ejus ſpeculari; cæterum eos qui & apti & voluntarii ſunt ſtudere, in hac arte (ſi qui futuri ſunt) ut proficere poſſint, in fine hujus libri paucis admonere ſtatuimus, inprimis monendi ſunt quatenus artem ipſam teneant ſemper occultam, ne pravorum manus & notitiam penetrent, qui multa & execranda ſcelera per ipſam facerent. Nam etſi ars ipſa per ſe veraciter ſit bona, tamen ejus practica non minus ad malum per impios, quam ad bonum conduceret per bonos; maneat ergo inter bonos ſecretum, quod noceret in malos publicatum. Nec tamen ſcientiam boni propterea debebunt contemnere, quia malis ad malum proficit, ſicut nec gladium ſpernit qui hominem proſternit. Deinde monendi ſunt hujus artis ſtudioſi, ne præſumant ad operandum in ea procedere, niſi prius in omnibus, quæ requiruntur ad practicam ſcientiam perfectè fuerint inſtituti: non enim me fugit, quantis rem periculis ſubjiciant, qui minus periti in ea operari aliquid tentaverint aliquando.

Item, qui bene inſtitutus in hac ſcientia voluerit operari per eam, diligenter obſervare meminerit (ſecundum ea, quæ diximus, tam in circulo, quam in ſingulis tabulis atque capitulis) differentiam, loca, nomina, ordines & officia ſupremorum ſpirituum, duces quoque eorundem, & quot ſint comites in numero: quem ordinem obſervent, & quot præſint ſubſtitutis, ut noverit hæc in conjuratione exprimere, niſi enim omnia iſta diligenter cuſtodierit artis operator, non poterit proficere, nec ad intentionis ſuæ effectum pervenire. Rurſus diligenter attendat, quando unusquiſque & ad quæ officia ſive arcana nuncianda ſpiritus ſit vocandus, & ad quam orbis plagam habitet, ne erret vel in locis vel in omnibus ſingulorum aliquorumve quos vocare voluerit.

Item ſit aviſatus omnis in hac ſcientia operaturus, ut attendat diligentiſſimè, ut conjurationum verba debitè pronunciet, in quibus magna vis operationis noſtræ conſiſtit; quoniam, dum in conjurationibus error committitur, ſpiritus vocati & vocandi non ſolum

lum non obediunt, ſed etiam omnino reluctantur. Conſequenter præmonitus ſit, ne alterum vocet pro altero, ſed unumquemque in ordine, tempore & officio ſuo, quemadmodum à nobis pene in omnibus iſtius libri capitibus ſufficienter eſt dictum. Nam ſi vel ex errore vel ex qualibet alia negligentia, alterum vocaverit pro altero, nihil in operatione ſua proficeret, ſed periculum ſibi potius provocaret.

Item in conjurationibus, ut ſpiritus, qui vocatur, cum ſuis ſubſtitutis exprimatur ex nomine, & cauſa vocationis ante ſtatuatur in intentione, nec fiat operationis actus in rebus levibus & prophanis, quas alter alteri alioquin ſine periculo, ſive per literas, ſive per nuncios ſecurè poterit intimare. Non enim, niſi in magnis & arduis nunciandis, quæ publicata vel damnum vel periculum inferrent operanti, hac arte utendum eſt.

Item neceſſarium eſt omni operanti in hac arte ſcire naturas ſpirituum, qui ſint boni, qui mali, qui prompti & benevoli ad obedientiam, qui duri atque rebelles, rurſus, qui nocturnis operationibus præſint, & qui diurnis, quia niſi naturas ſpirituum, antequam incipiat operari, noverit, cum difficultate maxima proficiet, & facile vertetur in ſtuporem.

Item, qui ſpiritus vocati coram operante apparent viſibiles; præmiſſo verbo arcano, committat duci ſive comiti mentis ſuæ ſecretum, verbis debitis, & appropriatis ſub ſilentio: quia non eſt opus ad ſpiritum loqui voce extenſa, ſed utatur ſubmiſſa. Cavendum etiam ſummopere tam operanti quam recipienti, ne in aliorum hominum hanc artem ignorantium præſentia operentur, quicquam ad Steganographiam pertinens, dum ad locum ſecretum poſſunt habere acceſſum. Quod ſi nequiverint eſſe ſoli, ſed coactos inter alios operari contigerit, agant tam ſecrete, tam prudenter, & cum tanta induſtria, ut præſentium nullus quicquam de præſentia ſpirituum intelligat. Sunt enim omnes ſpiritus in miniſterium iſtius artis deputati ejuſmodi naturæ & conditionis, ut & tumultum hominum penitus deteſtentur & fugiant, & publicum odiant conventum. Item cavendum quoque eſt operanti, ne ſpiritum quoque ſine literis, vel ſaltem charactere imperatoris ejus dirigat: quoniam, ubi ipſum characterem impreſſum non conſpicit, obedire vocanti & ar-

 canum

canum perferre alicui penitus contemnit. Literas autem duplici ex cauſa mittimus, quamvis arcanum ſine literis per ſolum ſpiritum nunciare poſſemus: ut videlicet homines perferentes characterem à ſuſpicione ſervemus, & ſpiritum ipſo charactere alligatum, amico ad obediendum coarctemus.

*Clavis.*

Poſtquam Autor unum & triginta modos Steganographiæ, ſub ſpirituum nominibus, officiis & conjurationibus velatos hucusque totidem capitulis deſcripſit, nunc in præſenti capitulo ſimul omnes breviter complectitur, & ſingulorum nomina, proprietatesque ex ordine ob oculos ponit, ut uno intuitu lector eos poſſit comprehendere. Cautelas deinde nonnullas infert, quæ Steganographiæ ſtudioſis diligenter ſunt obſervandæ; quarum

I. Eſt: Ne artis ſtudioſi præſumant in ea operari niſi prius in omnibus fuerint bene inſtituti copiamque habeant perfectæ Latinitatis, ſi enim vel parum oratio fuerit coacta, oritur ſuſpicio pro difficultate materiæ operanti periculoſa.

II. Artis ſtudioſi bene animadvertant, per quem modum operentur, quomodo literæ ſenſus myſtici ſint in orationem apertam coercendæ, quot & quænam dictiones apertæ orationis valeant aut vacent.

III. Conjurationum ſenſum bene intelligant, utpote in quibus tanquam regulis tota vis operationis conſiſtit, nam & minimus error totam ſæpiſſimè confundit operationem.

IV. Ne artis ſtudioſi his modis in ſcribendo utantur, niſi ſit res magna & ardua, & cujus manifeſtatio damnum cauſaret & periculum, in rebus enim levibus hos modos adhibere fruſtranei eſſet laboris, & ſuſpicionem deinde in rebus magnis facilè provocaret.

V. Cum aliis alii modi ſint faciliores aut difficiliores, omnium naturam ſcire operator debet, ne ingentem aliquando ſine neceſſitate ſubeat laborem.

VI. Ne utatur hâc arte in aliorum hanc artem ignorantium præſentia, ſive literas ad amicum mittendo, ſive ab eo recipiendo, ſuſpicionem enim cauſabit & periculum.

VII. Denique, ut operator cuivis modo proprium conſignet characterem, eumque literis apponat; in quo enim ſi erraverit, vel omittendo, vel alium adponendo, nunquam amicus mentem illius intelliget.

*Finitur liber primus Steganographiæ Joannis Trithemii Abbatis Spanheimenſis 6. Cal. April. M. D.*

STEGA-

# LIBER SECVNDVS STEGANOGRAPHIÆ JOANNIS TRITHEMII, ABBATIS SPANHEIMENSIS,

*AD SERENISSIMVM PRINCIPEM,*

## DOMINVM PHILIPPVM,

COMITEM PALATINVM RHENI, DVCEM BAVARIÆ, SACRIQVE IMPERII ARCHIDAPIFEREM, AC PRINCIPEM ELECTOREM.

## *PRÆFATIO.*

*In præcedenti libro, DEI ſummi auxilio freti, unum & triginta per ordinem ſpiritus ſupremos artis noſtræ Imperatores cum Ducibus, Comitibus & Servitoribus ſuis nobis ad operationem neceſſariis non ſine magno ſudore digeſſimus, quorum etſi ad omnium arcanorum nunciationem, quantumlibet ſecretam, miniſteria copiosè omni operanti ſufficiant, ne quid tamen eorum, quæ ad perfectionem hujus artis conducere poſſunt, videremur omittere, libro primo ſecundum ſtatuimus copulare, cum autem ſingulis horis diei & noctis ſpiritus ſinguli per quorundam ſapientum traditionem ſint ad varios operationes, diverſosque & mirandos effectus deputati, placuit nobis eorum ordinem duntaxat, non ſuperſtitionem imitari, ut ſumamus ſine chriſtiani nominis læſione ab eis, quod nobis ad noſtrum conducit propoſitum: Reliqua vero, tanquam magicis artibus plena, & fidei noſtræ contraria ſpernendo, tranſeamus; ſingulis itaque horis tam diurnis quam nocturnis deputatos per decretum Salomonis, cognominati Hermetis in ſuo de Magia volumine ſpiritus principales, tanquam artis ſupremos Imperatores cum cæteris officialibus, nobis ad operationem propoſitam ne-*

 *ceſſa-*

*ceſſariis aſſumentes proſequemur, dabimusque & modum & doctrinam omnibus in hac arte ſtudioſis, quibus mentium ſuarum conceptum ſecretum & arcanum qualibet horâ tutiori conſilio patefaciant amicis; Quilibet namque princeps, ſuis ſpiritibus ducibus, comitibus & ſervitoribus tanquam ſpeculator præſidet, ad cujus præceptum vocati à nobis legitimo carmine veniunt, arcana commiſſa perferunt, & ſe nobis obedientes promptosque in omnibus oſtendunt. Sed cum denuò ſpirituum mentionem ſum habiturus, rurſus mihi reor eſſe præfandum, nihil in hac arte noſtra haberi frivolum, nihil evangelicæ traditioni, aut Catholicæ fidei contrarium, nihil omnino tradi ſuperſtitioſum, omnia enim, quæ vel in præcedente volumine diximus, vel in ſequentibus dicturi ſumus, naturalibus licitis & honeſtis ſunt ſubnixa principiis, ſolùmque peregrinis inſtitutionibus velatum myſterium, & verba nominibus involuta ſpirituum, lectorem requirunt eruditum; utimur enim miniſterio ſpiritus ad velandum ſecretum, quod noceret reprobis publicatum; & ne quis in horarum ſupputatione ex errore deficiat, horas planetarum tam in die quam in nocte nos accepiſſe noſcat.*

## *Clavis.*

In præcedenti libro unum & triginta Steganographiæ modos Trithemius noſter non ſine magno ſudore digeſſit, per quos, myſtici & arcani ſenſus literis in valore & poteſtate naturali manentibus, quidvis tutò, ſecretò, & ſine ulla ſuſpicione ſcienti artem poterit nunciari; Subjungit nunc in præſenti libro alios 24. modos ad imitationem 24. diei & noctis horarum ſuperioribus multò tutiores & ſecuriores; quorum tres quidem ultimi myſticum ſenſum in ſyllabas & dictiones integras diſſecant, & eos hoc modo integras orationi apertæ ſine ulla ejus vel læſione vel ſuſpicione includunt. Priores vero 21. literas quidem ſingulas cum libro ſuperiori narrationi apertæ accommodant, ſed prius callidè diſpoſitas, ut nulla ſe ipſam ſignificet, ſed aliam omnino naturam induat. Cum ergo, quantum quidem ad propoſitum, ſint 22. literæ alphabeti hoc naturali ordine ſe invicem ſequentes:

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x z

Fient, ſi ordine hoc manente alphabetum transponatur, 21. ordinatæ transpoſitiones, & ſingulæ literæ cum ſingulis ex ordine correſpondebunt, ita, ut primo ſub a ponatur b deinde c d &c. v. g.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x z
b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x z a

In Alphabeto ita diſpoſito b valet a f valet e &c. ſique vellem ſcribere dictionem: Petrus, ita in habitu ſuo novo procederet: Qfusxt.

Nomina

Nomina Horarum literam initialem gerunt illam, quæ in hac literarum tranſpoſitione correſpondet cum A, & ſic ex literis Horarum initialibus Alphabeti tranſpoſitio horæ illi propria immediate cognoſcitur. Primæ horæ nomen omiſſum eſt, reliquarum vero nomina ordine alphabetico ſequuntur.

Ceuorym, Danzur, Elechym, Fealech, Genapharym, &c.

Spirituum ratio eadem, quæ in libro ſuperiori. Ducum verò nomina ex alphabeto illius Horæ, cui præſunt, mutuata initialium literarum correſpondentia facilem patiuntur explicationem. v. g. in hora Genapherym dicta hæc eſt alphabeti diſpoſitio:

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x z
g h i k l m n o p q r s t u x z a b c d e f

Nomina vero ſpirituum ſunt in ordine ſuperiori: Arnebiel, Gamyel, Nedabar. Ubi vides, quod A correſpondeat cum G, & G cum N. Eadem eſt ratio de reliquis.

Conjurationum eadem clavis, quæ ſupra, niſi quod dictiones, quæ in alternatione primò vacabant expletis valentibus etiam valeant. v. g. in hora Ceuorym.

Anael otiel aproiſy rachymas, thulnear layr meuear theor cralnotiel amerſoty mouear phroys lierto mear urneſa elty famelron. *Quæ ita diſponitur:* otiel rachymas layr theor amerſoty phroys mear elty approyſi thulnear meuear cralnotiel mouear lierto urneſa.

## *CAP. I.*

SAMAEL, SUPREMUS IMPERATOR, PRIMÆ HORÆ DIEI PRÆSIDET: QUI HABET SUB SUO IMPERIO DUCES, COMITES ET SERVOS COMPLURES, QUOS MITTIT IN HAC HORA TANTUM VOCATOS AD OPERANTEM IN STEGANOGRAPHIÆ EXPERTUM.

Primæ horæ diei, quæ in ortu ſolis ſumit exordium, ſpiritus & imperator Samael dicitur, qui habet ſub ſuo imperio duces, comites & ſubſervitores complures: qui vocati per operantem in hac hora duntaxat in Steganographia veniunt, Arcanum, quod eis committitur, perferunt, ſed venire extra horam penitus contemnunt; Et nota, quod Duces, & primi Samaelis principes rarò mittuntur ab eo in miniſterium hujus ſcientiæ: quippe, qui magicis & nocturnis illuſionibus hominum concitandis gerunt officium: Comites autem cum ſervitoribus ſuis ad miniſterium hujus artis ſpecialiter deputati ſunt, in quod etiam ſine Ducum præſentia crebrius mittuntur: qui,

cum ſint ex ſupremo inter ſpiritus ordine, aliquantulum ſuperbos ſe & rebelles exhibere vocantibus ſolent, nec facile alicui niſi peritiſſimo in arte Steganographiæ ſine labore & periculo obtemperant, procaces enim ſunt & ad illuſiones irriſionesque hominum promptiſſimi, deridentque & ſubſannant maximè illis quos in arte Steganographiæ minus offenderint eſſe peritos; Eos autem, quos audaces, conſtantes, & expertos in arte ipſa conſiderant, reverentur & metuunt, eorumque mandatis cum tremore & reverentia promptiſſimè ſemper obediunt; Jam itaque ex comitibus eorum, qui nobis ſunt neceſſarii in operationibus Steganographiæ hac horâ, nomina referemus.

| ℜ. | | ℜ. | ℜ. | ℜ. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Ameniel | Brumiel | 10 | 100 | 1000 | μ | ν. |
| Charpon | Neſtoriel | 10 | 100 | 1000 | α | β |
| Daroſiel | Chermas | 10 | 100 | 1000 | 10 | 20 |
| Monaſiel | Mereſin | 10 | 100 | 1000 | 20 | 20. |

Habeamus jam ex Ducibus magni Samaelis 4, & ex Comitibus totidem, ex ſervitoribus ex triplici ordine 4440, quorum miniſterium ad omnem operationem artis Steganographiæ, quo ad primam horam diei copioſè nobis ſufficit.

Cum itaque in prima hora diei operari in arte volueris, characterem Domini aſcendentis ſcribe in ſchedulam primò, deinde Lunæ, poſtea reliquorum Planetarum omnium, ſecundum ordinem conſuetum, & in fine characterem ſigni eadem horâ aſcendentis, cumque hoc compleveris, ſcribe in dorſo ejusdem ſchedulæ iſtam conjurationem cum ſilentio, tacens.

## *Clavis.*

Primus hic modus alphabetum ita diſponit ordine naturali, ut dictum eſt, ut ſecunda litera fiat prima, & ſic pro A capiatur B, pro B capiatur C, & ſic conſequenter uſque ad finem alphabeti, tum literæ ſenſus myſtici ex novo hoc alphabeto in alias transformantur, & literis ſecundum modos in primo libro traditos accommodantur: in præſente exemplo omnes literæ initiales ſunt ſignificativæ: Alphabetum vero ita diſponitur.

Poteſtas. A b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x z.
Character. b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x z a.

Con-

*Conjuratio.*

Samæl afluar, onayr, Myſcolayr, Madiel Culriel naniel Nabruys ſatiel, Atharbiel nadian naslo ranialcoha Pemarſon.

*Clavis & Senſus.*

aFlVaRmYsCoLaYrCuHiElNaBrVySaThArBiElNaSlOoNaYrMaDiElNaNiElSaTiElNaDiAnRaNiAlCoHa. *Senſus.* Für jeglichen Buſtaben ſo nimb den neſten darnach.

Hac conjuratione ſcriptâ in ſchedula, ut præfertur, pulchrè, clarè & diſtinctè; literas mittendas ad eum, quem volueris ſcire arcanum, aptabis in quacunque forma tibi placuerit, quia nihil refert quales, modo nullum in ſe ſecretum contineant, literæ mittendæ formatæ fuerint. Deinde literis etiam ſcriptis voca unum aut duos ex comitibus ſecundum ordinem, ſi multis vicibus in hac ipſa hora diei prima operaris, & dic conjurationem præſcriptam ex eadem ſchedula fortiſſimâ intentione, nihil metuens, qua rite completa ſpiritus vocati ſtatim apparebunt tibi viſibiles in forma familiari, ſibique conſueta placidi, benevoli, ad omnia promptiſſimi ſervitiis occurrentibus: quibus accedentibus committe principaliori inter eos arcanum tuum, dicens: Ameniel tibi per virtutem occultam hujus conjurationis mando, ut ad Albertum Goëler de Ravenſpurg Præfectum in Creuzenach quantò citiùs pergas, eique ex meo nomine dicas ſic vel ſic. His dictis ſubjunge verbum ſecretum, quod non eſt ſcribendum, ſtatimque ſpiritus avolabit, literas autem charactere Samaelis obſignatas (ſicut moris eſt) per nuncium mitte, in quibus nullum contineatur ſecretum, & quæ nullius vereantur conſpectum.

*Arcanum ſit qualecunque occurrit.*

Sit arcanum magnum arduumque ſecretum, qualecunque pro tempore occurrit, & tale, quod nulli debeat communicari, nec literis credendum, ne Tabellionibus: quia non eſt in hac arte maximè per ſpiritus ſecundi voluminis operandum, pro parvis levibusque cauſis, quæ alias per literas nunciari poſſunt.

*Literas ſuper his formabis ad placitum.*

*Majeſtas Katholicæ Fidei Cunctis Firmiter Servanda Hominibus Felicitatem Vitæ Sempiternæ, Xſto Famulantibus Spopondit. Tenete Katholicam Fidem Chriſtianam, Glorificate Omnipotentem, Fugientes Tumultum Vanitatis. Nemo Pravorum Operum Vitam Beatam Habebit. Homo Fidelis Sequatur Xſtum Tramite Virtutum. Operibus Bonis Decoratur Integritas: Et Katholicum Nomen Xſtianâ Fidelitate Servatur, Nam Pravus Homo Fidem Obnubilat: Xſtus Odit Temerarios Amatque Xſtianos Exercentes Katholicas Operationes, Tranquillitatem Venerantes. Ioannes Trithemius Abbas Spanheimenſis, edidi Kalendis Aprilis M. D. 00.*

Cum litteras acceperit, cui mittuntur, in arte peritus, præmittat ea, quæ ſunt ex generali artis inſtitutione præmittenda: & dicat præſcriptam conjurationem, eo modo & ritu, quibus prædiximus in ſchedula ſcriptum cum charactere domini aſcendentis, cæterisque expreſſis. Mox autem, cum conjurationem compleverit, ſpiritum videbit præſentem, quo viſo imperterritè dicat:

*Conjuratio 2.*

Penador aneval, ſolmeniel plianu ſavear, Caſchanti Liernoti, Maduran.

*Clavis & Senſus.*

aNeVaLpLi AnUcAsChAnTiOlMe Ni El SaVe Ar Li Er No Ti. *Senſus.* Nulla vacat omnes valent.

His dictis ſileat, & videbit ſpiritum appropinquantem ad ſe & commiſſum arcanum referre in aurem ſecretè, atque ſecurè, quem ſine timore ita audiat cum magna induſtria, ut ſi aliquis circumſederit ne vel nutu vel verbo ſpiritum indicet præſentem.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

M K F C F S H F V S X F S T K F X G O F T U

l i e b e r g e t r u e r s i e u f n e s t

N P O U B H H F S X T U O B D I E K N X F S N P

m o n t a g g e r u s t n a c h d i m u e r m o

H F O X O T A X E K O T U.

g e n u n s x u d i n s t.

*Tenor.* Lieber Getruer ſie uff neſt Montag gerüſt nach dim Vermögen uns zu Dinſt.

## *CAP. II.*

### Hora Secunda Diei Vocatur Ceuorym, Cujus Princeps Et Supremus Spiritus Est Anael, Qui Habet Sub Suo Imperio Duces 10, Comites, Centuriones, Præsidentes 100, Servorum Et Subservorum Non Est Certus Numerus.

Præſidens & Imperator ſecundæ horæ diei principalis vocatur Anael, qui habet ſub ſuo imperio deputatos in miniſterium hujus artis Steganographiæ duces 10, comites, centuriones, & præſidentes omnibus ſpiritibus ſuis 100, ſervorum adhuc mihi non eſt certus numerus. Hora autem diei ſecunda vocatur Ceuorym, in quo mirabiles operationes fiunt cunctis ſtupendæ hominibus. Iſtius Imperatoris ſpiritus omnes ſunt ſatis benevoli, jucundi, hilares, & ad obediendum operanti in arte promptiſſimi: modo ſit peritus in arte, fortis animo conſtans & bene intelligens.

| | R. | | R. | | R. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Menarchos | Orphiel | Quoſiel | 10 | 100 | G | n |
| Archiel | Curſiel | Ermaziel | 10 | 100 | G | n |
| Chardiel | Elmoym | Graniel | 10 | 100 | G | n |

In hac tabula poſuimus ex ducibus Anaelis 3, ex comitibus 6, & ex ſervorum numero 330, qui nobis ad omnem operationem Steganographiæ in hac ſecunda hora diei per ſuos ordines miſſitando ſufficiunt.

Cum itaque in hac hora volueris aliquid in Steganographia operari, ſcribe in munda ſchedula characterem Domini Aſcendentis, & ſecundum ordinem ſequentem illam cæteros planetas ac noviſſimè ſignum domus XII. cum encauſto facto ex materia iſtius artis. Deinde ſcribas in dorſo prædictæ ſchedulæ iſtam conjurationem cum ſilentio, facie conversâ ad ſolem.

*Clavis.*

Nunc alphabetum ita diſponitur, ut tertia litera fiat prima, ut hic

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Poteſtas. | A | b | c | d | e | f | g | h | i | k | l | m | n | o | p | q | r | s | t | u | x | z. |
| Character. | c | d | e | f | g | h | i | k | l | m | n | o | p | q | r | s | t | u | x | z | a | b |

Tum ſenſus myſticus in alphabeto ſuperiori acceptus in alios characteres inferioris Alphabeti transformatur & orationi cum libro primo inſeritur. Res clara eſt, hinc ne juſtò ſim prolixior claves reliquorum capitum conſultò omiſi, tum quia ex conjurationibus, literis ſpirituum initialibus, ac numeris

res primo intuitu comprehenditur, tum quia clavis hujus præfationis toti difficultati ſufficit. Nec in dictionum valentium variatâ tranſpoſitione & methodo tanta oritur diverſitas, quæ plus requirat inſtructionis.

*Conjuratio 1.*

Anael otiel aproyſi rachymas, thulnear layr meuear theor cralnotiel amerſoty mouear phroys lierto mear urneas elty famelron.

*Clavis & Senſus.*

oTiElRaChYmAsLaYrThEoRiAmErSoTyPhRo YsMeArElTyPrOySiThUlNeArMoVeArLiErToVrNeAs

*Senſus.* Tertia litera eſt prima & poſt unam valet una.

Conjuratione ſcriptâ fac cætera, quæ noſti ſecundum artem ficienda; Deinde carmen ſub ſilentio dicas, & ſpiritum mox videbis præſentem, hilarem, jucundum, atque benevolum ad omnia, cui arcanum committas ſecurè.

*Arcanum ponamus quodcunque.*

Sit nobis arcanum qualecunque pro tempore occurrens, quod nec literis videatur utiliter, nec tabellioni committendum. Vocentur ex ſpiritibus Anaelis dux & comes unus, vel alter eorum, ut libet. Committatur principaliori ſecretum debito modo, ſicut oportet ſecundum artis præceptum: & fideliter perferet. Tenor literarum ſit familiaris.

*Joannes Trithemius Abbas Spanheimenſis, Wilhelmo Veldico, Canonico S. Auguſtini in valle Franconis, Con-Philoſopho, Salutem.*

*tuis* R*eſpondere literis* G*auderem, ita* X*tus me* G*audere faciat,* T*ranſmitteremque volumina* F*lagitata, ſi* T*andem habuiſſem.* Z*elatus ſum* E*nim pro* M*aximis atque* G*raviſſimis occultis* T*ractatoribus naturæ* Z*elo bono,* Q*uem habuere* P*hiloſophi antiquiſſimi.* H*abeo autem* T*ibi gratias* L*onge immortales* F*rater mi* D*ulciſſime, qui* G*lutinum mutui* T*enuiſti ſemper inviolatum.* h*oc* E*nim familiari* N*egotio, quod* G*ravi modeſtiâ* D*iligentiſſimè procurâſſe* V*ideris, plane* C*ognovi quod* F*actum laudo,* G*ratiasque habeo*

Nun-

*Nunquam morituras. Itaque morem Gerere tuis Petitionibus maximè Cuperem, ſi Poſtulata, (novit Xſtus) haberem. Ficiati varias Translationes nuper Latinas vidi: Pici mirandulani Excellentiſſimi viri Multa volumina Fulgentiſſima legi, Ippolitum vidi Græcum: ſi Translatus ſit Penitus, neſcio. Veritas ſumma Xtus novit Cui nihil Tenebræ occultant, Ex corde Morem tibi Gerere cupio Poſtulanti. rogo Zelato virtutem Zelo rectitudinis: Laudes honoresque Perituros contemne. Laudem exiſtima Veram præcedentem Xſtum imitari. Fac rogo Quatenus ſacerdos Exiſtas operibus, Xſtumque omni, Quo vivis Tempore diligas. Verus amator Xſti fervet Zelo juſtitiæ; Nihilque præponit Xſti mandatis; Quoniam novit Timorem dei Zelum animi Optimum amor Beatitudinis deum Zelotem amando. Vera anima Requies & Cognitio ſalvatoris Piaque obſervantia Katholicæ traditionis Gloriam ſempiternam Omnibus præparat. Ieſus chriſtus, Glorioſus bonorum Omnium largitor Conferat tibi Eternitatis amorem Katholicum, ſacerdotem Xſtianorum efficiens. Vale. A. Kal. April. Anno M. D. n.*

Cum litteras miſſas acceperit is cui miſſæ ſunt in arte peritus: præmiſſis generaliter præmitti conſuetis ordinet Dominum aſcendentis cum cæteris: quæ ſunt de more in chartula, dicatque conjurationem præſcriptam, quâ dictâ ſpiritus miſſus apparebit viſibilis, ad quam converſus intrepidè dicat.

*Conjuratio 2.*

Fabelmeruſin paslotiel liertos ryneas melchus thyrmo nydran vear padroys.

*Clavis & Senſus.*

pAsLoTiElRyNeAsThIrMoVeArLiErToSnElChVsNyDrAn.

*Senſus.* Alternatim valet ſecunda.

Completo hoc carmine ſpiritus mox blandus accedet, reſerabitque commiſſam fideliter: Caveat autem omnis in hac arte operaturus, tam is, qui mittit ſpiritus, quam ille, ad quem fuerit deſtinatus, ne in publico vel inter alios, qui non ſunt hujus artis periti, quicquam operari præſumant; quia omnes ſpiritus horarii amant ſecretum & publicum deteſtantur, & ſine periculo non abirent.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

R G X G T F T Z E M G T Z Q P H T L F D G
p e t e r d r u c k e r u o n f r i d b e
T I E N G D V C F G N I G P C P X F T L P E M F J G T
r g c l e b s a d e l g e n a n t d r i n c k d g e r
P V X C T E M G P Z Z L P L V X F Q E X Q T V X Z N X Q
n s t a r c k e n v v i n i s t d o c t o r s t u l t o
T Z O B Z V R C P K G O I G O C E K X.
r u m z u s p a n h e m g e m a c h t.

*Tenor*. Peter Drucker von Fridberg Clebſadel genant/ drinckt gern ſtarcken Win/ iſt Doctor ſtultorum zu Spanhem gemacht.

## CAP. III.

### Cujus Hora Vocatur Danzur, Et Spiritus Ejus Imperator Supremus Est Vequaniel, Qui Habet Sub Suo Dominio Duces 20, Comites 200, Servorum Non Est Numerus.

Tertia hora diei vocatur Danzur, cujus ſupremus ſpiritus & imperator vocatur Vequaniel, habens ſub ſuo imperio duces 20, comites 200, ſervorum incertus eſt numerus. Horum officium eſt ad omnia generale, ſuntque ſatis prompti atque benevoli in omnibus, quæcunque eis fuerint commiſſa, & fideles & ſecuri, nec ſunt involuntarii ad obedientiam, ſed vocati in publico ſine læſione aut periculo vocantis minimè poſſunt; Amant enim ſecretum ſicut & cæteri omnes, qui horis & earum operationibus præſunt: Nomina verò omnium non novi, ſed paucorum tantum, quæ revelantibus ipſis in hanc tabulam redacta nobis ſufficiunt.

| R. | | R. | | R. | | R. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Asmiel | Drelmech | Gemaril | 20 | 20 | 200 | 200 |
| Perſiel | Sadiniel | Xantiel | 20 | 20 | 200 | 200 |
| Murſiel | Parniel | Serviel | 20 | 20 | 200 | 200 |
| Zœſiel | Comadiel | Furiel | 20 | 20 | 200 | 200 |

In hac tabula nominatos habemus ex ducibus 4, ex Comitibus 8, & ex Servitoribus eorundem innumeratos 1730, qui nobis ad omnes hujus artis operationes in hora tertia diei ſufficiunt, cum ergo volueris in hac hora ſpiritum pro aliquo numero perferendo ad amicum vocare, non pauciores quam ad minus duces duo, comites totidem, cum

cum ſervis eorum vocentur: ſi autem plures vel pauciores vocare volueris, poteris quidem, ſed oportebit conjurationem habere ad imperatorem univerſalem, ſine cujus mandato non violant ordinem ſuum ſpiritus. Itaque ſcribe in chartam novam characterem Domini aſcendentis, cæterosque per ordinem planetarum cum ſigno domus duodecimæ, eo modo, quo inſtitutio artis requirit, in dorſo chartæ ſcribe iſtam conjurationem.

*Conjuratio I.*

Vequaniel, odiel mesry revoy ſotiel mear iamy otiel aslo fian irſoti breotion dreary fabelmeruſin.

*Clavis & Senſus.*

oDiElReVoYmEaRoTiEllrSoTiDrEaRymEsRySoTiEllaMyAs LoFiAnBrEoTiOn. *Senſus.* Der Vierte iſt der Erſte im Alphabeto.

Conjuratione ſcripta, ſubjunctisque his, quæ requiruntur ex arte, dic eam voce ſubmiſſa, ne à quoquam audiatur: & ſtatim venient ſpiritus vocati, quos ut videris, committe potiori ſecretum, quem facile cognoſces ex habitu, quia ſemper qui primus eſt, inter cæteros ſpiritus coronatus apparet.

*Arcanum ſit qualecunque.*

Secretum tibi ſit qualecunque ad amicum abſentem, quod nec literis, ne à quopiam legantur, ſit committendum; nec tabellioni, ne quavis occaſione aut pretio corruptus aut metu te tradat in publicum, voca ſpiritum horæ deputatum, committe illi arcanum, nil metuens: perferet fideliter. Literas formemus ad placitum.

*Ioannes Trithemius Abbas Spanheimenſis, Arnoldo Boſtio Carmelitæ Gandavenſi, Conphiloſopho, ſalutem & charitatem.*

*cum te* Amatorem *Artium humanitatis noverim*, Devotum Chriſtianæ *fidei cultorem*, Maximumque Fautorem *omnium philoſophorum*, Libenter Gratificor *petitionibus tuis* Mirâ Voluptate *amicitiæ adductus.* Librum De *ſcriptoribus prænotatum* Eccleſiaſticis Katholicisque *doctoribus, tibi* Hortanti Ecce *transmitto, ut* Habeas, Quo *animum oblectes:* Codicem Autem *hermetis &* Libros Dionyſii *de ſpiritibus*, Opusque Grande *eventis de* Hybernis Quaſtionibus *mihi remittas*, Xſtus Dignetur *cordis noſtri* Oculos Zelo *ſerventiſſimo ſui* Amoris Exornare *faciatque nos* Habere Amorem,

*cœleſtium bonorum, Atque Deſideriis infimis exutos Vanos Honores doceat contemnere Quatenus Artis ſublimia, naturæ Quoque Grandia ſecreta penetrare Queamus, Habeamusque continuum ad Philoſophiam Deſiderium, purificare affectus, Quo Katholicam fidem ſemper Honeſtiſſimis Exornemus moribus virtute Humilitatis Quotidie meliores effecti Gaudia Deſpiciamus caduca, non Quæramus Placere hominibus, tene Magnum Verbum: philoſophus es, Dimitte Omnia & invenies Omnia: Horam ſuſpicare proximam Mortis: Quatenus paratus occurras. Vale. 3. Cal. Apr. M. D.* xx.

Cum literas quaſcunque charactere Vequanielis obſignatas acceperis, ſcribe figuram Domini Aſcendentis & domus XII. cum cæteris, quæ requiruntur ad artem, in ſchedula nova, & in dorſo ejusdem conjurationem prædictam; & ſtatim ſpiritus miſſus apparebit viſibilis; quem mox ut videris, dic carmen iſtud.

*Conjuratio 2.*

Fameron aprois liernoti ſtadiuear diuiel ſauean lamerſy.

*Clavis & Senſus.*

aPrOiSsTaDiVeArSaVeAnLiErNoTiDiViEl. *Senſus.* Poſt duas valent duæ.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

A A D X M F L G M V L D E K H E H Q C A L D O G H Q
u u a s i c h d i r h a b g e b e n z u h a l d e n
X D O Z A E H A A D V H Q A Q G Q H P D Q K H E H
s a l t u b e v v a r e n u n d n e m a n g e b e
Q G D Q P M V D O O H M Q.
n d a n m i r a l l e i n.

*Tenor.* Was ich dir hab geben zu halden ſaltu bewaren und neman geben/ dan mir allein.

## CAP. IV.

### Cujus Hora Vocatur Elechym, Et Supremus Spiritus Horæ Vocatur Vathmiel, Qui Habet Sub Suo Imperio Duces 10, Comites 100, Servorum Non Est Certus Numerus, Per Quos In Quarta Hora Fit Operatio.

Quarta hora diei vocatur Elechym, cujus ſupremus angelus appellatur Vathmiel, qui habet ſub ſe deputatos ad hanc artem Steganographiæ duces nominatiſſimos 10, comites vero 100, ſervorum infinitus

nitus eſt numerus; habentque officium nunciandi generaliter omnia arcana, & ſunt valde boni, benevoli & obedientes ad omnia quæcunque jubentur: verum ſecreti amatores tumultus hominum valdè deteſtantur. Ergo cave, ne inter alios conſtitutus, qui non ſunt in arte periti aliquid per eos operari attemptes, quia nec facile conjurati accederent, & ſine tuo periculo non abirent. Cuſtodi omnia, quæ tibi præcipimus, & habebis magnum in hac ſcientia profectum.

| ℜ. | | ℜ. | | ℜ. | | ℜ. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Ammiel | Emarſiel | Jermiel | 10 | 100 | 100 | 100 |
| Larmilh | Permiel | Thuroz | 10 | 100 | 100 | 100 |
| Marſiel | Queriel | Vaneſiel | 10 | 100 | 100 | 100 |
| Ormiel | Strubiel | Zasviel | 10 | 100 | 100 | 100 |
| Zardiel | Diviel | Hermiel | 10 | 100 | 100 | 100 |

Habemus in hac tabula ex Ducibus Vathmielis 5, ex Comitibus verò 10, & ſervorum numero 1550, quorum miniſterium nobis ad omnem operationem Steganographiæ ad quartam horam eſt ſufficiens. Cum itaque in hac hora volueris operari: characterem domini aſcendentis & domus duodecimæ cum cæteris ſcribe in charta novâ & in ejus dorſo iſtam conjurationem, ſicut decet.

*Conjuratio 1.*

Vathmiel adres rheareſo rafe theoty venofi ſayr fatiel caſa irſoti verotiel doelro fabelmeruſin.

*Clavis & Senſus.*

aDrEsRaFeVeNoFiFaTiElIrSoTiDoEsRhEaReSoThEoTySaYrCaFaVeRoTiElRo. *Senſus.* Der Fünffte iſt der Erſte & ſic fürter.

Deinde poſteaquam præmiſeris ea, quæ ſunt ex more præmittenda: eandem conjurationem ſubmiſſâ voce dicas, & ſtatim ſpiritus vocati aderunt, ad minus unus dux, & unus comes, cum ſervitoribus eorum, prompti ad obediendum tuis mandatis.

*Argumentum ſecreti nuntii.*

Sit arcanum qualecunque magnum & valde ſecretum, quod nullum omnino ſcire velis præter unum, voca ſpiritus horæ deputatos, quot volueris, & committe principaliori ſecretum, literas ſcribe in quacunq; forma volueris, in quibus nihil contineatur ſecretum, & quæ nullius omnino vereantur conſpectum.

*Ioann. Trithemius Abbas Spanheimenſis, ordinis Sancti Benedicti, Rutgero Vencaio Sicambro Canonico ordinis Divi Patris Auguſtini Cœnobii Dametenſis, S.*

ea Quæ mihi Solvenda propoſuiſti Xſto adjuvante Reſolvi; an Beni, tu, Qui propoſuiſti, Ferto ſententiam. Referam tibi Breviter facta Rem ſtupendam. Retulit mihi Nuper frater Quidam amicus Quoque unus Nu ultimus Reſuſcitatum fuiſſe Iuvenem ad Xſti invocationem Ex mortuis Referentem miranda, Horrendaque apud Inferos, pravorum Xſtianorum narrantem Tormenta, eorum Scilicet, qui Xſtum perversè Agendo crucifixerunt, Illius maximè Reos, quod Benigniſſimæ redemptionis Beneficium obliti, Exterunt ſemper Chriſto ingrati, Horribiliaque pati Eos, qui Beneficiorum Bene vivendo Noſcebantur ingrati, Peccatisque occæcati Neglexerunt futura Gaudia voluptates Mundi ſectantes, Qui commiſſis Negligentiis remordentibus Amariſſimè clamabant: Merito iſta Suſtinemus, qui Redemptori generis Humani ſemper Ingrati fuimus; Chriſtiani nomine Actione gentiles Terrenas conſolationes Miſeri ſemper Inquiſivimus: quare Chriſtum offendimus? Heu nos Infæliciſſimos mortales! Multa alia Iuvenis reſuſcitatus Nobis retulit, Quæ ſcribere Penitus jam Non valeo, Gravibus negotiis Maximè præpeditus. Ideoque frater Chriſti veſtigia Zelosè imitemur Gratias ſemper Mitiſsime ſalvatori Noſtro agentes, Rogantes quatenus Indulgeat nobis Reatus commiſſos. Vale 3. Calend. April. λλ.

Cum literas acceperit is, cui mittuntur in arte peritus, obſervet Dominum aſcendentis, ejusdem horæ & ſignum domus duodecimæ ſcribatque eorum characteres cum cæteris in charta, cum aliis, quæ requiruntur ad operationem, dicatque poſtea conjurationem ſupra dictam & viſo ſpiritu iſta verba.

*Conjuratio 2.*

Cameruſin aproyſi lierto Thulnear venean maveas fabelron.

*Clavis & Senſus.*

aPrOySiThVlNeArMaVeAsLiErToVeNeAn. *Senſus.* Poſt unam valet una.

His dictis accedet ſpiritus miſſus, & commendatum ſibi arcanum fideliter & ſine periculo revelabit.

*Clavis*

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

QSXR. BQF. RBR. RNQ. QNRIX. ER. HIX. TSK
morn. umb. nun. nim. miner. an. der. por
AIR. BBEX. HE. BBNP. NGM. QNA. MSRHIXA.
ten. uuar. da. uuil. ich. mit. hondert.
TMIXHI. MINQPNGM. IXZGMNRIR.
pherde. heimlich. erſchinen.

*Tenor.* Mo numb Nün nim miner an der Porten war, da will ich mit hondert Pherde heimlich erſchinen.

## CAP. V.

CUJUS HORA VOCATUR FEALECH, ET SPIRITUS IMPERATORQUE SUPREMUS APPELLATUR SASQUIEL, HABENS SUB SUO IMPERIO DUCES 10, COMITES 100, SERVORUM MAXIMUM NUMERUM.

Quinta hora diei vocatur Fealech, & ſpiritus ejus nominatur Sasquiel, Imperator magnus & potens, qui habet ſub ſuo imperio inter multos duces 10, comites 100, cum famulis eorum: in miniſterium diverſarum & maxime ſecretarum artium & hujus ſcientiæ noſtræ deputatos. Et notandum, quod duces raro vocantur in hora quinta ad operationes Steganographiæ, quia non ſunt ſemper neceſſarii, cum comites unà cum ſervis ſibi deputatis ad omnem operationem nobis copiosè ſufficiant; ſi quis tamen etiam ex ducibus videre aliquos, poteſtateque uti eorum voluerit, poteſt vocare unum, duos aut plures, & venient ſine mora, qui ſatis benevoli ſunt & prompti ad obediendum operantibus.

| | N. | | N. | N. | N. |
|---|---|---|---|---|---|
| Damiel | Jameriel | Omerach | 10 | 100 | 1000 |
| Araniel | Futiniel | Lameros | 10 | 100 | 1000 |
| Maroch | Rameriel | Zachiel | 10 | 100 | 1000 |
| Sarapiel | Amiſiel | Fuſtiel | 10 | 100 | 1000 |
| Putiſiel | Uraniel | Camiel | 10 | 100 | 1000 |

Ex ducibus Sasquielis jam nominatos 5. habemus, ex comitibus vero 10, & ex ſervorum numero 5550, quorum miniſterium ad omnem operationem præſentis horæ ſufficit, cum itaque operari per aliquem ex prædictis ad Steganographiam in quinta hora diei volueris, ſcribe characterem domini aſcendentis domus duodecimæ cum cæteris,

quæ ad artem requiruntur, in chartula munda, & in ejus dorſo conjurationem iſtam, eo, quo ſcis modo.

*Conjuratio I.*

Sasquiel adres Rhetroſeti, roſiel emelto ſatu olmeniel inſoti ſavear nave nodiel liernoti chameſon.

*Clavis & Senſus.*

aDrEsRoSiElSaTuInSoTiNaVeNoDiElRhEtRoSeTiEmElTo OlMeNiElSaVeArLiErNoTi. *Senſus.* Der Seſte iſt nun der Erſte & omnes valent.

His completis, cæterisque neceſſariis ſubjunctis, dic ipſam conjurationem ſicut oportet; ſtatimque videbis ſpiritum, quem vocaſti, viſibiliter præſentem, cui arcanum ſecurè committere potes.

*Argumentum nunciandi arcanum.*

Sit nobis arcanum qualecunque ad amicum, quod ſcire præter ipſum velimus neminem, ſitque tale, quod nec literis tutò committitur nec tabellionibus. Vocemus unum ex comitibus Sasquielis ſupra dictis: committamus illi ſecretum, literas adjungamus charactere illius conſignatas, tutique erimus.

*Literarum tenor ad placitum.*

*Joannes Trithemius Abbas Spanheimenſis, Religioſo fratri Nicolao Baſelio ex Durckheim Monacho Hirſaugienſi &c.*

*SanctamObedientiam Bone Frater Humilitatemque Negligis, Benedicti Conſtitutiones Labefactas, Relatione Omnium Succeſſivè Convenientium Cognovi, Te Zelum Bonum Odio Habere, Normam Religionis Katholicamq; Obedientiam Spernere, Operibus Artibusque Secularibus Occupari, Bone Frater Quid Agis, Turbaſti Nos, Fatuosque Zelaris Bilingues, Odium, Amaritudinem, Rixas Contentionesque Amas, Odis Bonitatem, Es Contentioſus, Superbus Bilinguis Fatue Quid Agis? Tempus Adeſt Ocyus Secundum Iuſtitiam Corrigendi Zelosè Has Negligentias Tuas, Zelumque Amaritudinis Flagellis Humilitatum Niſi Occurras Humiliter Nobis Infringere: Officio Zelare Cogimur Contra Omnia, Quæ Actitas Fidei Moribusque Katholicis Seditioſa.* Vale. ex Spanh. Cal. April. Anno M. D. μμ.

Cum literas acceperit is, cui mittuntur in arte peritus, cognito charactere Sasquielis, præmiſſisque præmittendis ex more, dicat ſupra dictam conjurationem, & ſtatim ſpiritus miſſus apparebit, & ſe viſibilem exhibebit. Quo viſo mox dicat illa verba. *Con-*

*Conjuratio 2.*

Fabelmeruſin, aneval, vear plyan cralti penanſon.

*Clavis & Senſus.*

aNeVaLpLiAnVeArCrAlTi. *Senſus.* Nulla vacat.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

S O B. F H N B. C L. R O F. C C T Z B. O H N. R K O S. O<br>
n i t. a c h t. u f. m i n. v v o r t. i c h. m e i n. i<br>
A. S O B. F Q A T. N F Z B. O A. R C A. O B E C S B. F Q A T.<br>
s. n i t. a l ſ o. h a r t. i s. m u s. i t z u n t. a l ſ o.<br>
A O S. I A Z H N. T Z A F H N. O H N. I O Z. C C O Q. A<br>
s i n. d u r c h. o r s a c h. i c h. d i r. v v i l. ſ<br>
F M K S.<br>
a g e n.

*Tenor.* **Nit acht uf min Wort/ich min es nit alſo hart/ is muß itzunt alſo ſin/ durch Orſach/ ich dir wil ſagen.**

## CAP. VI.

### Cujus Hora Vocatur Genapherym, Et Spiritus Ejus Imperator Supremus Appellatur Saniel, Qui Habet Sub Se Duces Et Comites 110, Cum Multis Famulis.

Sexta hora diei vocatur Genapherym, & angelus ejus eſt Saniel magnus & potens in operationibus ſuis, qui habet ſub ſuo imperio duces 10, & comites 100, ſervos 5550, in miniſterium diverſarum operationum deputatos, qui nobis ad omnia, quæ per Steganographiam in hac hora voluerimus operari, ſufficiunt.

Duces tamen rariùs vocantur, licet prompti ſint & valdè voluntarii ad obediendum mandatis noſtris, quia comites eorum officia, ut plurimum peragere conſueverunt, cum in aliis experimentis magicis ſæpè occupentur.

| | ℜ. | | ℜ. | ℜ. | ℜ. |
|---|---|---|---|---|---|
| Arnebiel | Gamiel | Nedabar | 10 | 100 | 100 |
| Choruch | Jenotriel | Permon | 10 | 100 | 100 |
| Meduſiel | Lameon | Braſiel | 10 | 100 | 100 |
| Nathmiel | Traſiel | Camoſiel | 10 | 100 | 100 |
| Pemiel | Xamion | Evadar | 10 | 100 | 100 |

Hh 2 Habe-

Habemus ex ducibus Samielis hic nominatos quinque, ex comitibus 10, & ex ſervorum numero 5550, per quos fit operatio Steganographiæ in ſexta hora diei; cum itaque per hos ſpiritus operari volueris, fiat omnino in loco ſecreto, & ſi ducem unum aut plures vocare volueris, in tua ſit poteſtate, quamvis non ſit opus, quia comites ad omnia intimanda nobis ſufficiunt, itaq; ſcribe in chartula munda characteres planetarum & ſignorum conſuetos & in dorſo ejus conjurationem.

*Conjuratio 1.*

Samiel aſiel Thebrean pothyr erſoti mear pornys layr moas meroſin.

*Clavis & Senſus.*

aSiEl PoThIrMeArLaIrThEbReAn ErSoTi Po RnIs MoAs.

*Senſus.* Septima litera eſt prima.

Deinde præmiſſis præmittendis, dic eandem conjurationem eo ritu, quo nôſti, ſtatimque ſpiritus vocatus aderit, ad omnia promptus & alacer, quem mittas procul aut prope ad amicum, ut perferat ſecretum.

*Argumentum Secreti.*

Arcanum qualecunque habueris ad quemcunque in arte Steganographiæ peritum, per ſpiritus Samielis in ſexta hora diei ſecure mittere potes, quia ad omnia intimanda generales ſunt, & in commiſſis omnino fideles, ſi debito modo in omnibus ſecundum præcepta noſtra proceſſeris.

*Literarum tenor ad placitum.*

*Humillimis Lamentis Orantes Gratiam Remiſſionis Conſequemur, Gemitibusque Recipiemus Reatuum Libertatem; Homines Aſſiduo Pœnitentes Lætitiam Merito Percipient, Juſtitiæ Operibus Katholicam Pietatem Adornantes: Benignitatis Legem Tenebunt Katholicæ Laudem. Omnes Liberabit Piiſſimus Salvator, Remiſitque Peccata Indulgentiam Optantibus. Diligentibus Tramitem Katholicæ Religionis Gaudia Percipient Beatitudinis, Bona Poteſtas Libertatis, Tramitem Legis Servantibus. Glorioſe Triumphabunt. Beatitudinem Lucidam Obtinebunt Lumine Trinitatis.* Anno M.D. Cal. Apr. Joan. Trith. Abbas ſcripſit. *w.*

Cum has literas acceperit is, in arte peritus, cui mittuntur, præmiſſis præmittendis dicat conjurationem, & mox ſpiritus miſſus apparebit, quem ut præſentem viderit dicat hæc verba.

*Conju-*

*Conjuratio 2.*

Charmes pormeniel vear ſaſevy liernoty noty erſy Melron.

*Clavis & Senſus.*

pOrMeNiElSaSeVyNoTyVeArLiErNoTyErSi.

*Senſus.* Omnes ſunt valentes.

His dictis, ſicut in arte præcipitur, ſpiritus accedet propius, commiſſumque ſibi arcanum fideliter & ſecretè revelabit.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

HLOGKC. GRRL. HAPLM. PIO. KPA. BLTKL.
b e h a l t. a l l e. b r i e f. i c h. d i r. ſ e n d e.
OLPSRPIO. DTK. RGPB. BPL. TLSGT. BLOLT.
h e i m l i c h. u n d. l a i s. s i e. n e m a n. ſ e h e n.

*Tenor.* Behalt alle Brief/ ich dir ſende heimlich/ und laiß ſie neman ſehen.

## *CAP. VII.*

### Cujus Hora Vocatur Hamarym, Et Spiritus Ejus Barquiel, Habens Sub Suo Imperio Duces 10, Comites 100, Servorum Mihi Non Est Certus Numerus.

Septima hora diei vocatur Hamarym, & angelus ejus appellatur Barquiel, qui habet ſub ſuo imperio duces 10, comites 100, ſervorum magnus & incertus eſt numerus, quorum omnium miniſteria per vices & ordines ſuos ad omnem Steganographiæ operationem in hora diei ſeptima nobis abunde ſufficiunt. Cum autem operari volueris per ſpiritus prædicti imperatoris in ſeptima hora, non voces pauciores, quam ad minimum unum ducem, & unum comitem, qui habent ſervos ſibi deputatos, quilibet in ordine ſuo: ut autem habeas ad manum nomina aliquorum ducum & comitum, per quos queas operari, tabulam attende.

| R. | | R. | R. | | R. |
|---|---|---|---|---|---|
| Abraſiel | Harmiel | Pasriel | 10 | 10 | 100 |
| Farmos | Naſtrus | Veneſiel | 10 | 10 | 100 |
| Neſtoril | Varmay | Evarym | 10 | 10 | 100 |
| Manuel | Tulmas | Druſiel | 10 | 10 | 100 |
| Sagiel | Croſiel | Kathos | 10 | 10 | 100 |

Hic nunc habes nominatos ex ducibus 5, ex comitibus 10, & numeratos ex ſervorum ordine 600. Duces & comites vocantur ex nomine, & ſunt ſatis prompti ad obediendum vocanti in omnibus, quæ pertinent ad hujus artis miniſterium, cum itaque per eos operari volueris, ſcribe in charta munda characteres domini aſcendentis domus 12. cum cæteris ex more ſcribendis, & in dorſo ejus ſcribe iſtam conjurationem ſecundum artis præcepta, ut ſcis.

*Conjuratio 1.*

Lamedon moſco Erſoty Tharvean: dayr lays emel Thebrean raſoti bamerſon.

*Clavis & Senſus.*

mOsCoThArVeAnLaIsThEbReAnErSoTyDaIrEmElRaSoTi.

*Senſus.* Octava litera eſt die Erſt.

Deinde ſubjunctis, quæ ſunt ex more artis ſubjungenda, dic ipſam conjurationem cum forti intentione, ſicut oportet, & ſtatim ſpiritus vocati viſibiles apparebunt; Arcanum non comiti, ſed duci committas, niſi forte comitem ſine duce vocaſti, quod etſi fieri poſſe non nego, tamen ſecundum præceptum artis ad minus dux unus cum comitibus, quod volueris, vocandus eſt.

*Argumentum Secreti ut vis.*

Arcanum tibi ſit qualecunque ad amicum, quod nulli alteri velis eſſe commune, ideo neque litteris neque tabellionibus confidendum: quia utrobique fraus intervenire poteſt, voca ex ſupra dictis ſpiritibus quot volueris, committe potiori arcanum, nihil metuens, quia boni & fideles ſunt ad omnia.

*Literarum forma ſit ad placitum.*

*Ioannes Trithemius Abbas Spanheimenſis, ſtrenuo militi Henrico de Bunanw, Conphiloſopho ſtudioſiſſimo, ſalut. dicit.*

*commendaveram* Libros *tibi* Meos *ſub* Conditione *reſtituendi*, Miles *chariſſime* Bunane, *ſed* Ecce *minimè* Eos *reſtituiſti*, Quos *tu* Brevi *remittere* Debuiſſes, *contra* Legem *facis* Quam *fides* Katholica *de* Promiſſione *ſancivit* Non *differas*, Quod *promiſiſti* Solvere *cunctis*. Non *decet* Bonum & Honeſtum *virum* Ortum *parentibus*, Majoribusque *nobilibus* Violare *promiſſum*, Promiſeras *autem* Eros *brevi* Diligentiſſimè *remittere* Levitatis *eſt* Quaſi *ad* Kalen-

*Kalendas græcas* Promiſſionem *differre.* Nonne *ſatis* Exſpectavi *cum* Benevolentia *grandi,* Maxima *promittere* Turpiſſimum *eſt* Minima *reddenti.* Militem *ornat* Bona *fides,* Quod *gravius* Crimen *accommodatum* Denegare *promiſſum;* Nec *decet* Chriſtianum *nolle* Servare *condictum,* Iubet *autem* Chriſtianæ *legis* Conſtitutio *ſervare* Promiſſum, *reddere* Mutuum & Quod *tibi* Deſideras *fieri* Etiam *aliis* Viciſſim *facere* Libenter *oportet.* Ego *libros* Expoſtulo *meos,* Quos *tibi* Supplicanti *accommodaveram.* Longiores *excuſationes* Quos *ad* Kalendas *græcas* Promittis *dimitto,* Mentem *meam* Brevibus *tenes* Nomen *tuum* Honeſtumque *genus* Bunawenſium *conſidera,* Mihique *mea* Volumina *remitte.* Vale. ex Spanh. 4. April. Anno M.D. ee.

Cum has litteras aut quaslibet alias acceperis ab eo, qui ſpiritum ad te miſit, cognito ſigno Barquielis obſerva in eadem hora Domini aſcendentis & ſcribe characterem ejus cum cæteris ad chartam mundam, & conjurationem ſcriptam in dorſo leges occultè ſicut oportet, & ſtatim ſpiritus miſſus apparebit, quem mox ut videris, dic iſta verba ad eum.

*Conjuratio 2.*

Meſarym Burne Theor alveas, casvean cralti lierto aply charmoys.

*Clavis & Senſus.*

bVrNeAlVeAsCrAlTiApLyThEoRcAsVeAnLiErTo.

*Senſus.* Una vacat altera valet.

His dictis, ſpiritus propius accedens revelabit tibi arcanum commiſſum ſibi fideliter, ſed vide, ut ſis fortis, conſtans & imperterritus in omnibus.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

L M C M B. E E Q B D. L Q K P. N Q S. N B H O M V. P E D.
d e s e r. v v i r t. d i c h. f i l. f r a g e n. h ü t.
L Q R P. N E B. M T M. M B. Q C D. N X S. I X C P M Q D.
d i c h. f ü r. e m e. e r. i s t. f o l. b o s h e i t.
E V L. E E Q S. L Q K P. M B N H B M V.
u n d. v v i l. d i c h. e r f a r e n.

*Tenor.* Deſer wirt dich fil fragen/ hüt dich für eme/ er iſt fol Boßheit/ und wil dich erfaren.

CAP.

## CAP. VIII.

### Cujus Hora Vocatur Iafanym, Et Angelus Ejus Dicitur Osmadiel, Qui Habet Sub Suo Imperio Duces 10, Comites 100, Servorum Incertus Est Numerus.

Octava hora diei vocatur Jaſanym, & ſpiritus ejus principalis appellatur Osmadiel, ſecundum Picatricem in magicis, qui habet ſub imperio ſuo duces 10, comites 100, ſervos innumerabiles deputatos, non ſolum ad operationem Steganographiæ noſtræ, ſed etiam ad multa experimenta magica, & dicit Salomon Judæus cognomento Hermes in libro de natura ſpirituum, quod omnes iſti prænominato Osmadieli obedientes & ſubjecti duces & comites in diverſis transformationibus ad libitum operantis venire conſueverunt, quemadmodum ab operante juſſi fuerunt, ſed jam aliquorum nomina ponamus.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Saviel | Demarot | Mariel | 10 | 10 | 100 | 100 |
| Amalym | Janoſiel | Remaſym | 10 | 10 | 100 | 100 |
| Chroel | Larfuti | Theoriel | 10 | 10 | 100 | 100 |
| Meſial | Vemael | Framion | 10 | 10 | 100 | 100 |
| Lanthotz | Thribiel | Ermiel | 10 | 10 | 100 | 100 |

Ex ducibus quinque & ex comitibus 10 jam nominatos in tabula habemus, qui nobis ad omnem operationem hujus horæ ſufficiunt, cum autem per eos operari volueris in Steganographia, ſcribe in chartula munda cum characteribus & conjurationibus conſuetis, & primo ſubjunctis ſubjungendis, dic ipſam conjurationem ſcriptam, quæ eſt talis.

*Conjuratio 1.*

Osmadiel aneor erſoty neas hays layr Caphrayn thelreas Mear penarſy.

*Clavis & Senſus.*

aNeOrNeAsLaIrThElReAsEr SoTiHaIsCaPhRaInMeAr.

*Senſus.* Nona litera eſt hic prima.

Hoc

Hoc conjurationis carmine dicto, ſpiritus vocati aderunt, prompti & obedientes ad omnia, Arcanum Duci committas non comiti, niſi ille fuerit abſens, quia ſemper principaliori inter venientes debet commendari.

*Argumentum ſecreti ad placitum.*

Sit nobis arcanum qualecunque (quod velimus ſcire amicum procul abſentem) & tale quod non velimus venire ad alicujus alterius notitiam, ut ſæpe contingere poteſt; ne ergo vel Tabellarius Myſterium qualibet occaſione revelet, vel in manus peregrinas literæ perveniant, operemur, & ſpiritum erimus ſecuri.

## *Joannes Trithemius Abbas Spanheimenſis, ordinis ſancti Benedicti, Domino Conrado Abbati S. Stephani Herbipolenſi ſalutem dicit.*

*exiit* Rumor *de* Lymburgenſi *abbate,* Quod *dimiſerit* Fratrem *joannem* Feilsdorffenſem *virum* Fidelem *&* Temporalium *rerum* Maximè *peritum,* Novosque *introduxerit* Monachos *pantimoranos* Ipſosque *ſibi* Deputaverit *officiales.* Miror *vehementer* Factum *inutile,* Veruntamen *cum* Recorder *conſuetudinem* Lymburgenſium, *neſcio* Quid *dicam;* Temporalium *ſiquidem* Rerum *ſunt* Neſcii *ideoque* Dimiſerunt *virum* Fidelem, *quoniam* Facta *eorum* Redarguebat, *qui* Debuiſſent *gratias* Dixiſſe *ſalvatori* Noſtro *jeſu* Chriſto *pro* Fidelitate *tanti* Fratris, *qui* Relevare *eorum* Neceſſitates *potuiſſet.* Miſeri *quare* Repellitis *bonum* Neceſſariumque *adjutorem,* Quid *dicam?* Non *laudo* Receſſum *tam.* Vtilis *fratris* Temporaliumque *peritiſſimum* Rerum, *qui* Lymburgenſibus *ſubveniſſet* Quam *citiſſimè* Doleo *vehementer* Ita *deſipuiſſe* Lymburgenſes *monachos* Qui *virum* Dimiſerunt *optimum* Et *monachos* Nihil *penitus* Valentes *in* Rebus *temporalibus* Economos *conſtituerunt.* Machari *abba* Non *ſic* Virum *decebat.* Primo *laudaſti* Nunc *repuliſti* Tibi *virum* Multum *neceſſarium,* Nullique *poſtponendum* Fateor *ſi* Chriſtus *eum* Mihi *dediſſet* Illi, *ut* Chriſtianum *decet* Maximas *gratias* Nunc *agerem* Curaremque *ſedulo,* Ne *diſcederet* Vnquam, *ſed* Maluiſti *virum* Fidelem *pravorum* Fatuo *conſilio* Fatigatum *dimittere* Ne *videretur* Rebus *tuis* Deſertis *ſpes* Eſſe *recuperationis. Ex Spanh. 3. Non. Apr. M.D. cc.*

Cum literas iſtas, vel quaslibet alias receperit, ſigno Osmadielis ſignatas, is, cui mittuntur in arte peritus, præmiſſis præmittendis

dicat conjurationem præſcriptam, & mox ſpiritus miſſus viſibilis apparebit, quem ut videris dic.

*Conjuratio 2.*

Menaſon Aproyſy elmovo Thulnear aslierto Mavear veneas Cralnoti permaſon.

*Clavis & Senſus.*

aPrOySyThVlNeArMaVeArCrAlNoTiElMaVoAsLiErTo VeNeAs. *Senſus.* Poſt unam vacantem valet una.

His dictis nuntius ſpiritus arcanum tibi manifeſtabit.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

RLQ.FFFTMN. MID. MF. VRLQ. TRAD. FFRD
i c h. v v u l d e. d a s. d u. m i c h. l i e s. v v i s-
DNX. FFRN. MRN. QMRVTRLQ. DILQ. DEN
s e n. v v i e. d i e. h e i m l i c h. s a c h. s t e.
VRE. MNV. PNTMN. FXM. IXMNCNV. MF. FF
m i t. d e m. g e l d e. u n d. a n d e r e m. d u. v v
NRDE.
e i s t.

*Tenor.* Jch wulde/daß du mich ließ wiſſen/wie die heimlich Sach ſte/mit dem Gelde/und anderem du weiſt.

## CAP. IX.

### Cujus Hora Vocatur Karron, Et Nomen Angeli Ejus Est Quabriel, Habens Sub Suo Imperio Duces 10, Comites 100, Servorum Non Est Certus Numerus.

Nona hora diei vocatur Karron, & ſpiritus ejus principalis appellatur Quabriel, qui habet ſub ſuo imperio multos & pene innumerabiles duces, comites & ſervos, è quibus in miniſterium hujus artis noſtræ Steganographiæ deputati ſunt ex ducibus 10, & ex comitibus 100, qui ſervos deputatos ſibi multos habent in ordinibus, in primo ordine ſunt 10, in ſecundo 20, in tertio 30, in quarto 40, in quinto 500, in ſexto 600, in ſeptimo 700, in octavo 1000 & 80, in nono 90000, in decimo vero ſunt 100000, ſed raro per omnes ordines vocantur ſpiritus, & ſi vocati fuerint; non omnes, ſed aliqui cum ducibus & comitibus ſuis ſecundum imperatoris juſſionem venire conſueverunt;

runt; Dixit autem Raziel magnus in libro ſuo de præſtigiis & transformationibus, quod iſtorum ſpirituum maximus eſt numerus, & ordines ſuos ſinguli in omnibus miniſteriis & officiis diligentiſſimè cuſtodiunt, & Salomon Hermes Judæus de natura ſpirituum dicit, iſtos apparere ſolitos in ea forma, quam operans in arte deſcripſerit, in ſua voluntate, ſed nunc aliquorum ducum & comitum exponamus.

| 𝔑. | 𝔑. | | | 𝔑. | | 𝔑. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aſtroniel | Kranos | Trubas | 10 | 10 | 10 | 100 |
| Charmy | Menas | Xermiel | 10 | 10 | 10 | 100 |
| Pamory | Braſiel | Lameſon | 10 | 10 | 10 | 100 |
| Damyel | Neſarim | Zaznor | 10 | 10 | 10 | 100 |
| Nadriel | Zoymiel | Janediel | 10 | 10 | 10 | 100 |

Hic jam habemus nominatos duces 5, comites decem, numeratos ex ſervis ejus deputatis 650, qui nobis ſufficient; cum autem in nona hora diei per iſtos ſpiritus operari volueris, obſerva Dominum aſcendentis, & ſcribe in charta munda ea, quæ ſunt ſecundum artis inſtitutionem præcepta, & in ejus dorſo conjurationem.

*Conjuratio* 1.

Quabriel, Odiel, amear, caynalco meanchyr pareos payr, peray Ihubro menaſty.

*Clavis & Senſus.*

oDiElCaInMeAnPaReOsPeRaIaMeArAlCoChYrPaYrThVbRo.

*Senſus.* Decima pro prima accipitur.

Deinde præmiſſis ex more præmittendis dic ipſam conjurationem, ſicut in arte præcipitur, & ſtatim ſpiritus vocati aderunt, in quacunque forma volueris, prompti & fideles ad omnia: potiori committe ſecretum.

*Argumentum ſecreti.*

Arcanum nobis ſit qualecunque ad amicum, quod volumus eſſe ſecretiſſimum, & nulli omnimodo revelari præter ipſum, vocemus itaque ex ſupradictis ducibus & comitibus unum aut duos, juxta inſtitutionem artis, & committamus potiori ſecretum.

Formemus litteras ad placitum.

*Ioan. Trith. Abbas Spanh. Ord. S. Ben. Religioſo Patri Ioanni Hugoni Quardiano fratrum minorum S. Franciſci in Creucenach, ſalutem & charitatem.*

religioſe Venerandeque pater, Scio quod Omnia amicis Libenter concedis Optata, propterea Deprecor humiliter Quatenus intuitu Katholicæ pietatis Diutius apud Nos detentos Summa cum Karitate tuos Zeloſos fratres Non ægrè feras. Oportuit namque Eos me Obſecrante manere Glorioſum nobis Gaudium erat, Gaudentibus nobis Omnibus ſine Delicto. exultavimus in domino Gaudio ſpirituali Gratas deo Omnipotenti bono Zelo referentes, Lætitia noſtra Devotiſſima erat, Gaudium quoque Noſtrum moribus Omnifarium ſanctiſſimis Decoratum: frater Religioſius atque Katholicus noſtram Lætitiam pulchrè Ornavit ſanctiſſimo Zelo diſciplinæ. Exultavimus enim Sine diſſolutione Mentis ſemper Religioſiſſimè conſervantes, Erat nobis Omnibus ſtrenuè Devotus, ſimillimusque Amor divinus Zelumque animarum, Qua cum pietate Ornatus erat Sanctiſſimè eluceſcebat, Exhibuit magnum Fervorem disputandi, Vehementem operam Sanctiſſimâ devotione Mentis in Religione navabat. Quid tali Obſecro conventu Religioſius? ubi Katholica converſatio Viget, ubi Nihil dicitur Otioſum, nihil Zelatur nunquam, Chriſtus jeſus Salvator omnium Faciat nos Gaudere in Gloria ſuperna, Atque amor Dei & Fervor veros Omnes recreet Zelatores veritatis Glorioſi virtutum Zelatores veritati Nihil præponunt; Gaviſi ſumus Gaudio ſancto Orantes & Deprecantes ut Mente fratres Tranquillâ ſuſcipias, Omnemque amaritudinis Zelum deponas. Vale. ex Spanheim Non. Jan. Anno Domini 1598. Joannes Trith. Abbas. ττ.

Cum litteras has aut quaslibet alias acceperit is charactere Quabrielis conſignatas, in arte peritus, præmiſſis præmittendis dicat præſcriptam conjurationem: quâ dictâ mox ſpiritum videbit deſtinatum, quem ut viderit, dicat iſta verba.

*Conjuratio 2.*

Mesraym paslotiel vear, Reneam, cralti Thio phroyſyma mear hamorſy.

*Clavis & Senſus.*

pAsLoTiElReNeAmThloMaVeArCrAlTyPhRoIsMeAr.

*Senſus.* Alternatim vacat prima.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

VSOLQD. QKDNSKZ. NOED. GGGOD. IGG
l i e b e r. G a r d i a n. d e s e. u v v e r. z v v
OZ. LDGNOD. RKLOZ. ESMR. EOD. AZQOS
e n. b r u d e r. h a b e n. s i c h. s e r. o n g e i
EFVSMR. QORKVNOZ. XSF. GGADFOZ. GZ
s t l i c h. g e h a l t e n. m i t. v v o r t e n. u n
N. GGODMTOZ.
d. v v e r c k e n.

*Tenor.* Lieber Gardian, deſe uwer zwen Brůder haben ſich ſer ungeiſtlich gehalten mit Worten und Wercken.

## CAP. X.

### Cujus Hora Vocatur Lamarhon, Et Imperator Ejus Supremus Spiritus Oriel Appellatur, Qui Habet Sub Suo Imperio Duces, Comites Et Servos Multos.

Decima hora diei vocatur Lamarhon, & angelus ejus ſupremus appellatur Oriel imperator magnus & potens, qui ſecundum Salomonem Judæum multos habet ſub ſuo imperio duces, per quos fiunt miranda experimenta in magicis horâ diei ſeptimâ. Habent autem inter ſe ordines, decem illi duces & comites illi, qui ad operationem Steganographiæ deputati ſunt, cum famulis eorum, in primo ordine ſunt 10, in ſecundo 20, in tertio 30, in quarto 40, in quinto 500, in ſexto 600, in ſeptimo 700, in octavo 800, in nono 900, in decimo 1000, nos autem ex primis quinque ordinibus comites 10, ex ultimis vero duces quinque duntaxat aſſumentes in operationibus noſtris contenti ſumus, ſi quem delectat plurium nomina ſcire, vocet unum ex nominatis in tabula, & interroget eum & audiet quæcunque voluerit, & quotquot voluerit ſcire perfectè ſciet ex illo.

| R. | | R. | | R. | | R. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Armoſy | Lemur | Xantros | 10 | 10 | 100 | 100 |
| Drabiel | Ormas | Baſilion | 10 | 10 | 100 | 100 |
| Penaly | Charni | Nameron | 10 | 10 | 100 | 100 |
| Meſriel | Zazyor | Kranoti | 10 | 10 | 100 | 100 |
| Chober | Naveron | Alfrael | 10 | 10 | 100 | 100 |

Habemus hic ex Ducibus Orielis quinque, ex Comitibus 10, cum ſervis ſibi deputatis per vices ſuas in numero 1100, qui nobis ad omnem hujus horæ operationem ſufficiunt, cum autem operari per ipſos in hac hora diei volueris, præmittendis ex more & ſcriptis ſcribendis in charta munda, & iſta conjuratione in dorſo ejus ordinata, fac, ut ſcis.

*Conjuratio 1.*

Oriel Burnadiel Irasmy criſmean pormy erſoti amear Meduſen.

*Clavis & Senſus.*

bVrNaDiElCrIsMeAnErSoTiIrAsMiPoRmIaMeAr.

*Senſus.* Undecima eſt jam prima.

Poſtquam iſtam conjurationem compleveris, ſecundum rectam conſtitutionem artis, videbis ducem cum cæteris ſpiritibus vocatis præſentem, cui committas arcanum.

*Conſtitutio arcani.*

Sit nobis amicus cui bonum favemus: hunc ab aliquo circumcellione ſupplantandum & circumveniendum timemus, cupimus ergo aviſatum iri apertis verbis per nuncios non poſſumus; per litteras, ne in manus alicujus deveniant, ſimiliter non audemus: ut ergo ſimus tuti, & arcanum noſtrum ſemper maneat ſecretum, vocemus ſpiritum unum, ad minus prædictorum ducem, venit, obedit, perfert nuncium fideliter.

*Epiſtola formetur ad placitum.*

*Ioan. Trithemius Abbas Spanh. Henrico de Bunavv, Equiti aurato, Philoſopho & Mathematico inſigni, Salutem dicit.*

*cum Sis artium Humanitatis ſtudioſiſſimus, Gaudebis utique Opinor vehementer Te inveniſſe Novum ſtudiorum Socium, iſte Qui tibi Has litteras Exhibet, vir Multæ ſcientiæ Eſt, ſummus Philoſophus, ſubtiliſſimus Arithmeticus, eloquentiſſimus Rhetor, mathematicus Profundiſſimus, omnifariamque Excellenter doctus, Ornatiſſimè loquitur, Tullianâ nitens Facundiâ niſi Maximè tibi Eſſem amicus, Tantum virum Penitus retinuiſſem Quoniam eo Familiariter uſus, Philoſophorum doctiſſimum Expertus ſum. Tibi maximè Faveo, tu Gratanter ſuſcipe Philoſophum, quem Tibi ſingulari Amore adductus*

*ductus*

*ductus* Mitto. *teque* Benevolum *illi* Familiaremque *exhibendo* Philoſophum *ſummum* Expertiſſimumque *probabis.* Vidi *quædam* Artium *ſecreta,* Litteris *ornatiſſimis* Mandata, *quibus* Patravit *miranda.* Reſpondere *ad* Propoſitas *ſibi* Graviſſimas *quæſtiones* Ex *tempore* Homo *doctiſſimus* Poteſt. *in* Proponendo *utitur* Zelo *diſputandi* Promptiſſimo. *hunc* Rogo *quatenus* Liberaliter *humaniterque* Excipias *omnium* Artium *bonarum* Tam *humanitate,quam* Familiaritate *doctiſſimus,*Graviſſimusque *defenſor.* Poterit *te* Erudire *in* Multis, *quoniam* Philoſophus *eſt,*Ornatiſſime *doctus,* Egregius *eſt* Hiſtoriologus, *peritiſſimus* Rhetor *quoque* Promptus Geometer *acutiſſimus.* O *utinam* Tales *eſſent* Noſtri *quicunque* Studentes, *quo* Tumido *pectore* Neceſſarium *contemnunt* Studium, *iſte* Vero *ſtudium* Philoſophiæ, & Alias *inſuper* Artes *amat* Profunde *continuè* Tractat & Auctiſſimè *penetrat.* Hunc *ergo* Hominem *rogo* Benevole *humaniterque* Suſcipere *pro* Chriſto *memineris.* Vale. ex Spanheim. Non. Jan. Anno Domini M.D. *oo.*

Cum litteras acceperit amicus cui mittuntur in arte peritus, faciat omnia quæ ſunt ſecundum artem facienda, & ſubjungat præſcriptam conjurationem ſicut moris eſt, & cum viderit ſpiritum miſſum præſentem, dicat hæc verba ad ipſum inter ſpiritus potiorem.

*Conjuratio 2.*

Camyn aparſy aslotiel omear reneas, vean Triamy eralti penaſon.

*Clavis & Senſus.*

aPaRsIo Me ArVe An Cr Al Ti As LoTi El Re Ne As Tr Ia My.

*Senſus.* Prima vacat alternatim.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

S H G. O T N S. Q H E. M E P A R P E. O T F. M E T P Q F.
h ü t. d i c h. f ü r. b r e n g e r. d i s. b r i e f s.

P E. T F G. P T A. M B F P E. V A L M P. R P G E H P. P Z P.
e r. i s t. e i n. b ö s e r. k n a b e. g e t r u e. e m e.

R L E. A T F G. P E. M P O E H R P G. O T N S. T N S. V P
g a r. n i s t. e r. b e d r ü g e t. d i c h. i c h. k e

A A P. T A. H H B S X.
n n e. i n. v v o h l.

*Tenor.* Hüt dich für Brenger diß Briefs/ er iſt ein böſer Knabe/ getrue eme gar niſt/ er bedrüget dich/ ich kenne in wohl.

## CAP. XI.

### Cujus Hora Vocatur Meneloym, Et Supremus Imperator Ejus Dicitur Bariel, Qui Habet Sub Suo Dominio Principes, Duces, Comites Et Servos Multos.

Undecima hora diei vocatur Meneloym, & angelus ejus ſupremus imperator appellatur Bariel, qui, ut Hermes Judæus ſcribit, multos ſub ſuo imperio ſpiritus habet, per quos miranda fiunt in hora diei undecimâ in experimentis variis. Ex his deputati ſunt ad operationem Steganographiæ per ordines ſuos multi, in primo ordine ſunt decem, in ſecundo 20, in tertio 30, in quarto 40, in quinto 500, in ſexto 600, in ſeptimo 700, in octavo 800, in nono 900, in decimo 1000. Hi omnes per vices & ordines ſuos in miniſterium hujus artis mittuntur, inter quos ſunt duces & comites cum ſervis eorum multi valde, quorum omnium nomina non eſt facile depromere, nec quidem opus eſt: cum paucorum nomina ſcire ſufficiat, & operans in arte ſemper ex unius relatione ſpiritus plura aliorum nomina ſcire poſſit, & nota, quod ſecundum Razielem, omnes iſti ſpiritus ad voluntatem operantis ſe formant & transformant, ita, ut in quacunque forma eos videre voluerit, jubeat ante conjurationem eo modo, quo præcipit ars, & obedient ei promptiſſimè ad omnia. Sed jam aliquorum nomina nobis ſufficientia exponamus.

| 𝔑. | | 𝔑. | | 𝔑. | | 𝔑. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Almarizel | Menaſiel | Almas | 10 | 10 | 100 | 100 |
| Praſiniel | Demaſor | Perman | 10 | 10 | 100 | 100 |
| Chadros | Omary | Comial | 10 | 10 | 100 | 100 |
| Turmiel | Helmas | Temas | 10 | 10 | 100 | 100 |
| Lamiel | Zemoel | Laniſiel | 10 | 10 | 100 | 100 |

Hic jam habemus ex ſpiritibus Barielis nominatos 15, quorum quinque ſunt duces, & decem comites, qui habent numerum ſervorum 1100, qui nobis pro noſtris operationibus undecimæ horæ diei in Steganographia ſufficiunt, cum itaque volueris per iſtos ſpiritus operari, dominum aſcendentis cum cæteris obſerva, ſecundum quod in ſuperioribus diximus, & iſtam conjurationem cum aliis ſcribe in charta munda ſicut moris eſt, in hac ſcientia.

*Conjuratio 1.*

Bariel mylan thebry madruſon alfayr dreſchym taparoys mear moas layr penaſon.

*Clavis & Senſus.*

mllAnMaDrVsOnDrEsChImMeArLaYrThEbRyAlFaIrTaPa RoIsMoAs. *Senſus.* Jam duodecima litera ſit prima

Præmiſſis præmittendis dic iſtam conjurationem, ſicut oportet, & ſtatim ſpiritus vocati apparebunt, quos vocâſti, committe eis ſecretum, quodcunque habueris.

*Conſtitutio arcani cujuscunque.*

Eſt nobis arcanum ad amicum, ſive ad alium quemlibet in arte noſtrâ peritum, quod neque per literas, neque per tabellionem ſignificare poſſumus, quia periculum utrobique formidamus, vocamus itaque ſpiritum, commendamus potiori ſecretum, & in omnibus tuti ſumus.

*Literarum Tenor ad placitum.*

*Ioan. Trith. Abbas Spanh. Ordinis Divi Benedicti, fratri Quirino, Monacho Corbeienſi in Francia, S.*

*de* Genitrice *perpetuæ* Virginis *mariæ,* Transmitto *orationem* Meam, *quam* Nuper *poſtulaſti,* Quirine: *ave* Benigniſſima *mater Anna, mariæ* Virginis *parens* Fulgentiſſima, *tu* Summæ *unitati* Quoque *es* Gratiſſima *tu* Omnium *invocantium* Te *auxiliatrix* Fideliſſima. *o* Virgo *tu* Quærentium *te* Nobile *refugium, &* Quietum *ſanctitatis* Beneficium. *ſalve* Pauperum *advocata* Mitiſſima, *conſolatrix* Gementium *pulcherrima,* Virtutum *apotheca* Ornatiſſima, *ave* Triſtium *refocillatrix,* Languentium *conſolatrix,* Iudith *benigniſſima,* Veni *in* Auxilium *miſeris* Chriſti *amicorum* Celeberrima *promotrix,* Ave *feliciſſima* Anna, *in* Qua *Solamen* Mærentium *&* Nobilitatis *faſtigium,* Quoque *ſpes* Fidelium *certiſſima,* Veniam *nobis* Orantibus *impetra,* Tremendum *judicem* Chriſtianitatis *mitiga,* Compunctos *corde* Adjuva, *aufferas* Animas *noſtras* Quæſumus, *tuâ* Bonitate *ſanctifica,* Virgo *mater* Honeſtiſſima, *quæ* Peperiſti *ſobolem* Integerrima, *virgo* Genuit *ſalvatorem* Omnipotentem *ſummi* Tonantis *unigenitum* Filium, *manens* Quoque *ſemper* Virgo *puriſſima,* Nuncius *gabriel,* Quam *plenam* Gratiâ *ſalutavit,* Humanitate *matrem,* Ave *mater* Veræ *indulgentiæ* Fons *inexhauribilis,* Pietate *fulgens* Maximâ, *magnitudine* Beneficiorum *cunctis* Reverendiſſima, *tuis*

*Intercede pro Famulis, nos Tuis orna Virtutibus, ut Beatitudinem conſequamur ſempiternam, Amen.* Vale. ex Spanh. 8. Iduum April. Anno Domini M. D. *xx.*

Cum literas acceperit is cui mittuntur in arte peritus, attendat imprimis characterem horæ literis annexum, quo cognito operetur per dominum aſcendentis horæ, in qua literas ſuſcepit cum cæteris in arte præceptis, deinde ſubjungat, conjurationem præſcriptam, eo modo & ordine quibus oportet, & mox ſpiritus miſſi apparebunt, quos ut videris dicenda ſunt ad principaliorem inter eos iſta verba.

*Conjuratio 2.*

Chameruſin maslotiel vear Reneas, liernoty trismy penaſon.

*Clavis & Senſus.*

mAsLoTiElReNeAsTrisMyVeArLiErNoTy. *Senſus.* Alternatim valent.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

GV. TMNQB. AVF. SQGOTFVQNQB. PMG.
s i. h a b e n. m i r. g e s c h r i e b e n. d a s.
VOT. LI. VA. XCAAQ. MNQF. VOT. XCAAQB
i c h. z u. i m. k o m m e. a b e r. i c h. k o m m e n
VH. PI. GOTFQVNQGH. AVF. PMB. RIFTVB.
i t. d u. s c h r e i b e s t. m i r. d a n. v o r h i n.

*Tenor.* Si haben mir geſchrieben daß ich zu im komme / aber ich komme nit / du ſchreibeſt mir dann vorhin.

## CAP. XII.

### Cujus Spiritus Magnus Imperator Sub Suo Dominio Multos Habet Principe, Duces, Comites Et Famulos; Hora Vocatur Naybalon Et Spiritus Ejus Berathiel.

Duodecima hora diei vocatur Naybalon, & angelus ejus ſupremus Imperator appellatur Berariel, qui ſecundum Salomonem Judæum ſub imperio ſuo ſpiritus habet ad diverſas operationes deputatos penè innumeros. Ex his omnibus deputati ſunt ad operationem Steganographiæ in diverſis ordinibus diverſi; in primo ordine ſunt duces

duces & comites 10, in ſecundo 20, in tertio 30, in quarto 40, in quinto 500, in ſexto 600, in ſeptimo 700, in octavo 800, in nono 900, in decimo 100, in undecimo 200, in duodecimo 300, hi omnes per vices & ordines ſuos cum infinita copia ſervitorum ad operationes iſtius artis deputati ſunt, ex quibus intelligens & perfectus operator in arte, quos & quot voluerit in hora diei duodecima poterit advocare: omnes autem hujus horæ principes, duces & comites, ſecundum ſententiam Razielis formas aſſumunt ad placitum operantis:

| ℜ. | | ℜ. | | ℜ. | | ℜ. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Camaron | Plamiel | Edriel | 10 | 100 | 10 | 100 |
| Aſtrofiel | Neſtoriel | Choriel | 10 | 100 | 10 | 100 |
| Penatiel | Emarſon | Romiel | 10 | 100 | 10 | 100 |
| Demarac | Quirix | Fenoſiel | 10 | 100 | 10 | 100 |
| Famaras | Sameron | Hamarius | 10 | 100 | 10 | 100 |

Hic jam habemus ex ſpiritibus Berathielis nominatos numero 15, quorum 5. per totidem ordines ſunt duces, & decem comites, quibus conjuncti ſunt famuli ad diverſas operationes in ſecretis magicæ 1100, cum itaque volueris per aliquem eorum operari in ultima hora diei, obſerva dominum aſcendentis ipſius horæ, & domum duodecimæ, & characterem utriusque cum cæteris neceſſariis in chartula munda ſcribe & in ejus dorſo iſtam conjurationem.

*Conjuratio*

Berathiel Odiel Irſoti, rodu Dreor Ravezu melros Ethiel aty nadiel hayres penaſon.

*Clavis & Senſus.*

oDiElRoDuRaVeZuEtHiElNaDiElIrSoTiDrEoRmElRoSaTy.

*Senſus.* Der Druzehende iſt der Erſt.

Deinde præmiſſis omnibus præmittendis ex more dic iſtam conjurationem debito modo, & ſtatim ſpiritus vocati apparebunt, tunc potiori committas arcanum ſecundum inſtitutionem artis, & fideliter obediet in omnibus.

*Argumentum ſecreti cujuscunque ad placitum.*

Eſt nobis amicus procul abſens, huic periculum ſcimus imminere, quod ipſum latet: aviſare illum cupimus, ſed ob certas cauſas in

 aper-

aperto non audemus, vocamus ergo ſecundum horam huic operationi deputatos ſpiritus, arcanum ſecurè commendamus.

*Literas ad placitum formatas ſigno ſpiritus obfirmamus.*

*omnis Qui de Rebus temporalibus Gloriatur, virtuoſis Nequaquam reſtat Appellandus, & Qui amat Res tranſitorias Non poteſt Eſſe amator Iuſtitiæ, quoniam Katholica integritas Deteſtatur hominem Cupiditatibus inhiantem; Sancta enim Religio fidei Chriſtianæ mundi Amorem interdicit Hominibus ſuis, Quoniam, qui Diligit mundana Gaudia, felicitatem Supernam amittit, Katholicus non Katholicè vivens Chriſtum negaſſe Arguitur, & Qui amat Res temporales Bonus eſſe Katholicus non Dicitur, qui Creatorem amat Gaudia inquirit Rerum ſpiritualium, Chriſti amator Cunctas mundi Voluptates contemnit, Nec curat Gloriam divitiasque Inſtabiles, ſed Mundi amator Odit virtutes De futuris Gaudiis nihil Curat; heu Quid agitis Chriſtiani, vanis Rebus intenti? Cogitatis quæ Non ſunt Honeſta, agitisque Religioni contraria; Nolite miſeri Obſecro nolite Hujus mundi Perituras mox Vanitates diligere, Curate potius Chriſtum amare Quatenus nos Recipiat ad Cœleſtia regna. Ioann. Trith. Abbas.* ξξ.

Cum hanc præſcriptam oratiunculam aut quaslibet alias charactere Barathielis obfirmatas, ſuſceperit in arte peritus, faciat diligenter omnia, quæ præcipiuntur in arte, & dicat conjurationem, cumque ſpiritus, qui ſine mora venient, viderit eſſe præſentes, dicat ad potiorem, qui coronatus incedit.

*Conjuratio 2.*

Famerusyn Melyſno alny vemoby dreary drymes charſony.

*Clavis & Senſus.*

mEllsNoVeMoByDrlmEsAlNyDrEaRy. *Senſus.* **Ein umb die ander.**

His dictis, propius accedet ſpiritus, dicetque arcanum operanti in aurem fideliter, ſed oportet eum eſſe conſtantem, & non timere: quia boni ſpiritus ſunt, & neminem lædunt in arte bene inſtitutum, ſi quis autem imperitorum accedere præſumpſerit, non evaderet periculum.

*Clavis*

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

Q R G. N A Q R. N E T. K D C. S R X A H Q D G S. K K X
d e r. a l d e. a p t. v o n. f e i l s d o r f. v v i
A. Q R B K D C. G R X C V N G I M O D G C. Q X R. C N
l. d e n. v o n. r e i n h a r t z b o r n. d i e. n a
H R. N O H P V C X Q R C.
s e. a b s c h n i d e n.

*Tenor.* Der alde Apt von Feilsdorff/ will dem von Reinhartzborn die Naſe abſchniden.

## CAP. XIII.

### Cujus Hora Vocatur Omaltharien, Et Angelus Ejus Supremus Appellatur Sabrathan, Qui Habet Sub Suo Imperio Principes, Duces, Comites Et Servos Multos.

Prima hora noctis vocatur Omaltharien, & angelus ejus appellatur Sabrathan, qui multos alios ſpiritus ſub ſe habet, diverſis operationibus magicis deſervientes temporibus & ordinibus ſuis, ſicut teſtatur Hermes Salomon Judæus in magicis expertiſſimus. Ex his ad operationem artis noſtræ multi per vices & ordines ſuos deputati ſunt, in primo enim ordine ſunt 10, in ſecundo 20, in tertio 30, in quarto 40, in quinto 500, in ſexto 600, in ſeptimo 70, in octavo 80, in nono 90, in decimo 100. Hi omnes in miniſterium ſecretorum mittuntur per vices ſuas & ordines occultos, de quibus nos nec plenam habemus notitiam, nec loquimur.

| ℞. | | ℞. | | ℞. | | ℞. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Domaros | Remeſiel | Hayzoym | 100 | 100 | 100 | 100 |
| Ameranx | Omedriel | Emalon | 100 | 100 | 100 | 100 |
| Penoles | Francdac | Turtiel | 100 | 100 | 100 | 100 |
| Mardiel | Chraſiel | Quenol | 100 | 100 | 100 | 100 |
| Naſtul | Dornaſon | Rymalicé | 100 | 100 | 100 | 100 |

Hic jam habemus ex ſpiritibus Sabrathan duces quinque, comites decem nominatos, qui habent ſibi per vices & ordines ſuos deputatos famulos 2000: cum itaque per iſtos operari volueris, obſerva Dominum aſcendentis, & characterem ejus, cum cæteris neceſſariis in ſchedam mundam ſcribe & iſtam conjurationem in dorſo.

*Conjuratio*

Sabrathan odiel Melros Rhupis othian Elroz adiel methiel mear Natiel Laſian Irſoti Breſtion dreor chamerusin.

*Clavis & Senſus.*

oDiElRhVpIsElRoZmEtHiElNaTiElIrSoTiDrEoRmElRoSoThIaNaDiElMeArLaFiAnBrEsTiOn. *Senſus.* Der Vierzehente iſt der Erſt in dem alphabeto.

Deinde præmiſſis ex more præmittendis, mox ut conjurationem præſcriptam dixeris, vocatos ſpiritus videbis adeſſe, cum quibus facto ſecundum præcepta artis, quodcunque volueris.

*Arcanum ſit ad placitum.*

Erit arcanum magnum, & arduum ſecretum, quod noceat publicatum & ob id nec literis, nec tabellioni committendum, ſed miniſterium ſpirituum ſubeat, qui horæ præſunt in qua operaris, non eſt tutum in levibus cauſis, advocare ſpiritus, ſed ubi miniſteria humana deficiunt eorum in arte requirantur.

*Literarum tenor ſit ad placitum.*

*Joannes Trithemius Abbas Spanheimenſis, fratri Nicolao Baſelio Monacho Hirſaugienſi, cum ſalute præſentem dicat orationem.*

*omnipotens* Deus *creator* Excelſus *omnium*, Qui *per* Chriſtum *nos* Chriſtianos *redemit* Zelum *ſui* Dedit *amoris* Katholicis, *per* Lumen *fidei* Credentibus *remiſſionem* Peccatorum *inſinuans.* Dedit *autem* Liberaliſſimè *ſuum* Dilectum *filium* Lumen *gratioſum* Liberare *nos* Omnes *credentes* De *poteſtate* Regis *tartarei* Luctuoſi, *deſtruereque* Carcerem *tenebroſum* Zabulumque *crudeliſſimum.* Quid *nos* Chriſtiani *paſſionibus* Chriſti *digne* Exſolvere *poterimus?* Homines *infirmi* Sine *operibus* Iuſtitiæ *profitentes* Katholicam *fidem?* Orantes *itaque* Devotiſſimè *te* Redemptorem *noſtrum* Summis *laudibus* Collaudamus *dicentes:* Laus *tibi* Lumen *æternum,* Omnium *ſalvator* Benigniſſime, *qui* Redemiſti *nos* Sanguine *tuo.* Fragilitatem *noſtram* Zelo *amoris tui* confirma Salva *nos* Dulciſſime *jeſu* Cordibusque *noſtris* Zelum *fidei* Katholicæ *infunde.* Sanctus *eſt* Zelus *tuus* Conjunctionem *operatur* In *cordibus,* Quærentium *te* Chriſte *ſalvator* Benigniſ-

ſime

*ſime, o Lumen æternum Ieſu dulciſſime, Illumina tenebras Servorum tuorum Bonitate ſolita. Ieſu ſalvator Eterne, ſalva Animas noſtras Eterna nobis Conferas gaudia, Chriſte audi Servos tuos Humiles & Omnibus indulge Peccata, ſalva Nos miſeros Licet indigniſſimos, Concede nobis Zelum bonum Humiliter poſtulantibus. Amen.* Scripſimus 18. Calend. Maji, Anno Domini M.D. *vv.*

Cum acceperit literas is cui mittuntur in arte peritus, obſervet & ſcribat dominum aſcendentis illius horæ cum reliquis in hac arte præceptis, & præmiſſis præmittendis dicat præſcriptam conjurationem, & ſtatim ſpiritus miſſi viſibiles ei apparebunt, quos mox ut viderit, dicat ad potiorem iſta verba.

*Conjuratio 2.*

Chameros Burnean Aslotiel vear Reneas cralti triomy penarſon.

*Clavis & Senſus.*

bVrNeAnVeArCrAlTiAsLoTiElReNeAsTrIoMy.

*Senſus.* Vna vacat alternatim.

His dictis revelabitur arcanum in aurem.

*Clavis & Tenor literarum occultus.*

DEQX.XZDK.LCP.DLD.LLOD.RL.CZQX.XE
noch.hint.umb.nün.vvan.du.mich.hö
HSIK.OD.RSC.LLOBRS.FZTSD.CZK.SZC.IQ
rest.an.dem.vvalde.pifen.mit.eim.sc
XBLIISB.IE.AECCS.HOP.NL.CZH.
hlussel.ſo.komme.rab.zu.mir.

*Tenor.* Noch hint umb Nün wann du mich höreſt pifen mit eim Schlüſſel ſo komme rab zu mir.

## CAP. XIV.

### Cujus Hora Vocatur Panezur, Et Angelus Ejus Supremus Imperator Appellatur Tartys, Qui Habet Sub Se Principes, Duces, Comites Et Servos Multos.

Secunda hora noctis vocatur Panezur, & angelus ejus appellatur Tartys, habens ſub ſuo imperio principes, duces, comites & ſubſervitores multos, quos vocatos ad diverſa miniſteria operantium in occultis

cultis naturæ ſecretis per vices & ordines ſuos mittere conſuevit. Ex his duodecim ordines ad noſtram ſcientiam Steganographiæ deputati ſunt, qui nobis ad omnem operationem ſufficiunt; in primo namque ordine ſunt 10, in ſecundo 20, in tertio 30, in quarto 40, in quinto 50, in ſexto 60, in ſeptimo 70, in octavo 80, in nono 90, in decimo 100, in undecimo 1000, in duodecimo 100000. Rarò tamen contigit, ut per omnes iſtorum ſpirituum fiat operatio, quia non eſt opus in altioribus occupari: cum infirmi nobis ad omnia copioſè ſufficiant: niſi quis in arte bene conſtitutus & omninò perfectus omnium præſcriptorum ordinum principes videre optaret, & eorum nomina ſcribe, ille poſſet omnes per ordinem advocare.

| 𝔑. | | 𝔑. | | 𝔑. | | 𝔑. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Almodar | Permaz | Gabrynoz | 100 | 10 | 100 | 10 |
| Famoriel | Vameroz | Mercoph | 100 | 10 | 100 | 10 |
| Nedroz | Emaryel | Tameriel | 100 | 10 | 100 | 10 |
| Ormezy | Fromezyn | Venomiel | 100 | 10 | 100 | 10 |
| Chabriz | Ramaziel | Jenaziel | 100 | 10 | 100 | 10 |
| Praxiel | Çranozyn | Xemyzin | 100 | 10 | 100 | 10 |

Hic habemus nominatos ex Ducibus Tartys 6, ex Comitibus 12, ſervos quoque numeratos per vices & ordines diſtributos 1320, qui nobis ad experimentum artis hac in hora ſufficiunt, & nota, quod ſecundum Salomonem & Ratielem, omnes iſti duces & principes Tartys benevoli & promptiſſimi ſunt ad obedientiam, & in quacunque forma juſſi fuerint apparere, illam libenter aſſumunt; cum itaque volueris in hac ſcientia operari, obſerva Dominum aſcendentis cum cæteris, quæ præcipimus, diligenter, & ſcribe omnia, quæ ſunt ſcribenda cum iſta conjuratione.

*Conjuratio 1.*

Tartys chrybes faziel irſoti haelnot dreor advear afy mearo veny ſatu pamerſon.

*Clavis & Senſus.*

cHrIbEsIrSoTyDrEoRaFyVeNyFaZiElHaElNoTaDvEaRm EaRoSaTu. *Senſus.* Hie iſt der Fünfzehent der Erſt.

Deinde omnibus diligentiſſimè completis, & lectâ conjuratione debito modo ſicut oportet, ſpiritus vocati mox aderunt ad imperium tuum parati.

*Arca-*

*Arcanum ſit qualecunque nobis occurrit magnum arduum.*

Arcanum, quod per ſpiritus intimare volumus amico, ſit qualecunque pro tempore, & negotiorum varietate nobis occurrerit, ita ut non ſit leve & tale, quod alias ſecurè nunciari poteſt.

*joannes Trithemius ſanctimonialibus In monte Almi ruperti Katholicam fidem Lucidâ virginitate Exornantibus æternam Felicitatem continuo Religionis ſanctiſſimo Zelo promereri. Eterni regis Miſericordiâ providenter Mittimus vobis Multo exſpectatum Tempore, virum Magnæ in Temporalibus experientiæ, Ioannem de Kaunenſtat oriundum, Monaſterii vielsdorfenſis Reverendum & Zeloſum multo Tempore abbatem, Eandemque abbatiam Libere reſignantem, Acceſſi propter Eum, ſicut Vobis promiſeram Monaſterium limburgenſe, In quo Chriſto ſerviebat Precibus continuis, Et ſanctarum Lectionibus ſcripturarum Occupatus cum Monachis ejusdem Monaſterii: & Petii, ut Ad veſtrum Cœnobium deſcenderet, Temporaliumque rerum Suſciperet curam, Procuratorque fieret, Et cellarius; Abbas lymburgenſis Inſtabilitate ſolitâ Animo mutatus Dimittere eum Tandem conſentit, Oravi cum Maxima inſtantia, Vixque obtinere Ab eo Conſenſum potui: Chriſto inſpirante Tandem conſenſit, Licet timidè: Ideo quod Monialibus ſervire Timeat, quæ Leviſſimè mutantur. Timet non Immerito, quoniam, Sicut nos Inſtruxit experientia, Aliquoties moniales Economis ſuis Reddiderunt pro Benefactis non Laudabilem mercedem. Fœmineus animus Repentè mutatur Zelo amaritudinis, Chriſto autem Tribuente ſcio Illum vobis Eſſe utilem. Chriſtianus eſt, Monachus eſt, Salvatorem ſuum Timet, bonique eſt intellectus. Muliebrem itaque Mutabilitatem coercere Aſſueſcite, quatenus Eſſe conſtantes Memineritis ſuſcipientes Eum cum Sancto honore Atque ſyncera Karitate omnem Levitatem animi Muliebris deponentes Maximè cum Adjuvare vos Et recuperare Gratum rerum Temporalium veſtro In monaſterio Collapſum poſſit Auxiliante chriſto Redemptore, qui Zelatur charitatem.* Valête ex Spanheim 17. Cal. Maji Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti M. D. ΦΦ.

Cui literas charactere Tartys inſignitas ſuſceperit is, cui mittuntur, in arte noſtra peritus, obſervet Dominum aſcendentis & faciat omnia & ſingula diligentiſſimè, quæ ſunt facienda, ſubjungatque ſolitam conjurationem, &, cum viderit ſpiritus miſſos eſſe præſentes, dicat ad principalem iſta verba.

*Conjuratio 2.*

Cuabor maslotiel Tuſevo Reneas porean trysmcuy penarſon.

*Clavis & Senſus.*

mAsLoTiElReNeAsTrIsMeVyTuSeVoPoReAn. *Senſus.* Alternatim ut ſupra.

Et cum hæc verba cum forti intentione dixit ad ducem principalem, ſtatim placidè accedens revelabit arcanum.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

T I. A K L. E F R Z. E M M M T. M T I K M R Z T E L. A E
e r. i s t. n o c h. n u v v e. v e r s u c h e n t. i n
V M I. X P E L O. M M P A C. T S P E. A I. A D T. O M. V A
f u r. g a n t z. v v a i l. e d a n. i r. i m e. z u. f i
C. X T L I M T L. T I. S I A E R B L. F R Z. X T I E. X M S
l. g e t r u e t. e r. d r i n c k t. o c h. g e r n. g u d
T E. M M A E. M E S. A K L. M M A E S T I C A R Z.
e n. v v i n. u n d. i s t. v v i n d e r l i c h.

*Tenor.* Er iſt noch nuwe/ verſuchent in für gantz/ wail edan ir ime zu fil getruet/ er drinckt och gern guden Win/ und iſt winderlich.

## CAP. XV.

### Cujus Hora Vocatur Quabrion, Et Angelus Ejus Supremus Appellatur Serquanich, Habens Sub Suo Imperio Principes, Duces, Comites, Et Famulos Multos Sine Numero.

Tertia hora noctis appellatur Quabrion, cujus imperator & angelus ſupremus appellatur Serquanich, habens ſub ſuo imperio principes, duces & comites multos, per ordines duodecim, cum multâ continuâ famulorum diſtinctos, in primo namque ordine ſunt 10, in ſecundo 20, in tertio 30, in quarto 40, in quinto 50, in ſexto 60, in ſeptimo 70, in octavo 80, in nono 90, in decimo 100, in undecimo 1000, in duodecimo 10000. Ex his de quorum ordine per vices in miniſterium diverſorum experimentorum vocantur, & mittuntur duces, comites & ſervi ſufficientes.

Mena-

| ℞. | | ℞. | | ℞. | | ℞. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Menarym | Evanuel | Vanoſyr | 10 | 10 | 100 | 100 |
| Chruſiel | Sarmozyn | Lemaron | 10 | 10 | 100 | 100 |
| Penargoz | Haylon | Almonoyz | 10 | 10 | 100 | 100 |
| Amriel | Quabriel | Janothiel | 10 | 10 | 100 | 100 |
| Demanoz | Thurmytz | Melrotz | 10 | 10 | 100 | 100 |
| Neſtoroz | Fronyzon | Xanthyoz | 10 | 10 | 100 | 100 |

Hic jam nominatos habemus ex ſpiritibus Serquanich potioribus duodecim, ex quorum ordine unum, qui ſecundum vices ſuas & ducum & comitum ſuſcipiunt dignitatem, reliqui ſex nunquam mutant officium ſuum, ſed ſemper ſunt duces. Qui verò plurium nomina ſcire voluerit, facile intentum ſuum per eos, quos nominavimus, conſequi poteſt; cum itaque per iſtos operari volueris, obſerva Dominum aſcendentis, & ejus characterem cum cæteris neceſſariis ſcribe in chartula mundâ, & in ejus dorſo iſtam conjurationem.

*Conjuratio 1.*

Serquanich oſiel Theory dreochy amerſoty omear pornis layr mear penarſon.

*Clavis & Senſus.*

oSiElDrEoChloMeArLaIrThEoRyAmErSoTyPoRnIsMeAr.

*Senſus.* Sedecima litera eſt prima.

. Deinde ſubjunctis ſubjungendis & lectâ conjuratione ſpiritus vocati mox aderunt ad obedientiam parati, cum quibus ſecundum artis præcepta eſt agendum.

*Argumentum ſecreti.*

De imminente periculo cupimus aviſare amicum, ſed nos ipſum periculum formidamus, quoniam ſi nos ipſum aviſaſſe notaretur, non minori incommodo ſubjiceretur, ergo cum nec literis nec nuncio ſit confidendum, ſpiritui horæ duximus confidendum.

*Literarum tenor ſit ad placitum.*

*Joannes Trithemius Spanheimenſis Abbas Ordinis ſancti Benedicti, Paſtori Eccleſiæ vallis amygdalarum ſalutem dicit.*

*de* Eccl*eſiaſticis ſcriptoribus* Grandem *feci* Katalogum, *quem* Fraternitati *tuæ* N*uper videndum* Exhibui, *nimisque* Repente *concludens* Fateor *me* Nonnullos *præteriiſſe* Famoſiſſimos *viros*, Non *quod* Nomini *eorum* Benefi-*cium*

*cium inviderem Katalogi, quemadmodum Manum penſator Tumidus criminatur, Verbis ſtultiſſimis Katalogum vituperans, Qui me Exiſtimavit ſuos Homines non Memoraſſe ſolâ Ex invidiâ, Quod eſt Falſiſſimum. enim vero Conceptionem ſanctiſſimæ Genitricis dei Ego ſcripſi, Et affirmavi Venuſtiſſimam ſemper Fuiſſe ſine Nævo originalis Flagitii, quod Tumidus penſator Tumide reprehendere Volens dixit: Fulgentiſſimam virginem Reatu originalis Noxæ (contra Katholicam obſervantiam Vaniſſimâ temeritate) Fuiſſe maculatam. Temerarium eſt, Beatiſſimam virginem Velle deturpare. Colonienſes autem Nominatiſſimi doctores Volentes inſani Fraterculi opinionem Veritati contrariam Extirpare citatum Vanas eum Fabulas ſuas Revocare compulerunt: Virginem beatiſſimam Aſſerentes confirmantes Quoque ſtatuto Debere credi Mundiſſimam nulloque Tempore (quantumlibet Breviſſimo) originali Fœditati ſubjacuiſſe Tibi hæc Quoniam veritatem Amas, ſcribere Volui, quatenus Beatiſſimæ virginis Exprobratores devites. Vale.*
16. Cal. Maji Anno Domini M.D. *xx.*

Suſcipiens autem literas is, cui mittuntur, in arte peritus, ſignum principalis ſpiritus attendat, ut ſciat, quem debeat ſecundum horæ vices advocare. Deinde obſervet Dominum aſcendentis in ipſa hora qua literas ſuſcipit cum reliqua diſpoſitione cœli per duodecim domos zodiaci, nihil obmittens omnino illorum, quæ præcepta ſunt, dictâ conjuratione, cum viderit præſentem ſpiritum, dicat ſequentia verba.

*Conjuratio 2.*

Chameruſin maslotiel vean Reneas cralty Thyrmo venear penarſon.

*Clavis & Senſus.*

mAsLoTiElReNeAsThIrMoVeAnCrAlTyVeNeAr.

*Senſus.* Alternatim vacat una.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

E G K F. N E R. F N F. N N B K M. T V K. Q E H M E Q F.
m o r n. u m b. n ü n. v v i r t. d e r. a m p t m a n.
C G E E V F. N F T. T V F. R N K V F. T B V. C N V. F V E
k o m m e n. u n d. d e n. b u r e n. d i e. k ü e. n e m
V F. R V A Q D M. T B F. T Q A V B E.
e n. b e h a l t. d i n. d a h e i m.

*Senſus.* Morn umb Nün wirt der Amptman kommen/ und den Buren die Küe nemen/ behalt din daheim.

CAP.

## *CAP. XVI.*

### Cujus Hora Vocatur Ramerzy, Et Angelus Ejus Supremus Imperator Dicitur Jefiſcha, Qui Habet Sub Se Principes, Duces, Comites Et Miniſteriales Spiritus Multos.

Quarta hora noctis vocatur Ramerzy, cujus angelus appellatur Jefiſcha, habens ſub ſuo imperio principes, duces, comites, & miniſteriales ſpiritus multos, qui inſtar eorum, quos in præcedente capitulo deſcripſimus, per vices & ordines duodecim ſunt diſtributi, in primo namque ordine ſunt decem, in ſecundo 20, in tertio 30, in quarto 40, in quinto 50, in ſexto 60, in ſeptimo 70, in octavo 80, in nono 90, in decimo 100, in undecimo 1000, in duodecimo 10000, ex his duodecim ordinibus per vices ſuas ſpiritibus in miniſterium nobis mittuntur in operationibus artis Steganographiæ, de quibus jam aliquos nominabimus.

| R. | | R. | | R. | | R. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Armoſiel | Rayziel | Lamediel | 10 | 100 | 100 | 1000 |
| Nedruan | Gemezin | Adroziel | 10 | 100 | 100 | 1000 |
| Mangyloz | Fremiel | Zodiel | 10 | 100 | 100 | 1000 |
| Ormael | Hamayz | Bramiel | 10 | 100 | 100 | 1000 |
| Phorſiel | Japuriel | Coreziel | 10 | 100 | 100 | 1000 |
| Rimezyn | Lasphyel | Enatriel | 10 | 100 | 100 | 1000 |

Hic jam habemus ex ſpiritu Jefiſcha duces & comites 12 nominatos, quibus deputati ſunt miniſteriales 7260, qui per vices & ordines ſuos mittuntur in obſequium operantis in arte: Iſti autem principes ſecundum dictum Salomonis Philoſophi ſunt multiformes, & quascunque formas juſſi fuerint, aſſumunt; cum itaque per eos operari volueris in quarta hora noctis, obſerva Dominum aſcendentis, & totam figuram cœli, & fac omnia, ſecundum quod tibi præcipimus, ſcribens omnia in ſchedulam mundam & in ejus dorſo iſtam conjurationem.

*Conjuratio 1.*

Jefiſcha oſiel mear pathyr lays mean Theor dreochis fazam moab loſeas Erſoti breo pornis tayr penarſon.

*Clavis & Senſus.*

oSiElPaThIrMeArDrEoChIsMoAbErSoTiPoRnIsMeAnLaIs ThEoRfAzAmLoFeAsBrEoTaIr. *Senſus.* Septima decima eſt prima litera alfabeti.

Deinde ſubjunctis ſubjungendis, cum dixeris conjurationem ipſam debito modo, formâ & ordine, ſpiritus, in qua præceperis forma, viſibiles apparebunt, prompti & voluntarii ad omnia.

*Arcanum ſit ad placitum.*

Arcanum qualecunque tibi pro tempore occurrit, quod velis abſentem in hac hora noctis quarta ſcire, ſpiritibus potes ſecurè committere, modo ſit tale quod nec per literas nec per nuncios illi tuto poſſis intimare, ea enim, quæ ſine periculo vel per literas, vel per nuncios poſſumus, nequaquam intimare miniſterio ſpirituum debemus; quicunque autem ſpiritus advocare propter res leves, & arcana, quæ ſine periculo per literas aut nuncios intimari poſſunt, tentaverit, ſine dubio damnum & incommodum cum periculo reportabit.

## *Literarum tenor ad placitum.*

*Venerabili in Chriſto patri Lymburgenſium œconomo Religioſo domino Ioanni weisdorffen Nuncupato joannes Ovilis ſpanheimenſis Humilis abbas Gaudia cœlorum.*

*Moniales ſancti Ruperti te Gubernatorem ſuum Nimiâ aviditate Concupiſcunt, teque Humili rogant Beuevolentia, quatenus Rerum temporalium Gubernationem ipſius Monaſterii ſuſcipias. Servire devotis Chriſti virginibus Laudabile eſt Atque meritorium Bonum habes Rerum ſpiritualium Ejusdem cœnobii Nominatiſſimumque viſitatorem, Te maximo Honore complectentem; Gravem moribus, Ornatum virtutibus, Conſilio cautum, Omnibus dilectum, Converſatione monaſticæ Religionis bene Famatum, & Cunctis hominibus Notabilem (quæ Vita merito Chriſto eſt Gratiſſima) monaſterii Sancti joannis Optimum abbatem. Literis tam Chriſtianorum quam Gentilium eruditiſſimus, Studioſiſſimusque Eſt, qui Cunctorum hominum Sapientiam procul Notabiliter excedit. Gregem ſibi Creditum optimè Novit regere, Zeloſusque virginum Xſti cuſtos Eſt, quarum Clauſtrum ſervat Firmiſſimè. non Timeas ſub Eo tam Honeſtis ſervire Monialibus, qui novit ſponſas Xſti ſecundum Legem monaſticam Optimâ diſcretione Gubernare: qui Virtute & Zelo fidei Xſtianæ tibi Libenter in Neceſſitate ſubveniet. Hunc virum Tam clarum Benignumque paſtorem Cum habeas Familiarem, rogo Gubernaculum tam Religioſarum virginum Libenter aſſumas, Laborem tuum Xſtus æternis Gaudiis remunerabit. Monialium ſponſus Tutor & Benigniſſimus remunerator Concedat tibi Zelo bono Zelari meliora.* Vale. ex Spanh. 13. Cal. Maji. M.D. ✠✠.

Cum

Cum literas charactere Jeſiſchæ inſignitas acceperit is, cui mittuntur, in arte peritus; obſervet imprimis Dominum aſcendentis illius horæ cum tota figura cœli, & deſcribat eam in ſchedulam mundam, & in ejus dorſo conjurationem præſcriptam, quam cum adſtare viderit, dicat ad potiorem ordine ſic.

*Conjuratio 2.*

Chameruſin aphroys aslotiel mean reneas vear tryamo cralti penaſon.

*Clavis & Senſus.*

aPhRoIsMeAnVeArCrAlTiAsLoTi ElReNeAsTrIaMo

*Senſus.* Prima vacat alternatim.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

V X L. R I N. O H G. M R G N. C H B R G M S X L A. B R
d e r. a p t. v o n. s a n t. j o h a n s b e r g. h a
E N. T H G O C O C R. F O N. V X Q. S O L X G. S E C S N.
l t. c o n v i v i a. m i t. d e n. b u r e n. b l i b t.
G C N. Z X E. C F. T E H M N X L. O G V. Z X L N. H T B. C F.
n i t. f e l. i m. c l o s t e r. u n d. f e r t. o c h. i m.
G R L L X G M T B C Z Z.
n a r r e n s c h i f f.

*Tenor.* Der Apt von Sant Johansberg halt Convivia mit den Buren/ blibt nit fel im Cloſter/ und fert och im Narrenſchiff.

## CAP. XVII.

### Cujus Hora Vocatur Sanayfar, Et Angelus Ejus Supremus Imperator Dictus Est Abasdarhon, Qui Habet Sub Suo Dominio Duces, Comites, Et Famulos Multos.

Quinta hora noctis vocatur Sanayfar, cujus angelus primus & ſupremus imperator dictus eſt Abasdarhon, qui habet ſub ſuo Dominio principes, duces, comites, & miniſteriales multos per ordines & vices duodecim inſtar priorum diſtributos: quos in miniſterium diverſarum artium, & experimentorum ad operatores ritè inſtitutos mittere conſuevit, in primo ordine ſunt 10, in ſecundo 20, in tertio 30, in quarto 40, in quinto 50, in ſexto 60, in ſeptimo 70, in octavo 80, in nono

nono 90, in decimo 100, in undecimo 1000, in duodecimo 100000, & per hos fit omnis operatio Steganographiæ in quinta hora noctis.

| ℞. | | ℞. | ℞. | | | ℞. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Meniel | Gemarii | Barmas | 100 | 100 | 100 | 100 |
| Charaby | Vaneſceor | Platiel | 100 | 100 | 100 | 100 |
| Appimel | Sameryn | Neszomy | 100 | 100 | 100 | 100 |
| Deinatz | Xantropy | Quesdor | 100 | 100 | 100 | 100 |
| Nechorym | Herphatz | Caremaz | 100 | 100 | 100 | 100 |
| Hameriel | Chrymas | Vmariel | 100 | 100 | 100 | 100 |
| Vulcaniel | Patrozyo | Kralym | 100 | 100 | 100 | 100 |
| Samelon | Namelon | Habalon | 100 | 100 | 100 | 100 |

Hic jam habemus ex ſpiritibus Abasdarhon nominatos 40, quorum primi duodecim in ordinibus ſuis ſunt duces, reliqui verò duodecim ſunt comites, & ſunt de quolibet ordine duo, videlicet unus dux, & unus comes. Habemus deputatos miniſteriales 3200, quibus per vices in diverſis operationibus magicis utuntur. Dicunt autem Salomon & Raziel ſapientes & in magicis expertiſſimi, quod principes Abasdarhon apparere ſolent in quacunque forma juſſi fuerint ab eo, qui operatur, quod cum frequenter ſimus experti, varitate ſuo nixum fatemur. Cum itaque volueris per ipſos in Steganographia operari in quinta hora noctis, obſerva Dominum aſcendentis, & tam ipſum, quam totam diſpoſitionem cœli in ſchedula munda conſcribe cum cæteris, quæ docuimus, & in ejus dorſo iſtam conjurationem.

*Conjuratio*

Abasdarhon morca Laſias Tharvean Buel dreſchin Tayr moab erſoty layr pornys Theori mean aſar penaſon.

*Clavis & Senſus.*

mOrCaThArVeAnDrEsChInMoAbLaIrThEoRiAsArLaFiAs BuElTaIrErSoTyPoRnIsMeAn. *Senſus.* Octava decima litera alfabeti eſt prima.

Subjunctis deinde ſubjungendis, mox ut ipſam conjurationem dixeris, apparebunt tibi ſpiritus, quos vocâſti, parati ad omnia, quæ præceperis eis.

*Argumentum ſecreti occurrentis.*

Arcanum quodcunque habueris, quod alioquin ſine periculo amico notum facere propè aut procul exiſtenti non vales, potiori ex ſpiritibus eo ritu & formâ committe, quibus ſecundum artem oportet, nihil metuens, quia fideles & benevoli ſunt.

## *Literæ formentur ad placitum.*

*fides* Katholica *neminem* Salvat,*qui* Ardorem *divini* Amoris *contemnit* Credere & Zelum *amoris* Divini *non* Habere, *nihil* Omninò *conducit* Redemptioni *animæ.* Plures *autem* inveniuntur *nunc* Homines *fide* Glori*antes catholicâ* Sed *pauci* Habent *fidei* X*ſtianæ opera,* Sed *otioſa* Fides *moritur.* Credunt *multi,*Sed *mandata* Dei *pauciſſimi* Obſervant. *heu* Zelus *credentium* Debilis, *quo* Habere *fortiorem* Homines *etiam* Increduli *poſſunt,* Habent*que complures.* Pœnis *cruciabuntur* Inferni *gentiles* Homines*que, qui* Non *credunt* Salvatorem *noſtrum* Hominem *factum* Omnipotentis *filium* Excruciabuntur *autem* Supplicis *gravioribus* Omnes, *qui* Credunt *in* Mundum *veniſſe* Dei *filium* Hominem*que factum* Zelo *redemptionis* Huma*næ, ſed* X*ſtianam fidem* Sanctis *operibus* Minimè *exornant,*Peccatis*que ſemper* Involuti *mundi* Honores *æternæ* Beatitudini *præferunt,* Zelantes *impias* Actiones *fideique* Puritatem *pravis* Moribus *contra* Obedientiam *maculantes.* Amatores *autem* Dei, *qui* Habent *rectum* X*ſtianæ fidei* Zelum *deo* Nihil *præferunt,* X*ſtum imitantur* Peccata *fugiunt,* Divitias *mundi* Honores*que contemnunt.* Nunc *ergo* Intendite *ſermonibus* His, *qui* De *fide* Gloria*mini, amate* Deum, & Habebitis *mercedem* Beatitudinis *juſtitiam* Zelantes, *ſi* Amaveritis *vanitates* Sæculi, *contra* Honorem *dei* Bravium *recipietis* Ze*lantium iniquitatem* Horrores *inferni.* Scripſi 15. Cal. Maji Anno Domini M. D. *uu.*

Cum literas charactere Abasdarhon conſignatas ſuſceperit is, cui mittuntur, in arte peritus: mox dominum aſcendentis, & totam cœli diſpoſitionem conſideret, obſervet, & ſcribat cum tenore conjurationis & aliis neceſſariis in ſchedulam mundam, ſubjunctisque ſubjungendis, & dictâ conjuratione, cum viderit ſpiritus miſſos ſibi aſtantes, dicat ad potiorem iſta verba.

*Conjuratio 2.*

Chameron Maslotiel Taſevy Renean pornas Thilmevy penaſon.

*Clavis & Senſus.*

mAsLoTiElReNeAnThIlMeVyTaSeVyPoRnAs.

*Senſus.* Alternatim ut ſupra.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

KSAA. CZDHOR. PIH. GSHXSF. CSDO. ZDH.
p a f f. h e i n t z. v o n. m a n d a l. h a i t. e i n.
HIH. PIH. NSHO. ESO CMDHZH. XSMPIH.
n o n. v o n. s a n t. k a t h r i n e n. d a r v o n.
BZAPMO. ADHXZN. XP. DH. NI. HDG. DH. BZ
g e f ü r t. f i n d e s. d u. i n. ſ o. n i m. i n. g e
ASHBZH.
f a n g e n.

*Senſus.* Paff Heintz von Mandal hait ein Non von Sant Kathrinen darvon geführt/ findes du in/ ſo nim in gefangen.

## CAP. XVIII.

### Cujus Hora Vocatur Thaazaron, Et Angelus Ejus Appellatur Zaazenach, Multis Præsidens Spiritibus.

Sexta hora noctis appellatur Thaazaron & nomen angeli ejus eſt Zaazenach, qui habet ſub imperio ſuo principes, duces, comites, & miniſteriales pene innumerabiles, qui diverſis operationibus magicis præſunt per vices & ordines ſuos, in primo ordine ſunt 10, in ſecundo 20, in tertio 30, in quarto 40, in quinto 50, in ſexto 60, in ſeptimo 70, in octavo 80, in nono 90, in decimo 100, in undecimo 1000, in duodecimo 10000, cum autem eos volueris vocare, in quacunque ſpecie tibi placuerit, prompti ſunt, & omninò obedientes, ſicut teſtantur prædicti ſapientes, & nos ſumus experti.

| ℜ. | | ℜ. | | ℜ. | | ℜ. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Amonazy | Tuberiel | Pammon | 100 | 100 | 100 | 100 |
| Menoriel | Humaziel | Dracon | 100 | 100 | 100 | 100 |
| Prenoſtix | Lanoziel | Gemaz | 100 | 100 | 100 | 100 |
| Namedor | Jamerotz | Enariel | 100 | 100 | 100 | 100 |
| Cheraſiel | Xerphiel | Rudefor | 100 | 100 | 100 | 100 |
| Dramaz | Zeziel | Sarmo | 100 | 100 | 100 | 100 |

Hic jam habemus ex duodecim ordinibus ſpirituum Zaazenach duces 12 & comites 6 nominatos, cum ſervis ſuis ritè per ordinem depu-

deputatos, numero 1860, qui nobis in hora noctis ſexta ad omnem operationem Steganographiæ ſufficiunt abundè, cum ergo in hac hora noctis operari volueris, obſerva Dominum aſcendentis, & tam ipſum, quam totam cœli diſpoſitionem, cum cæteris neceſſariis ſcribe in ſchedulam mundam & conjurationem.

*Conjuratio*

Zaazenach Eneos fari Neabdiel lasmy chyrmean erſoty layr pornys Theor mean penaſon.

*Clavis & Senſus.*

eNeOsNeAbDiElChIrMeAnLaIrThEoRfArIlAsMyErSoTyPoRnIsMeAn. *Senſus.* Nona decima litera jam eſt prima.

Deinde ſubjunctis ritè ſubjungendis & dicta conjuratione ſpiritus vocati ſine mora placidi & benevoli apparebunt ad omnia parati.

*Argumentum ſecreti cujuscunque occurrentis.*

Arcanum qualecunque nobis occurrit, quod neque per nuncios neque per literas amico tutò intimare poſſumus, in hora noctis ſextâ uni ex præſcriptis ducibus, vel etiam comitibus, ſi dux non adfuerit, quod ſæpe contingere poteſt, committamus eo modo ac ordine quibus in hac arte extat præceptum, nihil omnino metuentes, quia omnes boni & fideles ſunt in cunctis, quæ eis per operantem commiſſa fuerint, nihilque obmittunt.

*Tenor Literarum ponatur ad placitum operantis vel negotii præſentis.*

*Ioannes Trithemius Abb. Spanh. Adæ fullonis ex ſolitariâ Artium & Philoſophiæ doctori, ſalutem & charitatem.*

*memor* E*ſto promiſſionis* T*uæ, quam* C*hriſto ſuſcipiens* K*atholicam fidem* V*oto ſolenni* O*btuliſti; lætitia* A*eterna quibus* E*ſt promiſſa?* P*œnitentibus, an* S*ordidis? ſine* D*ubio promittuntur* T*emporales voluptates* E*t gaudia* P*ræſentis vitæ* I*ntuitu æternæ* Q*uietis futuræ* C*ontemnentibus deumque* A*mantibus, qui* O*rationibus ſacriſque* L*ectionibus ſcripturarum* N*overunt inſiſtere* K*atholicis moribus,* C*hriſtum imitantes;* D*eum non* A*mantibus paratur* I*nfernus, quoniam* A*verſi deo* N*ihil aliud* Q*uam vanitatem* Q*uærunt condemnantes* E*ternæ majeſtatis* G*audium, humiles* Z*elo amaritudinis* E*lati non* C*hriſto, ſed* D*iabolo ſerviunt.* A*matoribus dei* N*ovimus proemia* O*ptima eſſe* P*romiſſa, ſed* A*matoribus mundi* C*hriſtianiſque reprobis* D*eus præpa-*

*præparavit Amariſſimas pœnas Inferni. quid Obſecro facit Katholicam fidem Veritatem abnuere; Tu, qui Gloriaris ſine Zelo divi Amoris, teque Aſfirmas chriſtianum Non oſtendere Zelum tuum Et fidem Chriſtianam moribus Dignis ſed Humilitate abjecta Katholicæ traditionis Credis ſine Amore non Te arbitraris Iuſtum & Fidelem. enimvero, Qui fidem Habet, ſed Habere divinum Amorem negligit, Infidelis eſt, De fide Quoque fruſtra Præſumit, divini Zelator amoris, Et qui Chriſtianam fidem Devotis ac Bonis operibus Quotidie exornare Non deſinit, Exercitans ſe Humiliter in Artibus pietatis.* Vale. 14. Cal. Maji Anno Dominicæ incarnationis. M. D. *a.*

Cum has literas acceperit charactere ſpiritus horæ conſignatas is cui mittuntur, in arte peritus, obſervata imprimis figurâ cœli ipſam cum reliquis neceſſariis ſcribat, ac deinde completis omnibus, quæ ad operationem pertinent, dictaque conjuratione præſcriptâ cum ſpiritus apparuerit viſibilis, dicat.

*Conjuratio 2.*

Chameruſin ferion notiel aſevomy rean badian laſo ſear vaobry Haſtori peſon.

*Clavis & Senſus.*

fErIoNaSeVoMy Ba Di AnSe ArNoTi El ReAn La SoVa ObRy.

*Senſus.* Eins umb das Ander als vor.

His dictis, ſpiritibus revelabit arcanum ſibi commiſſum fideliter, & ſecretiſſimè operanti in aurem.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

ETKKV. OAEPS. DTEP. IQ. CAOLNKXDAI.
j a c o b. ſ e i t z. h a i t. nu. g e ſ p r o c h e n.
AN. QQEG. ZEXD. ANOPAXDAI. OK. VTGZA.
e r. v v i l. d i c h. e r ſ t e c h e n. ſ o. b a l d e.
AN. ZEXD. HKCA. TIFQHHAI. DQP. ZEXD.
e r. d i c h. m ö g e. a n k u m m e n. h u t. d i c h.
BQN. EHA.
f u r. i m e.

*Senſus.* Jacob Seitz hait nu geſprochen er wil dich erſtechen ſo balde er dich möge ankummen/ hût dich fûr ime.

## CAP. XIX.

### Cujus Hora Vocatur Venaydor Angelus Ejus Appellatur Mendrion, Habens Sub Suo Imperio Principes, Duces, Comites, Et Ministeriales Pene Innumerabiles.

Septima hora vocatur Venaydor, cujus Angelus & ſupremus ſpiritus dicitur Mendrion, qui habet ſub ſuo imperio multos alios ſpiritus tanquam principes, duces, comites & miniſteriales, qui ad diverſas operationes in magicis ſunt deputati. Ex his ad Steganographiam & ejus operationes in ſeptima hora noctis deputati ſunt per vices & ordines ſuos principes, duces & comites cum ſervitoribus ſuis multi numero, in primo ordine ſunt 10, in ſecundo 20, in tertio 30, in quarto 40, in quinto 50, in ſexto 60, in ſeptimo 70, in octavo 80, in nono 90, in decimo 100, in undecimo 1000, in duodecimo 100000. Hi omnes per vices vocantur & veniunt ad operationem.

| ℜ. | | ℜ. | | ℜ. | | ℜ. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Ammiel | Ventaziel | Rayziel | 10 | 100 | 100 | 100 |
| Choriel | Zachariel | Tarmyz | 10 | 100 | 100 | 100 |
| Genarytz | Dubratz | Anapion | 10 | 100 | 100 | 100 |
| Pandroz | Marchiel | Imoniel | 10 | 100 | 100 | 100 |
| Meneſiel | Jonadriel | Framoth | 10 | 100 | 100 | 100 |
| Sameriel | Pemoniel | Machmay | 10 | 100 | 100 | 100 |

Hic jam habemus ex duodecim ordinibus ſpirituum ſupremi Angeli horæ ſeptimæ noctis Mendrion duces 12, & comites 6, qui nobis hac vice ad omnem operationem ſufficiunt cum ſervitoribus ſuis, veniunt autem ſpiritus iſti, ut Hermes Hebræus & Raziel Arabs teſtantur, in quacunque forma juſſi fuerint ab eo, qui operatur in arte: qui autem non fuerit in arte noſtra perfectus, non obedientiam ſed periculum & incommodum reportabit, ſi ad operandum acceſſerit, tu autem, cum in ſeptima hora noctis aliquid per iſtos ſpiritus operari volueris, obſerva Dominum aſcendentis, & totius cœli figuram, quam cum reliquis in arte præceptis ſcribas in charta munda, inque dorſo iſtam conjurationem.

*Conjuratio.*

Mendrion curiaco breotnis erſoy Nevo omear Nyco lays erſota Theory pornys Azan mean Laſias aſto penaſon.

*Clavis & Senſus.*

cVrlaCoErSoIoMeArLaIsThEoRyAzAnLaFiAsBrEoTnIsNe VoNyCoErSoTaPoRnIsMeAn. *Senſus.* Viceſima litera Alfabeti nunc eſt prima.

Deinde ſubjunctis ſubjungendis dictaque conjuratione, ſicut oportet, ſtatim ſpiritus vocati apparebunt tibi ad omnia parati.

*Arcanum ſit qualecunque.*

De nunciando arcano propè vel procul abſenti amico in hac arte ſpirituum antea perito, parum refert quale ſit, modo non ſit leve aut tale: quod alioquin per nuncios aut literas tutò nunciari potuiſſet, literarum etiam nobis non eſt cura, quales ſint: modo characterem angeli principalis horæ illius, in qua fit operatio, habeant: & nullum omnino ſecretum.

*Formemus literas ad placitum.*

*Ioannes Trithemius Abbas, Nicolao Baſſelio Monacho S. D. & hunc Divi Nicolai orationem transmittit.*

*omnium* Rer*um conditor,* R*eformator, &* F*actor creavit* P*rimum hominem* A*dam, cui* V*xorem conjunxit* P*ulcherrimam, nomine* E*vam, omnium* V*iventium matrem,* K*atholicam eccleſiam* P*ræfigurans conjungendam* P*aſtoribus, moribus* R*ectitudinis pulchrè* R*efulgentem, pariturамque* B*onorum filios* O*perum homines,* Q*ui regna* C*ælorum ſine* F*ine manſura* H*umilitate percipiunt.* R*edemit nos* C*hriſtus per* B*enignitatem ſuam,* H*umilians ſe* P*ropter nos,* O*portet itaque* B*enigniſſimum nos* A*mare jeſum,* Q*ui nobis fidem dedit* K*atholicam, quam* A*mantes veraciter* F*elicitatem angelicam lucr obtinebunt.* V*iventes, ſicuti* C*hriſtianos homines,* R*ebus temporalibus* R*eſignantes decet,* B*enefactorem omnium* P*ie reverentes* B*onis virtutibus* K*atholicè imitemur.* D*omine jeſu* B*enigniſſimè ſalvator* Q*ui nos* O*mnes miſericorditer* R*edemiſti, de* B*arathro mortis,* F*ragilitatem &* I*nfirmitatem noſtram,* B*enignè attendens* K*atholicæ nos* F*idei conformia* Q*uatenus poſt* T*ranſitoriam vitam* R*equiem æternæ* C*onſolationis, &* F*elicitatis perpetuæ* H*abere mereamur. Amen.* 14. Cal. Maji An. Domini. M.D. *b.*

Cum has literas conſignatas charactere Mendrionis acceperit is, cui mittuntur, in arte noſtra peritus, obſervet Dominum aſcendentis & tam ipſum quam totam diſpoſitionem cœli ſcribat in ſchedulam mundam, & in ejus dorſo conjurationem, deinde ſubjunctis ſubjungendis

gendis & dicto carmine mox ut ſpiritus adſtare ſibi viderit, dicat ad priorem hæc verba.

*Conjuratio 2.*

Chameruſin Merion Nodiel burmy Raveto Badria ſevepo Elay Reas penaſon.

*Clavis & Senſus.*

mErIoNbVrMyBaDrIaElAyNoDi ElRaVeToSeVePoReAs.

*Senſus.* **Ein umb die ander** ut ſupra.

Cum hæc verba inſonuerit ad eum, qui inter cæteros ſpiritus apparet eſſe præſtantior, mox ille placidè accedens commiſſum ſibi arcanum revelabit.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

R R F P. A V P. E V K P. P R R B O Q. C F H. R X B H P. O
v v i s. d a s. h a n s. ſ v v e r t. f i l. ü b e l s. r
B A Q. F K. A F I. V X R R B P B K. D B Q O R B. F I B. K F Z.
e d t. i n. d im. a b v v e s e n. g e t r u e. i me. n i t.
T R. C F H.
z u. f i l.

*Senſus.* **Wiß daß Hans Swert fil übels redt in dim Abweſen/ getrue ime nit zu fil.**

## *CAP. XX.*

### Cujus Hora Vocatur Xymalym, Et Angelus Ejus Imperator Supremus Appellatur Narcoriel, Habens Sub Se Principes, Duces, Comites, Et Servos.

Octava hora noctis vocatur Xymalym & angelus ejus imperator primus & ſupremus appellatur Narcoriel, qui habet ſub imperio ſuo multos ſpiritus alios principes, duces, comites, & miniſteriales, qui per ordines ſuos ad diverſos effectus vocantur ab iis, qui in ſecretis Philoſophiæ deſerviunt; in primo ordine ſunt 10, in ſecundo 20, in tertio 30, in quarto 40, in quinto 50, in ſexto 60, in ſeptimo 70, in octavo 80, in nono 90, in decimo 100, in undecimo 1000, in duodecimo 10000. Hi omnes ita ordines obſervant ſuos, ut nemo tutò per eos poſſit operari, niſi fuerit in omnibus ad plenum inſtitutus: quis-

quisquis enim non obſervat debitum ordinem, & ſeipſum exponit periculo, & optato fruſtrabitur effectu.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Cambiel | Almezon | Xanoryz | 100 | 100 | 100 | 1000 |
| Nedarym | Lemozan | Jaſtrion | 100 | 100 | 100 | 1000 |
| Aſtrocon | Xernifiel | Themaz | 100 | 100 | 100 | 1000 |
| Marifiel | Kanorſiel | Hobrazym | 100 | 100 | 100 | 1000 |
| Dramozyn | Bufanoz | Zymeloz | 100 | 100 | 100 | 1000 |
| Luſtifion | Jamedroz | Gamſiel | 100 | 100 | 100 | 1000 |

Hic jam habemus nominatos duces 12, & comites 6, per omnes duodecim ordines occultâ diſpoſitione conſtitutos, qui habent ſub ſe miniſteriales numeratos XII & CC, qui nobis ad omnem operationem octavæ horæ noctis ſufficiunt, cum itaque per eos in Steganographia octavâ horâ noctis operari volueris, obſerva Dominum aſcendentis, & tam ipſum, quam totam diſpoſitionem cœli in chartam mundam ſcribe, & in ejus dorſo cum cæteris ex more conſuetis iſtam conjurationem.

*Conjuratio 1.*

Narconiel Aples pornya Navelo meas Triome Ilneas Azyfan lafyas my breſtion erſoti penaſon.

*Clavis & Senſus.*

aPlEsNaVeLoTrIoMeAzIfAnMyErSoTyPoRnIaMeAsIlNeAs LaFyAsBrEsTiOn. *Senſus.* Penultima jam eſt prima in alfabeto.

Deinde ſubjunctis ex more ſubjungendis & dictâ conjuratione ſpiritus vocati aderunt in ea forma, quam eis ſumendam præceperis ad omnia prompti.

*Argumentum ſecretum.*

Arcanum, quod volumus ſcire amicum procul abſentem, ſi nec literis confidimus nec tabellionibus, in octava hora noctis potiori ex ſpiritibus Narcorielis committamus, nihil omnino metuentes, quoniam omnes fideles ſunt, & ad obedientiam paratiſſimi.

*Literas formēmus ad placitum.*

*o Benignisſime jeſu, Gratias ago Pietati tuæ Sanctiſſimæ, qui Sanguine tuo Genus humanum Patri cœleſti, pendens Elevatus in Cruce miſerabiliter*

Quaſ-

*Quaſſato corpore, Animo triſti, Facie corruptâ, Portansque noſtra Crimina per Zelum ineffabilis Charitatis noſtros Livores ſanaſti, Floridam nobiliſſimi Corporis juventutem Propter nos Vulneribus duris Subdidiſti, ut Hominem vivificares Mortuum nimiâ Karitate devictus, Katholicamque reſtituens Communionem mori Laborioſiſſimè voluiſti, Gratias igitur, Quas poſſumus, Redemptori noſtro Katholici agamus Gementes & Laudantes memoriam Paſſionis more Chriſtiano, piè Recolentes. o Benigniſſime jeſu Salva me Bonitate tuâ Solitâ, mihique Cuncta indulge Quæſo peccata: Lætificans me Gaudio ſancto Redemptor meus Sana me, Sanctifica me Chriſte verum Lumen cordium, Benedico te Conditor mundi Potentiſſime, rex Chriſte ſalvator Lumen inextinguibile, Quæſo purifica Animam meam Fautor omnium Illumina me, Chriſte amator Excelſe fidelium Gloria te Quærentium me Reſpice da Beatitudinis ſempiternæ Gaudia, da Amoris tui Ferventiſſima incendia, Vita jeſu Sanctorum omnium Salvator mundi Clementiſſime jeſu Per dolorem Benedicta acerbiſſimæque Paſſionis tuæ Concede mihi Lumen intellectus, Amorisque tui Humili purâque Conſcientiâ radios Lucis prægustare, Miſerere mei Bone jeſu, Clementiæ fons Pietatis abyſſus, Gratiarumque plenitudo, Lumen ſupernorum Civium, mihique Sanctæ charitatis Suaviſſimum dulciſſimumque Guſtum infunde, Eripe me Examinator omnium Cordium, & Da mihi Cum puritate Lætitiam & Exultationem in Laudibus tuis Glorificans te Quoniam dolore Vulnerum tuorum Sanâſti me, Quid retribuam Charitati tuæ Redemptor meus Vivificator meus Compatior tibi Lachrymans, & Feliciſſimæ paſſioni Sanctisque vulneribus Corporis tui Benedicens. ſalvator Benigniſſime jeſu Gratias immortales Ago indulgentiam Facinorum poſtulans.* Anno Domini M.D. 13. Kal. Maji ſcripſi hanc orationem ἐγὼ ἰωαννῆς τριτήμιος. C.

Cum literas qualescunque fuerint, charactere Narcorielis conſignatas acceperit is, cui mittuntur, in arte peritus Dominum aſcendentis eadem horâ obſervet, & tam ipſum, quam totam cœli diſpoſitionem cum reliquis ſcribat in ſchedula munda, ſubjunctisque omnibus ex more neceſſariis, & dicta conjuratione, cum viderit ſibi adſtare ſpiritus, dicat ad potiorem iſta verba.

*Conjuratio 2.*

Medaro caslotiel va reneas Thasny Thyrmo Thea penaſon.

*Clavis & Senſus.*

cAsLoTiElReNeAsThIrMoVaThAsNyThEa. *Senſus.* Alternatim ut ante.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

BGP. SSGPR. ECQAFPCZCL. FCP. VS. HMK[illegible]
d i r. v v i r t. g e s c h r e b e n. h e r. z u. k o m m
CL. GQR. KGL. PXR. BS. BSCQ. LGR. SSXL. BCP.
e n. i s t. m i n. r a t. d u. d u e s. n i t. v v a n. d e r
XL QAFIXE. GQR. BGAF. VS. SCPBPCLAHCL
a n s c h l a g. i s t. d i c h. z u. v e r d r e n c k e n.
MBCP. GL. CSSGE. ECDCLELGQ. VS. QCRV
o d e r. i n. e v v i g. g e f e n g. n i s. z u. s e t z
CL. FSCB. BGAF.
e n. h u e d. d i c h.

*Senſus.* Dir wirt geſchrieben her zu kommen, iſt min rat/du dues nit/ wan der Anſchlag iſt dich zu verdrencken oder in ewig Gefängnis zu ſetzen/ hued dich.

## CAP. XXI.

### Cujus Hora Vocatur Zeschar, Et Spiritus Ejus Appellatur Pamiel, Multos Sub Se Habens Principes.

Nona hora noctis vocatur Zeſchar, & angelus ejus ſupremus Imperator appellatur Pamiel, qui habet more præcedentium ſub imperio ſuo multos alios ſpiritus bonos & malos, principes, duces & comites, & miniſteriales per vices & ordines ejus deputatos. In primo namque ordine ſunt 10, in ſecundo 20, in tertio 30, in quarto 40, in quinto 50, in ſexto 60, in ſeptimo 70, in octavo 80, in nono 90, in decimo 100, in undecimo 1000, in duodecimo 10000. Nos autem in operationibus Steganographiæ non indigemus his omnibus, cum pauci nobis ſufficiant.

| ℜ. | | ℜ. | | ℜ. | | ℜ. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Demaor | Comary | Befranzy | 10 | 100 | 10 | 100 |
| Nameal | Matiel | Lachoroz | 10 | 100 | 10 | 100 |
| Adrapon | Zenoroz | Xanthir | 10 | 100 | 10 | 100 |
| Chemel | Brandiel | Armapy | 10 | 100 | 10 | 100 |
| Fenadroz | Evandiel | Druchas | 10 | 100 | 10 | 100 |
| Vemaſiel | Tameriel | Sardiel | 10 | 100 | 10 | 100 |

Hic

Hic jam habemus ex ſpiritibus Pamielis 18. principes, qui per vices ſuas aliquando ſunt duces, aliquando comites, quorum ordines, qui neſcierit, fruſtra in hac arte laborabit, Miniſtros ſibi habent deputatos per vices & momenta horæ 1320, cum quibus operantur mirandos effectus, cum itaque per eos in nona hora noctis operari in Steganographia volueris, obſerva Dominum aſcendentis ejusdem horæ, ac totam figuram cœli, & ſcribe omnia in charta munda, & in dorſo ipſius chartulæ iſtam conjurationem.

*Conjuratio*

Pamyel lyraz laſian mavelo breothis Thirmoan erſoti layr pornis Theori moar azas penaſon.

*Clavis & Senſus.*

lIrAzMaVeLoThIrMoAnLaIrThEoRiAzAsLaFiAnBrEoThIs ErSoTiPoRnIsMoAr. *Senſus.* Jam ultima litera alfabethi eſt prima.

Deinde completis omnibus, quæ præcipiuntur in arte, dic ipſam conjurationem, diligentiſſimè præcavens, ne aliquid obmittas eorum, quæ ad perfectionem operationis requiruntur, dicta autem conjuratione ſpiritus ſtatim viſibiles apparebunt, in ea forma quam eis, ut induerent, præcepiſti, ſunt enim omnes, quos nominavimus, benevoli, boni, prompti, & ad obedientiam ritè operantis voluntarii, & in commiſſis fideles.

*Argumentum ſecretum.*

Arcanum quodcunque nobis occurrit, quod alioquin neque per literas, neque per nuncios tutò poſſumus notum facere amico, primo inter ſpiritus nobis apparentes committimus & ſecuri ſumus, potior autem inter alios habitu & corona diſcernitur.

*Literæ formentur ad placitum.*

*ululate* Mortales, *qui* Nunc *ridetis,* Benignitatemque *noſtri* Glorioſi *redemptoris* Graviſſimis *peccatis* Horrendisque *ſceleribus* Multipliciter *ingratiſſimè* Spreviſtis*; ecce* Turcus *chriſtianorum* Lethalis *inimicus* Ab *ungaria* Movebit *exercitum*, Trucidabit *homines* More *beſtiarum*, Tranſivit *danubium* Truculentus, & Zelo *impietatis* Quaſi *igne* Succenſus. *propterea* Lugete *miſerrimi* Horrendâ *cæde* Morituri, *in* Zelo *amaritudinis* Moriemini, *quia* Comprehendent *vos* Delicta *veſtra*, Leges *dei* Redemptoris *veſtri* Benigniſſi-

*mi contempſiſtis. Gravitas fidem Katholicam deſeruit Zelus & Fervor divini Amoris procul Deceſſit; propterea Hoſtibus trademini Crudeliſſimis, qui Devorabunt vos, Quaſi locuſtas. Auditu percipimus Quam crudeliter Turcus ungariam, Bohemiam, poloniam Invaſerit, civitates Deſtruxerit validiſſimas, Mulieres virginesque Conſecratas deo Zelo ſanctitatis Tenentes caſtitatem Turpiſſimè ſtupravit, Horribiliter mactans Katholicos quoscunque Homines inſtar Beſtiarum crudelium Graſſans ubique. Crudelitatem ejus Horribilem in Brevi ſentietis, Germaniam enim Repentè ſuo Turbabit exercitu Bellicoſiſſimo, niſi Generalis principum Defenſio ſine Mora reſiſtat. Gementes igitur Humilitatem aſſumite Mores emendate, Cum lachrymis Deum orate, Quatenus vobis Concedat remiſſionem Delictorum, & Liberet nos Ab inimicis, Zelo iniquitatis Tradere animas Letho conantibus.* Scripſi 13. Calend. Maji Anno Domini M. D. Joannes Trithemius. e.

Literas vel iſtas, vel alias quascunque ſigno Pamielis firmatas ſuſcipiens is, cui mittuntur, in arte peritus, obſervet & ſcribat Dominum aſcendentis & totam cœli figuram, ſicut præcepimus, in charta munda, faciatque omnia & ſingula, quæ ſunt ſecundum artem facienda, & dictâ conjuratione cum viderit ſpiritus miſſos adſtare viſibiliter ad potiorem dicat.

*Conjuratio 2.*

Chasmeron apornys veto mean, ilno vean aplois cralto ilſo pamerſon.

*Clavis & Senſus.*

aPoRnIsMeAnVeAnCrAlToVeToIlNoApLoIsIlSo.

*Senſus.* Prima vacat ut in aliis.

His dictis, ad principalem ſtatim accedet propius, & arcanum ſibi commiſſum in aurem ſenſibiliter revelabit.

*Clavis literarum & Tenor occultus.*

MNBG. GHMS. TLA. MTM. TTZQS. LHM. ZM.
n o c h. h i n t. umb. n ü n. v v a r t. m i n. a n.
CDL. RBGKZF. ADH. CDQ. AQT. BIDM. CZ. TTHK.
d em. s c h l a g. b e i. d e r. b r ü c k e n. d a. v v i l.
HBG. CHBG. RTBGDM. GHMCDQ. CDL. AZTL.
i c h. d i c h. s u c h e n. h i n d e r. d e m. b a u m.

*Senſus.* Noch hint umb Nün wart min an dem Schlag bei der Brücken/ da wil ich dich ſuchen hinder dem Baum.

## CAP. XXII.

### Cujus Hora Vocatur Malcho, Et Angelus Ejus Supremus Imperator Appellatur Jasguarim, Qui Habet Sub Suo Imperio Principes, Duces Et Comites Et Ministros Plures.

Decima hora noctis vocatur Malcho, & Imperator ejus angelus ſupremus appellatur Jasguarim, qui habet ſub ſuo imperio principes multos, duces, comites & miniſteriales mirandis & diverſis magicis operationibus deputatos, quemadmodum Salomon cognomento Hermes in ſuo ſecreto Magiæ teſtatur; ad Steganographiam per vices & ordines ſuos deputati ſunt duces 100, & comites 100, miniſteriales multi, ut:

| R. | | R. | R. | | R. |
|---|---|---|---|---|---|
| Lapheriel | Chameray | 30 | 100 | 100 | 300 |
| Emarziel | Hazaniel | 30 | 100 | 100 | 300 |
| Nameroyz | Vraniel | 30 | 100 | 100 | 300 |

Quamvis autem multi ſunt duces & comites ad operationem Steganographiæ in decima hora noctis deputati, tamen cum nobis pauci ad omnia ſufficiant, ex ducibus tres, & ex comitibus ſimiliter tres nominatim poſuimus in hac tabula ſubjicientes numerum ſervorum eorundem per vices & ordinem legitimè diſtributum. Qui autem plurium nomina ſcire voluerit, advocet unum ex prædictis, & interroget eum de ſingulis, cum vero per iſtos ſpiritus operari volueris in decima hora noctis, obſerva & fac univerſa, quæ præcepta ſunt, diligentiſſimè ſcribens omnia in ſchedula munda, & in ejus dorſo iſtam conjurationem, eo modo, quo præceptum eſt.

*Clavis.*

Hucusque tam in primo, quam in præſenti libro ſingulas tantum primas literas certarum dictionum ſecreto latenti applicavimus, nunc traditur modus quomodo integræ ſyllabæ primæ certarum dictionum miniſterio arcani deſerviant: eſt autem modus generalis, quem in ſpeciales diſſecare, ſicut de literis factum, nec eſt laboris exigui, nec neceſſitatis, unicum exemplum ponit Autor: ubi omiſſis à principio tribus lineis vacantibus & à fine, prima dictio quartæ lineæ à ſecreto eſt otioſa, prima vero ſyllaba ſecundæ dictionis propoſito inſervit, & ita conſequenter.

*Conjuratio 1.*

Iasguarim apornys Veſale moes Iabiel Throe Tadrys aſiel cachylos thubla nailſo thirmiel vear Turiel cralty ſolmys aslotiel naemes Renhar vear thirmo cralnoti ſaon dremion laviel odres notiel pornys pornis mear moab ſayr aslotiel lo raytu lian aſevo Bian eory churio bays aſtro penaſon.

*Clavis & Senſus.*

aPoRnIsMoEsThRoEaSiElThVbLaThIrMiElTuRiElSoLmIs NaEmEsVeArCrAlNoTiDrEmIoNoDrEsPoRnIsMeArSaIrLoLi AnBiAnChVrIoVeSaLeIaBiElTaDrIsCaChIlOsNaIlSoVeArCrAl TyAsLoTiElReNhArThIrMoSaOnLaViElNoTiElPoRnIsMoAb AsLoTiElRaltVaSeVoEoRyBals. *Senſus.* Primæ tres & ultimæ tres lineæ vacant, deinde prima ſyllaba cujuslibet diccionis vacat alternatim ſolvente prima alterius verbi.

Deinde ſubjunctis ſubjungendis & dicta conjuratione, ſicut oportet, mox ſpiritus vocati aſtabunt.

*Arcani cujuscunque intentio.*

Sit arcanum quodcunque, cum illud per literas & nuncios notificare non potes amico propè vel procul exiſtenti, vocatum unum aut duos ex ſpiritibus Jasguarim tabellarios conſtitue tuos, committe arcanum nihil dubitans.

*Literæ formentur ad placitum.*

*Hæc eſt prophetia Nicolai Baſſelii Irbuſienſis, ſancti Epiſcopi quam vidit in ſpiritu & dixit: Hæc dicit Dominus paſtoribus Eccleſiarum, cito peribitis.*

*quoniam* CA*lamitas maxima* VE*ſtrum dominum* LA*tum diſſipabit* TO*tamque europam* RES*perget; væ* IS*maelitis, qui* TA*bernaculi fœdera* RVM*punt, quoniam* LI*vore &* TE*meritate paſcua* RA*piunt. ecce* RVM*petur dominium,* QVO*d habetis* NIſ*i pœnitentiam* AM*pliorem accele-*

*ſceleratis*, TRA*deminique miſerè* DI*lacerandi. heu* TO*ta eccleſia* RES*perſa eſt* PES*ſimis moribus*, SI*mulatio invaſit* MI*niſtros ejus*, FV*gite*, *nolite* RES*picere*, *nam* DE*ſolabimini*, *eritisque* TRAC*tus canibus* TO*tam terram* RES*pergent ſanguine.* QVE*rite pœnitentiam* HA*bitatores terræ*, BEN*jamin adoleſcentulus* TVR*bationes experietur.*

*Væ habitatoribus Geneſarethi, quæ eſt Europa, quoniam propter multitudinem peccatorum ſuorum peribunt ſub manibus Bulgarorum. Explicit propheta Nicol. Epiſ. Ir. 12. Cal. Maji. f.*

Cum literas qualescunque ſigno Jasguarim prænotatas acceperit is, cui mittuntur in arte peritus, faciat omnia, quæ ſecundum artem præcipiuntur, & obſervet ordinem planetarum, ſcribatque ſcribenda, & dicta conjuratione ſupra ſcripta, mox ut ſpiritus apparuerint miſſi dicat ad potiorem inter eos.

*Conjuratio 2.*

Camerusin Othriel arnotiel ſolais elty Naeles proy vear ſato cralnoti penaſon.

*Clavis & Senſus.*

oThRiElSoLaIsNaElEsVeArCrAlNoTiArNoTiElElTyPrOySaTo. *Senſus.* Tres lineæ vacant ante & poſt.

His dictis, ſtatim accedens ſpiritus commiſſum ſibi nuncium fideliter ac placide revelabit.

*Literarum tenor occultus.*

Cave latores iſtarum literarum quoniam traditores peſſimi, fures, detractoresque habentur.

## CAP. XXIII.

### Cujus Hora Vocatur Aalacho, Et Angelus Ejus Supremus Imperator Appellatur Dardariel, Qui Habet Sub Suo Imperio Duces, Comites, Et Spiritus Multos.

Undecima hora noctis vocatur Aalacho, & ſpiritus ejus Imperator ſupremus appellatur Dardariel, habens ſub ſuo imperio multos potentiſſimos principes & duces, qui præſunt comitibus & miniſteria-

ſterialibus pene infinitis, ſunt autem ipſi duces ſupra modum benevoli, hilares & jucundi, & delectantur converſari cum hominibus, ſuntque operantibus in arte bene inſtitutis obedientiſſimi. Et nota, quod ducum iſtorum infinitus eſt numerus, quia pene totus aër repletus eſt, & numerari non poſſunt: Dicit autem Salomon Hermes, & nos ſumus experti, quod inter duces, comites & miniſteriales ſpiritus Dardarielis multi ſunt boni, utiles & honeſtiſſimi, qui hominibus ſemper prodeſſe cupiunt, cohortantes eos ſemper quodam inviſibili Magiſterio ad bonum, ad honeſtatem, pacem & concordiam, ad integritatem fidei, ad amorem DEI, ad obſervantiam mandatorum ejus, ad contemptum mundi, ad ſupernæ felicitatis deſiderium, & ad omne bonum. Iſti ſunt boni & ſanctiſſimi ſpiritus, qui Deum amant, venerantur, & habent, qui delectantur eſſe cum hominibus ſanctis & Deum timentibus, quia ſunt eis protectores deputati à DEO creatore omnium bonorum inimici, qui continuè tentant mortales & inſidiantur hominibus, & quidquid boni ſpiritus ad honorem DEI inſtituunt, hoc iſti ſemper deſtruere & revocare conantur, & aër iſtis malignis ſpiritibus plenus eſt, inter homines currunt & diſcurrunt inviſibiliter, ſemper incitantes eos ad malum, & incautos ſecum trahunt ad infernum, per iſtos malos ſpiritus Dardarielis fiunt infinita maleficia, non ſolum apud Chriſtianos ſed etiam apud infideles, & maximè decipiunt mulierculas ad malitiam promptiores, & quicunque per eos maleficiis inſiſtere voluerint, erunt in malis ſuper omnes alios maleficos potentes & æterno incendio digni, nos autem, qui non malum ſed bonum & docere & operari ſemper pro viribus cupimus, non ex malis ſed ex bonis ſpiritibus duces nobis nuncios paucos ponamus.

| ℞. | | ℞. | | ℞. | | ℞. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Cardiel | Masriel | Nermas | 10 | 20 | 00 | 20 | 10 |
| Permon | Hariaz | Druchas | 10 | 20 | 00 | 20 | 10 |
| Armiel | Damer | Carman | 10 | 20 | 00 | 20 | 10 |
| Naſtoriel | Alachuc | Elamyz | 10 | 20 | 00 | 20 | 10 |
| Casmiroz | Emeriel | Iatroziel | 10 | 20 | 00 | 20 | 10 |
| Dameriel | Naveroz | Lamerſy | 10 | 20 | 00 | 20 | 10 |
| Furamiel | Alaphan | Hamarytz | 10 | 20 | 00 | 20 | 10 |

Ex bonis itaque ſpiritibus Dardarielis duces hic nominavimus quatuordecim, & comites ſeptem, qui nobis ad omnem operationem Steganographiæ pro undecima hora noctis ſufficiunt, cum ſervitoribus eorum multis & penè infinitis, cum itaque per aliquem, vel aliquos eorum operari volueris, fac omnia, quæ ſunt in arte Steganographiæ præcepta, & poſtquam compleveris omnia, dic iſtam conjurationem cum attentione.

*Clavis.*

In cap. ſuperiori ſyllabas, nunc integras dictiones arcani ſenſus literis manifeſtis & nil verentibus tali aſtutia inſerimus, ut nec unio, nec connexio, nec ſenſus ſub illis latens ullâ ratione vel probabilitate deprehendi poſſit. Variatur & hic modus tot differentiis, ut impoſſibile ſit eos omnes perſcrutari & ſcribendo publicare; eſt enim hæc ſcientia chaos infinitæ altitudinis, quod nemo perfectè comprehendere poteſt, quia quantumlibet in hac arte doctus & expertus fueris, ſemper tamen minus apprehendiſti, quam illud eſt, quod neſcis, habet enim hæc profunda ſecretiſſimaque ars eam proprietatem, ut diſcipulum magiſtro facile reddat incomparabiliter, ut ita dixerim doctiorem, modo ſit à natura ad procedendum diſpoſitus, & in his, quæ in traditione Cabaliſtica percepit, ſtudioſus. Iraque in hoc cap. unum præſcribit modum, quo à principio & à fine tres lineæ vacent, in reliquis lineis ſecunda & penultima dictio valeat.

*Conjuratio 1.*

Dardariel pirno Nadeuym pornis melto, nachir pheon pliros evali eſtafri Thyrmauo, oniel Maviel vear Rabi cralnoti vemy Throe orbaſiel aſar Ravean, purgiel near jano maſiel arlay Naſevi myrſos modias merchul, noti penaſon.

*Clavis & Senſus.*

pIrNoPoRnIsNaChIrPlIrOsEsTaFrIoNiElVeArCrAlNoTi ThRoEaSaRpVrGiEllaNoArLaImIrSoSmErChVlNaDeVyMmEl ToPhEoNeVaLiThIrMaVoMaViElRaBiVeMyOrBaSiElRaVeAn NeArMaSiElNaSeViMoDiAsNoTi. *Senſus.* In principio & fine vacant tres, ruge in aliis ſecundum & penultimum verbum obſerva nam ſenſum dant.

Hac conjuratione completâ cum attentione debita ſpiritus vocati cum benevolentia adſtabunt.

*Argumentum committendum.*

Omnes ſupra dicti duces & comites boni & fideles ſunt, nemini omnino nocentes, qui Deum amat in veritate, ergo committe eis, quidquid in undecima hora noctis nunciare volueris amico propè vel procul abſenti, nihil hæſitans ſecundum artem.

## *Joan. Trithemius Abb. Spanh. Cornelio Gyrardi Gaudenſi Canonico Divi Auguſt. propè Leidis. S.D.*

*Dominus noſter jeſus chriſtus mitiſſimus animarum noſtrarum ſalvator promiſit nobis felicitatem æternæ conſolationis, ſi mandata ejus puro ſemper corde obſervemus, tu ergo chariſſime frater* CVSTODI *mandata dei & ſanctæ regulæ,* DILIGENTER, *quia niſi* OMNIA *usque ad mortem inviolatè ſervaveris* QVÆ *omnipotens deus* TIBI *mandavit: morte peribis æterna idcirco* TRADIDI *tibi formam* ET *legem religioſæ & ſanctæ converſationis.* CAVE *igitur diligenter,* NE *cor tuum per amoris deſiderium* ALICVI *creaturæ mortali* DEDERIS *poſſidendum; quia nemo venit ad* ILLA *ſuprema gaudia,* NISI, *qui mundum pro Deo contemnit; iterum ergo* PER *has meas* LITERAS *te hortor, ut amicũ chariſſimũ monitiones meas,* QVAS *feci, obſerves* TIBI, *me enim felicem exiſtimo, cum* SCRIPSERO *aliquid boni* ISTO *ſacro tempore, maximè ad ædificandum de* MODO *bene vivendi* QVO *te ſemper melior efficiaris, idcirco* NVNC *iterum tibi* SCRIBO *in bonum tuum, quia non minus periculum* TVVM, *quam meũ* TIMEO, *ſed oro ſẽper vigila in timore Dei proficias quotidie,* ET *vivens innocenter* NVLLI *nocens, in ſanctoque propoſito* OMNINO *perſeverans non* CONFIDAS *tempori, non fortunæ, non ætati, quia nihil ſunt* NISI *fumus revera* EGO *te diligo ſyncerè in chriſto jeſu orans ut* IPSEMET *tibi quoq;* SIM *dilectus diſponat, & qui abſens ſum tibi corpore* PRÆSENS *ſẽper In ſpiritu exiſtam unde cum tui memoriam jugiter habeam in orationibus meis, ne tu mei obliviſcaris te vehementer oro.* Vale. 12. Calend. Maji Anno M. D. g.

*Senſus.*

*Senſus.*

Cuſtodi diligenter omnia, quæ tibi tradidi, & cave ne alicui dederis illa, niſi per literas, quas tibi ſcripſero iſto modo, quo nunc ſcribo, tuum timeo, & nulli omninò confidas, niſi ego ipſemet ſim præſens.

## CAP. XXIV.

### Cujus Hora Vocatur Xephan, Et Angelus Ejus Supremus Imperator Dictus Est Sarandiel, Habens Sub Se Principes, Duces, Comites, Et Servos Multos.

Duodecima hora noctis, quæ contingit auroram, vocatur Xephan, & angelus ejus appellatus eſt Sarandiel, qui habet ſub ſuo imperio multos ſpiritus bonos & malos, principes, duces, comites, & miniſteriales, qui ſunt diverſis operationibus deputati, boni bonis, & mali malis, iſti principes (ut dicit Hermes Hebræus, qui dictus eſt Salomon, in libro quarto de officiis ſpirituum) frequenter apparere ſolent in ea forma, quâ Diabolus Evæ legitur apparuiſſe, habentes unum caput pulchrum inſtar virginis, capillis ab utraque parte dependentibus: ſed duo corpora ſerpentina, quæ tamen ſemper velant, & abſcondunt ſub quibuscunque tegumentis, & frondibus, ne videantur, in facie autem ſunt pulcherrimi, benevoli & jucundi, & ad omnem obedientiam operantis promptiſſimi & hilares.

| ℞. | | ℞. | | ℞. | | | ℞. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Adoniel | Marachus | Hardiel | 10 | 20 | 00 | 20 | 10 |
| Damaſiel | Chabrion | Nēfrias | 10 | 20 | 00 | 20 | 10 |
| Ambriel | Neſtoriel | Irmanotz | 10 | 20 | 00 | 20 | 10 |
| Meriel | Zachriel | Gerthiel | 10 | 20 | 00 | 20 | 10 |
| Denaryz | Naveriel | Dromiel | 10 | 20 | 00 | 20 | 10 |
| Emaryon | Damery | Ladrotz | 10 | 20 | 00 | 20 | 10 |
| Kabriel | Namael | Melanas | 10 | 20 | 00 | 20 | 10 |

Hic jam habemus ex bonis ſpiritibus Sarandielis duces 14, & comites 7, cum multis ſervitoribus eorum, qui nobis in duodecima hora noctis ad omnem operationem ſufficiunt, cum itaque volueris operari per eos in ultima hora noctis, obſerva & fac omnia, quæ præcepimus diligenter, & poſtea dic conjurationem.

*Clavis.*

Modus præſens planè cum præcedente convenit, niſi quod à fine verſus principium ſenſus myſticus legi debeat.

*Conjuratio 1.*

Sarandiel Marſo porne joniel ſchendiel jano Natichilpres jaſachar, Meon priſti dyon volayr penaſon.

*Clavis & Senſus.*

mArFoIoNiElIaNoChIlPrEsMeOnDyOnPoRnÆsChEnDiElNaTilaSaChArPrIsTiVoLaIr. *Senſus.* A fine incipe modo præcedentis capituli.

*Conſtitutio nunciandi arcani.*

Cum videris ſpiritus in forma tibi adſtare peregrina: non terrearis, quia boni & benevoli ſunt, neminem lædentes, & monſtroſam formam, ne quem exterreant, quaſi ſemper abſcondunt, facie pulcherrimâ apparentes committe ſecurè, quidquid in hora noctis volueris ſcire amicum.

*Literæ formentur ut placet.*

*O Miſer homo & verè miſerabilis, cur non attendis omnium temporalium inſtabilitatem, & cur te non moriturum brevi cogitas? memento quod primus* -- -- *homo* PROMERVIT, *quod mandatum violavit, utinam* SICVT *optavit Balaam* MORIATVR *anima noſtra juſtorum morte* VT *contemnentes voluptates* PRÆSENTES, *& vanos mundi honores* SIMVS *immaculati cuſtodientes* NOS *ab omni peccato, ſed non curamus* QVOVSQ. *tandem horrenda* VINCVLA *mortis incidimus cruciandi* IN *perpetuum; felicē* ILLVM *exiſtimo, qui iſta præcogitat, igitur o homo* PROIICE *mūdū, ſicut* FECIT *Dei filius & cogita, quanta ex ejus amore* MALA *nos ſequantur.* MVLTA *enim pericula nobis ingerit, &* QVONIAM *ſuis Amatoribus* EST *damnabilis, merito contemnitur; vere* DIGNVS *eſt æterna* MORTE *amator mundi, quid tibi prodeſt* ISTE *mundus miſerabilis* HOMO, *qui, dum amatur, fugit: dum præſens eſt, tranſit: dum exaltat, dejicit: dum blanditur, decipit: dum floret, areſcit: dum amatores ſuos emittit, ad perpetuas miſerias tranſmittit.* Anno M.D. 12. Cal. Maji. *b*

Acce-

Acceptis literis, & cognito ſigno ſpiritus principalis, peritus in arte faciat, quæ ſunt ex more facienda. Dictâ deinde, ſupra ſcriptâ conjuratione ſecundum artem apparebunt ſpiritus, commiſſum fideliter referentes.

*Tenor occultus.*

Homo iſte morte dignus eſt, quoniam multa mala fecit, projice illum in vincula quousque nos ſimus præſentes, ut moriatur, ſicut promeruit.

## *CAP. XXV.*

### In Quo Docebimus Modum, Et Formam Generalem Accedendi Ad Hanc Artem Steganographiæ, Et Operandi In Ea Sine Periculo Cum Maxima Utilitate.

Quicunque ad hujus artis noſtræ occultæ ſcientiam accedere deſiderat; quicunque operari per eam mirabilia & multis commodoſa periculis optat, inprimis oportet eum ornatum eſſe virtutibus & conſcientiæ mundæ, ac voluntatis bonæ ad Deum, ad ſeipſum & ad proximum, ne ſit inclinatus ad nocendum alicui, neque commercia turpitudinis quærat; Deinde neceſſe eſt, ut ſit bonis artibus literarum aliquantulum imbutus, & maximè in ſcientia aſtrorum, ut ſciat generales motus, curſus, diſcurſus, mutationes, ordines, naturas, ſitus, ortus, occaſus & effectus ſtellarum, ſignorum & planetarum, quia ſine iſtorum competenti ſcientia nemo poteſt ad hujus profunda habere acceſſum.

Conſequenter neceſſe eſt, ut præceptorem habeat in arte perfectum & expertum: quia non niſi paucis & in multis eruditiſſimis, & magicis peritis ad hanc ſcientiam venire ſine præceptore, poſſibile credimus. Oportet autem præceptorem non ſolum in ſcientia eſſe probatum & expertum, ſed etiam fidelem, probum & DEUM timentem: quia quantò fuerit cum DEO in bona converſatione

purior, tantò erit in hujus ſcientiæ operatione ſecurior: ſpiritus enim virtutibus obtemperant. Cum itaque ad hanc artem quisquam acceſſurus eſt, accipiat eum præceptor, & ducat in locum aliquem ſecretum & mundum: ſit tempus tranquillum & ſerenum, & luna in oppoſitione completa, ſole clare ſplendente: & ſit Mercurius in Aſcendente conjunctus Veneri aut Jovi, ſi fieri poteſt: ſintque Saturnus remoti & Mars: quia ſi ipſi aut alter eorum fuerint cum Aſcendente non erit inſtitutio perfecta. Inprimis jurabit inſtituendus in hac arte hoc juramentum.

Ego N. juro & promitto per virtutem omnipotentis DEI, per ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, per reſurrectionem mortuorum & extremum judicium, & per ſalutem animæ meæ in fide ſancta catholica omnipotenti DEO, Beatæ Virgini, omnibus Sanctis, & tibi N. quod hanc artem Steganographiæ omnibus diebus vitæ meæ occultam fideliter ſervabo; nec docebo illam aliquem ſine tua voluntate & conſenſu. Inſuper in eadem virtute juro & promitto, quod hâc ſcientiâ non utar contra DEVM & ejus mandata, nec contra eccleſiam Sanctam Romanam & Univerſalem ſeu miniſtros ejus, neque contra juſtitiam & æquitatem. Sic me DEVS adjuvet & ſic ſalvet in extremo judicio.

Deinde præceptor legat ſequentem conjurationem in lingua myſtica, & interpretetur eam & omnes conjurationes in hoc opere contentas, coram diſcipulo: ne ſuſpicetur, aliquid eſſe diabolicum, ſuperſtitioſum aut DEO contrarium, vel pactum cum dæmonibus implicitè vel explicitè quomodolibet latenter abſconditum.

*Conju-*

### *Conjuratio generalis ante acceſſum ad artem à Magiſtro dicenda.*

Meſari Cosmeniel archea Sameor critas
Dricho moſayr uſio nœs veſo tureas
Alrithios naſelian pyrno chyboyn ormon.
Cervali myrbeuo lian ſaueao ſayr.
Rhymatro cavet iapion nospiel ſaſeuo.
Rhaony Naty thirpolian ionayr chuleor nefris.
Miſtriona nayr dauosy tyramo turmy.
Pleori nomeato turias bresnie nasephon
Adion ſayr catros chyrosny aſchyon ermy
Otyel layr romays theory naias atreuo.
Aliar meaſco trisna uſeori ieſachor.
Bios pailon rauemy ſeor, Aſtropenaſon.

### *Clavis.*

Clavis eadem eſt, quæ omnium conjurationum ſpecialium. Nempe Primò. Dictiones prima & ultima ſunt omninò otioſæ. 2. Secunda, quarta & ſic conſequenter alternativæ propoſito inſerviunt. 3. Expletis valentibus alternativis, etiam cæteræ valent, quæ antea ut otioſæ ſunt omiſſæ. 4. Prima litera eſt otioſa, ſecunda, quarta & ſic alternativæ myſticum ſenſum perfectè reddent; Itaque hoc modo conjuratio diſponetur & legetur.

cOsMeNiElSaMeOrDrIcHoUsIoUeSoAbRiThIoSpYrNoOr MoNmYrBeVoSaVeAoRhYmAtRoIaPiOn SaSeUo NaTy IoNaYr NeFrIsNaYrTyVaMoPlEoRiTuRiAsNaSePhOnSaYrChYrOsNy ErMyLaYrThEoRyAtReVoMeAsCoVsEoRyBiOsRaVeMyArCh EaCrItAsMoSaYrNoEsTuReAsNaSeLiAnChYbOiNcErUaLiLi AnSaYrCaVeTnOsPiElRhAoNyThIrPoLiAnChVlEoRmIsTrIo NaDaVoSyTuRmYnOmEaToBrEsNiEaDiOnCaTrOsAsChYo NoTyElRoMaYsNaIaSaLiArTrIsNaIeSaChOrPallOnSeOr.

*Senſius*

### *Senſus Conjurationis Generalis.*

Omnes modi hujus artis in omnibus variari poſſunt in infinitum per transpoſitionem literarum ac verborum, ac etiam ſine translatione ulla ſicut operanti placuerit induſtrio & bene docto ac in terminis latinis copioſo.

Et poſtquam magiſter artis hujus diſcipulo ſuo explanaverit omnium conjurationes ſpirituum, ordinem & ſeriem: aperiat ſibi arcana ſecretiſſima hujus ſcientiæ, quæ nec ſcripta ſunt, nec ſcribenda; prohibens ſub juramento præſtito, ne illa revelet alicui quamdiu vixerit, niſi dignis & in arte juratis; nec ſcribat ea quovis modo vel causâ. Deinde doceat eum naturas, nomina, loca, numeros, officia, & proprietates omnium ſpirituum, qui ad hanc ſunt artem deputati: quomodo, quando, & ubi per eos ſit operandum: & reliqua arcana, quæ ad hujus artis perfectionem pertinent; de quibus non eſt ſcribendum.

*Finitur liber ſecundus Steganographiæ Joannis Trithemii Abbatis Spanheimenſis 12. Cal. Maji Anno Domini M.D.*

# LIBER TERTIVS STEGANOGRAPHIÆ JOANNIS TRITHEMII, ABBATIS SPANHEIMENSIS,

*AD*

*SERENISSIMVM PRINCIPEM,*

## DOMINVM PHILIPPVM, COMITEM PALATINVM RHENI, DVCEM BAVARIÆ, IMPERIIQVE SACRI PRINCIPEM ELECTOREM.

## *PRÆFATIO.*

*Poſtquam auxiliante Domino noſtro Ieſu Chriſto ſalvatore fidelium animarum, primos artis noſtræ libros duos complevimus, in quibus Steganographiam noſtram utcunque deſcripſimus, oportet nos hunc tertium librum illis conjungere, & mirabilibus adinventis mirabiliora copulare. Inveni in quodam libro cujusdam antiqui Philoſophi, qui dictus eſt Menaſtor, eſſe poſſibile ut quadam arte mentis noſtræ conceptum amico notum faciamus, quantumlibet abſenti, in 24. horis, ſine literis, & ſine nuncio, perfectiſſimè, latiſſimè, & ſecretiſſimè, cum autem deſiderio ſciendi vehementiſſime ducerer, cœpi velle experiri dictionum veritatem, & poſt multos labores tandem inveni ipſam ſcientiam experientia probatam. Maximum eſt hujusmodi artis ſecretum, & tantis obſcuritatibus involutum, ut nulli facile ſit pervium; Menaſtor enim nimis obſcurè & paucis verbis myſterium involvit, tantisque viribus, ut ſecretum maneat, uſus eſt, ut poſt eum nullus adhuc reperiri potuerit, qui auſus ſit ejus ſermonem aliquo documento facere clariorem. Ego autem metuens tam mirabile opus propter nimiam obſcuritatem vilipendi ab imperitis, aut tandem igne cremari, cum in eo multis probationibus jam diu ſim expertus, ita illud lite-*

*ris commendare apertioribus volui, ut & viris eruditis ac in magicis ſtudioſiſſimis cum DEI auxilio poſſit aliquatenus fieri pervium, & tamen imperitis Rapophagis omni tempore maneat occultatum, & nullatenus eorum obtuſo intellectui cognitum.*

*Dixit autem Menaſtor:* ſeptem ſunt planetæ, quibus ſeptem præſunt angeli, & illis ſunt 21. ſpiritus ſubjecti, per quos nunciantur arcana.

*Horum nomina per tabulam exponamus.*

R. R.

Manſiones ſpirituum cum planetis. vi. M. L. n. c.

| S. | Roth. | | Roth. | | Roth. |
|---|---|---|---|---|---|
| ♄ | Orifiel | Sadael | 1 — 675 | 663 | 651 |
| | | Poniel | 2 — 700 | 688 | 676 |
| | | Moriſiel | 3 — 725 | 713 | 701 |
| ♃ | Zachariel | Floriel | 1 — 575 | 563 | 551 |
| | | Ariel | 2 — 600 | 588 | 576 |
| | | Raphael | 3 — 625 | 613 | 601 |
| ♂ | Samael | Amael | 1 — 475 | 463 | 451 |
| | | Asmael | 2 — 500 | 488 | 476 |
| | | Nebiel | 3 — 525 | 513 | 501 |
| ☉ | Michael | Laniel | 1 — 375 | 363 | 351 |
| | | Paſael | 2 — 400 | 388 | 376 |
| | | Vanriel | 3 — 425 | 413 | 401 |
| ♀ | Anael | Zabdiel | 1 — 275 | 263 | 251 |
| | | Sacmiel | 2 — 300 | 288 | 276 |
| | | Adoniel | 3 — 325 | 313 | 401 |
| ☿ | Raphael | Carmiel | 1 — 175 | 163 | 251 |
| | | Nabyel | 2 — 200 | 188 | 176 |
| | | Pathiel | 3 — 225 | 213 | 201 |
| ☾ | Gabriel | Remafiel | 1 — 75 | 63 | 51 |
| | | Teſpiel | 2 — 100 | 88 | 76 |
| | | Theoriel | 3 — 125 | 113 | 101 |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| S | Aniel 4 | Wenaſor | 631 | 20 | 642 | 639 |
| H | Saturnus | Schamaro | 627 | 20 | 638 | 646 |
| I | Kralvotos | Thubrays | 626 | 20 | 650 | 634 |
| | Ymarona | Tzatzraym | 628 | 20 | 639. | |

*Iſti ſunt ſeptem Angeli planetarum ſecundum traditionem antiquorum ſapientum, quorum quilibet ducit mundum annis trecentis quinquaginta quatuor, menſibus bis binis in ordine ſuo.* Orifiel eſt angelus Saturni, *qui à principio creationis gubernavit mundum annis 354 menſib. 4, poſtea Venus, deinde Jupiter, poſt illum Mercurius, ac deinde Mars, poſtea Luna, poſtremo Sol; quilibet annis 354 menſibus 4 ſuum Angelum in tabula ſibi communi ſcriptum Dominium Mundi habuiſſe deſcribitur. Itaque tempore diluvii ferunt ſapientes Samaelem angelum Martis ſerviviſſe Imperio Regiminis: Gabrielem autem angelum Lunæ tempore confuſionis linguarum: Michaelem angelum Solis tempore exitus Iſraelis de Ægypto. Et quidem, ſi quis affectioni præfatæ adhibeat fidem, per ſemet ab origine mundi facile mutationes temporum & gubernationem Angelorum usque ad ſuam ætatem præſcripto ordine poterit ſupputare. Nos autem ea, quæ noſtro conducunt propoſito proſequentes, ſeptem Angelis planetarum prædictis 21. ſubjectos alios ſpiritus, hoc eſt, unicuique tres non ambigimus ſecundum hujusmodi artis noſtræ inſtitutionē, per quos intentionis noſtræ operamur effectum. Ordinem planetarum conſuetum obſervabimus, à ſupremo omnium Saturno incipientes usque ad lunam primo cujuslibet principalis Angeli operationem conſcribentes, ac deinde ſubſervientium: & capitula per ordinem conjungentes.*

## CAP. I.

### De Orifiele, Primo Et Supremo Angelo Saturni, Et De Operationibus, Quæ Fiunt Per Eum.

Saturnus, planetarum omnium altior & ſupremus, motu natura tardus, frigidus, quia remotus, difficilis, gravis à puncto ſui principii 650, annis usque ad punctum primæ ſtationis in quolibet ſigno menſibus commorans 30, naturali proprio motu movetur 626. Ejus pirmus & ſupremus angelus vocatur ſecundum opinionem antiquorum Orifiel, qui habet ſub ſe alios tres principales ſpiritus, videlicet: Sadach, Poniel & Moriſiel, de quibus ſuo dicemus & loco & ordine, per hunc autem Orifielem magnum Saturni angelum fiunt multæ & diverſæ operationes in Steganographia; per ipſum poſſumus mentis noſtræ arcanum notum facere amico, artem ſcienti ubicunque fuerit, per literas, ſi placet, vel etiam ſine literis, & alia multa mirabilia facere, quæ nemo intelligit alius, qui in hac noſtra ſcien-

 tia

tia imperitus fuerit; Itaque volens per hunc angelum in Steganographia quippiam operari, maximè in die Saturni, & in his rebus, negotiis & cauſis, quæ pertinent ad Saturnum, inprimis neceſſe eſt, ut motus ejus noveris varios & diverſos; & varios primum, purum, proprium, mixtum, rectum, retrogradum & confuſum. Et in his omnibus non ſolum generales regulas, ab Aſtronomis traditas, (quia licet maximè conducant, huic ſcientiæ noſtræ, tamen non penitus ſufficiunt) ſed etiam particulares ſciat neceſſe eſt. Pro fundamento igitur præſuppoſitis tabulis & regulis de motibus planetarum, quos omnino ſcire operantem in hac arte neceſſarium eſt, ſpeciales regulas & tabellis punctualium motuum per ſingula capitula hujus operis adjecimus, ſine quarum obſervatione nemo in hac arte poterit operari. Et nota, quod dies cujuslibet planetæ in quatuor partes æquales dividitur, quarum primam, id eſt, horas inæquales tres, angelus ipſius planetæ principalis obtinet; & reliquas tres partes ejus ſubſtituti per ordinem conſequuntur: Exempli gratia, in die Saturni Orifiel primus angelus ejus tres horas ab ortu ſolis inæquales, quæ dicuntur horæ planetarum, poſſidet, ſecundas tres primus Angelus ejus Sadaël, tertias tenet Poniel ſecundus, & quartas tres horas Moriſiel angelus Orifielis tertius, ſub primis tribus horis diei tam Saturni, quam cæterarum ſtellarum, in rebus Saturno appropriatis operandum eſt per Oriſielem, ſub ſecundis per Sadaelem, ſub tertiis per Ponielem, & ſub ultimis tribus per Moriſielem, & omnes operationes ſecundum motum Saturni aut proſperum effectum accipiunt aut debilem, ſed jam tabulam punctualem ponamus.

*Tabula punctualis.*

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Saturn. | αλφα S. | | 672 | 632 | 688 | | | |
| 644 | 638 | | 657 | 696 | 685 | | 701 | |
| 650 | 634 | | 655 | 689 | | | 725 | |
| 629 | 635 | | 667 | 684 | δελτα | R. | 719 | |
| 650 | 632 | R. | 658 | 692 | 719 | | 713 | |
| 645 | 640 | | 673 | 692 | 725 | | 708 | |
| 635 | 637 | | 675 | 699 | 704 | | 710 | R. |
| 646 | 643 | | 660 | 692 | 725 | | 717 | |

636

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 636 | 638 | | 651 | 698 | | 720 | 707 | |
| 632 | 634 | | 675 | 688 | | 710 | 715 | |
| 646 | βητα 𝔖. | | 669 | 684 | | 721 | 712 | |
| 639 | 669 | | 663 | 697 | | 711 | 718 | |
| 635 | 675 | | 658 | 682 | | 707 | 713 | |
| 641 | 654 | | 660 | 680 | | 721 | 709 | |
| 642 | 675 | | 667 | 692 | | 714 | 𝔖. | |
| 649 | 670 | | 637 | 683 | | 709 | γα | |
| 642 | 660 | | 665 | 698 | | 716 | 641 | |
| 648 | 675 | | 662 | 700 | ℜ. | 717 | 642 | |
| 638 | 661 | | 668 | 685 | | 724 | 649 | |
| 634 | 651 | | 663 | 676 | | 717 | 646 | |
| 647 | 671 | ℜ. | 659 | 700 | | 723 | 635 | |
| 632 | 664 | | γαμμα | ℜ. 604 | | 713 | 24 | |
| 630 | 659 | | 694 | 688 | | 709 | 644 | ℜ. |
| 642 | 666 | | 700 | 683 | | 722 | 646 | |
| 633 | 667 | | 679 | 685 | | 707 | 633 | |
| 648 | 674 | | 700 | 602 | | 705 | 735 | |
| 650 | 667 | | 695 | 682 | | 717 | 632 | |
| 655 | 673 | | 685 | 690 | | 708 | 631 | |
| 626 | 663 | | 669 | 687 | | 723 | 646 | |
| 650 | 659 | | 686 | 693 | | 725 | 635 | |
| 644 | 659 | | | | | 710 | 643 | |

Iſte ordo nigro colore ſcriptus.

| | | |
|---|---|---|
| 642 | 685 | |
| 639 | 18 | |
| 633 | 693 | |
| 643 | 699 | |
| 𝔖. B. ℜ. | 692 | ℜ. |
| 657 | 690 | |
| 665 | 691 | |
| 674 | 692 | |
| 21 | 698 | |
| 672 | 693 | |
| 667 | 696 | |

| | | |
|---|---|---|
| 671 | 69 | |
| 18 | 720 | |
| 654 | 707 | |
| 656 | 710 | |
| 671 | 17 | |
| 666 | 722 | |
| 670 | 721 | |
| 671 | 710 | |
| 23 | 10 | |
| II T.ℜ. | 712 | |
| 681 | 713 | |
| 700 | 710 | ℜ. |
| 685 | 708 | |
| 683 | 721 | |
| 19 | 714 | |
| 682 | 725 | |
| 689 | 715 | |
| 684 | 721 | |
| 696 | 714 | |

Medio motu Saturni in ſecundum diem, gradum & horam ex tabulis communibus cognito, diligenter imprimis obſervandum ſcias; utrum ſit directus, an retrogradus, purus, proprius, mixtus, aut confuſus. Hoc autem ex tabulis communibus invenies, idcirco præſcriptam tabulam ordinavimus, in qua punctum principii motus ejus & finis poteris invenire qualibet horâ, diviſis gradibus ſimul intercurrentibus in particulis minorum, ita videlicet, ut quodlibet minutum in duas, tres, vel quatuor partes horarias, ſecundum proportionem motus puri aut confuſi; hoc eſt, aliorum planetarum conjunctione & ſeparatione obſervatâ, dividatur: impoſſibile eſt enim vel per ſtellas, vel per ſpiritus ſtellarum te poſſe ad effectum hujus artis pervenire, niſi motu punctuali cognito: & diligentiſſimè obſervato ſuas operationes ad qualitates planetarum, proprias noveris præſciſè ordinare: nam in diverſis gradibus ſignis, diebus, horis, minutis, ſecundis, tertiis & quartis planetarum effectus, quo ad hanc ſcientiam diverſimodè variantur. In quolibet enim gradu 25 mutationes diverſas obſervavimus, & invenimus, unde & quem-

quemlibet gradum in totidem partes dividere principales neceſſarium nobis videbatur: Iſta autem diviſio non habet locum per omnes gradus, ſed in illis duntaxat, in quibus ſtellæ nobis ad hanc artem conducentes oriuntur, cum quibus fit operatio ad ſignificandum abſentibus omne, quod volumus, miniſterio ſpirituum ſine literis ſicut dicemus, itaque prima tabula diviſionis graduum motus Saturni, quam præmiſimus, primæ quartæ diei vel noctis deſervit perpetuò in his, quæ pertinent ad operationem Saturni & principum ejus, ſecunda vero ad ſecundas tres horas, tertia ad tertias, & quarta ad quartas. Deinde ſubjecimus punctualem ordinem motus ipſius Saturni in aſcendente, quando videlicet fuerit in uno ex primis quatuor ſignis, quæ ſunt Aries, Taurus, Gemini & Cancer, de reliquis octo ſignis etiam tabulam ordinabimus conſequentem.

*Tabula prima.*

| S. | R. | S. | 9 R. | 12 S. | 12 R. |
|---|---|---|---|---|---|
| ♌. | 3 ♎ | ♐.6 | ♒ | y | 69 |
| 639 | 693 | 16 | 700 | 647 | 716 |
| 642 | 696 | 639 | 689 | 650 | 722 |
| 633 | 685 | 638 | 697 | 634 | 721 |
| R. { 23 | 25 | 642 | 696 | 24 } R. | 714 |
| 641 | 679 | 633 } R. | 691 | 642 | 24 |
| 650 | 682 } S. | 13 | 21 } S. | 648 | 724 |
| 642 | 22 | 644 | 682 | 643 | 710 } S. |
| 634 | 690 | 648 | 684 | 6 | 721 |
| 24 | 692 | 643 | 24 | | 714 |
| 647 | 685 | 23 | 679 | | 719 |
| 632 | 25 | 0. | 682 | | 721 |

| 18. Lib. S. | Sag. S. |
|---|---|
| 700 | 634 |
| 692 | ♍. R. |
| 691 | 663 |
| 21 | 673 |
| 681 } R. | 668 |
| 696 | 18 |

692 664 24 | 674 (S.) 671 668 675 666 658

Tabula.

♍. S. 673 663 665 665 671 659 633 23 664 (R.) 663 673 668 18 668 667 664 658

4 R. ♍ — 706 725 714 24 717 709 19 (S.) 722 707 721 708 18

2 S. ♐ 668 675 674 671 21 671 667 664 (R.) 24 669 660 663 659 671 664

11 ♓ R. 710 717 723 718 708 721 714 24 (S.) 715 717 708 18 722 717 710 20 0

13 ♉ S. 672 667 660 20 668 (R.) 675 674 24

16 R. ♌ 640 642 633 (S.) 23 647 642 635

19 S. ♒ 707 714 722 12 (R.) 709 721 718 72

22 R. ♍ 697 692 684 24 700 691 (S.) 691 696 684

14 Gem. S. 694 696 699 696 689 (R.) 10 679 682 69 S.

17 ♏ R. 675 666 659 19 (S.) 672 659

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 20. | | 23 | | 5 | | 718 | ♎ ℜ. |
| Sag. 𝔖. | | ♓ ℜ. | | Sag. ℜ. | | 725 | 681 𝔖. |
| 639 | | 724 | | 634 | | | |
| 632 | ℜ. | 717 | | 646 | | 8 | |
| 634 | | 17 | 𝔖. | 635 | 𝔖. | Aq. 𝔖. | |
| 633 | | 722 | | 646 | | 693. ℜ. | |
| 23 | | 717 | | | | | |
| 632 | | 710 | | | | | |
| 636 | | | | | | | |
| 635 | | | | | | | |
| 646 | | | | | | | |

Motus planetarum purus.

♄ 𝔖.

| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 649 | | 549 | | 333 | | Sat. | | 650 | | 626 | |
| 635 | | 538 | | 23 | | s | | 675 | | 651 | |
| 646 | | 534 | 𝔖. | 347 | | p | ℜ. | 700 | 𝔖. | 676 | ℜ. |
| 639 | | 546 | | 342 | ℜ. | Vir | | 725 | | 701 | |
| 644 | | 535 | | 348 | | ♃ | | 550 | | 525 | |
| 646 | | 25 | | 343 | | e | | 575 | | 551 | |
| 635 | | ♂ ℜ. | | ♀ 𝔖. | | a | 𝔖. | 600 | ℜ. | 576 | 𝔖. |
| 12 | | 427 | | 245 | | r | | 625 | | 601 | |
| 647 | | 450 | | 232 | | M. | ℜ. | 450 | | 426 | |
| 642 | ℜ. | 441 | | 235 | | | | 475 | | 451 | |
| 634 | | 444 | | 25 | | | ℜ. | 500 | 𝔖. | 476 | ℜ. |
| 24 | | 24 | | 246 | | n | | 525 | | 501 | |
| 649 | | 432 | | 240 | ℜ. | Sol | | 350 | | 326 | |
| 635 | | 439 | | 246 | | L | | 375 | | 351 | |
| 642 | | 447 | 𝔖. | 18 | | p | 𝔖. | 400 | ℜ. | 376 | 𝔖. |
| 646 | | 17 | | 246 | | v | | 425 | | 401 | |
| 645 | | 446 | | 235 | | ve | | 250 | | 226 | |
| 645 | | 442 | | ☿ 𝔖. | | z | | 275 | | 251 | |
| 634 | | 439 | | 131 | | s | ℜ. | 300 | 𝔖. | 276 | ℜ. |
| 24 | | 20 | | 142 | | A | | 325 | | 301 | |
| Iup. 𝔖. | | 0 | | 135 | | M | | 150 | | 126 | |
| 542 | | ☉ ℜ. | | 133 | | c | | 175 | | 151 | |
| 534 | | 347 | | 23 | | n | 𝔖. | 200 | ℜ. | 176 | 𝔖. |
| 533 | | 342 | | 147 | ℜ. | p | | 225 | | 201 | |
| 23 | ℜ. | 346 | | 142 | | ☽ | | 50 | | 26 | |
| 546 | | 349 | 𝔖. | 148 | | R | | 75 | | 725 | |
| 542 | | 19 | | 143 | | I | ℜ. | 100 | | 76 | |
| 539 | | 343 | | 23 | | T | | 125 | 𝔖. | 101 | ℜ. |
| 19 | | 332 | | 150 | | | | Grad. 26. | | | |
| | | 346 | | 139 | | | | punctualia. | | | |



De

## De Vario Motu Planetarum, Et Interpretatione Tabularum.

Quamvis in præſenti capitulo ſpecialis nobis tractatus habendus ſit de motibus Saturni & ſpíritibus ejus, ac de operatione in Steganographia per ipſos, ne tamen ſemel opportunè dicta cogamur in quolibet capitulorum repetere, monendus lector ſtudioſus fuerat, ut eorum, quæ in hoc ipſo capitulo dicimus etiam in ſequentibus ſtudeat eſſe memor; ſunt autem ſingulorum planetarum varii motus, & in diverſos alios omnes ſubtiliſſimè partiuntur: Motus purus & proprius multiplex eſt, & variis ſubtiliſſimis diviſionibus variatur: directus, retrogradus, mixtus & confuſus tot fermè punctis variantur, quot à principio ſui motus in circulo divelluntur. Quiddicam de conjunctione ipſorum planetarum ad invicem? nam ſicut Ptolomæus in gentiloquio ait, centum viginti conjunctiones in ipſis planetis, videlicet binariæ 21, ternariæ 35, quaternariæ 35, quinariæ 21, ſenariæ 7, & ſeptenaria una. Et de his ſuo loco dicemus. De cæteris autem motibus quamvis dare certum terminum non poſſumus propter infinitam diverſitatem, quibus quotidie punctis creſcentibus aut minuentibus variantur ignorantes: ad plenum tamen, quantum nos obſervare potuimus, invenimus diviſiones plusquam 200000, in quibus omnes hujus artis operationes, quoad effectum ſæpe variantur, & niſi quis valde expertus in omnibus his fuerit, ſcieritque motus ipſorum planetarum, medios perfectè, ac deindè minutiſſimas diviſiones punctuales, quæ ex quartis, tertiis, ſecundis minutis & gradibus inæqualibus ſubtiliſſimè diviſis proveniunt: facile in veros errores incidet, & grave periculum vix evadet. Ad perfectam itaque hujus ſcientiæ inſtitutionem tres tabulas ordinavimus, in quarum prima motum Saturni ſecundum quatuor partes tam diei quam noctis proprium videlicet & purum ad punctualem radicem reduximus, & ad verum cujuslibet aſcendentis ſigni punctum ordinavimus. Incipientes à primo gradu Arietis puncto 641. ♋. ♊ & ♋ totum Zodiacum in ſecunda tabula complexi ſumus. Deindè in eadem ſecunda tabula motum Saturni in quolibet duodecim ſignorum ad omnes quartas diei & noctis ita digeſſimus ad minutias, ut qualibet hora nobis gradu aſcendentis, in quo fuerit Satur-

Saturnus ipſe, cognito, clare pateſcere poſſit radix ipſius punctualis, ſemel autem terminata calculata alicujus, quod noſtra ætas neſcio ſi unquam pertingere poſſit, tabula denuo à capite ſui principii incipienda eſt. In tertia tabula ſeptenariam conjunctionem Saturni cum cæteris planetis, quæ unica eſt ad proportionem puncti reduximus, per quam omnes conjunctiones 120 facile ad punctum reducuntur. In eadem tabula purus motus planetarum omnium per punctualem principii cujuslibet diviſionem, progreſſionem & elongationem à puncto in quolibet motu cognoſcitur, ſi medius motus antea perfectè habeatur: nam ſine cognitione medii motus, impoſſibile eſt aliquem ad practicam hujus ſcientiæ poſſe accedere. Rurſus etiamſi medium motum & verum ſimiliter perfectiſſimè intelligas, nihil tibi ad hujus ſcientiæ cognitionem proderit, niſi præſcriptas tres tabulas ad omnes punctos diviſionum in motibus planetarum à gradibus inæqualibus æqualiter ſumptos per minutias ſingulas ad integrum intelligas, ſed jam ad operationem procedamus.

Cognitis autem omnibus intellectisque perfectè his, quæ diximus, & auxiliante DEO dicturi ſumus; cum volueris in hac profundiſſima ſpeculatione operari: inprimis oportet te ſcire ortum, exaltationem, & occaſum omnium ſtellarum octavæ ſphæræ, per quas fit operatio, & quantum quælibet diſtet ab alia; Sunt autem ſtellæ, per quas operamur ad nunciandum ſecretum quodcunque abſenti ſine verbis, ſine ſcriptis, & ſine homine nuncio, ſeptingentæ numero, quarum nomina, loca, ortus, occaſus, elevationes, diſtantias, acceſſus & regreſſus in libro ſpeciali deſcripſimus, quos nimis ſtudioſum eſſet, hic denuo inſerendo repetere; itaque obſervata ſtella in omnibus ſicut oportet & cognito puncto aſcendentis, in quo Saturnus eadem hora fuerit, ſi per ipſum fit operatio, diligentiſſimè conſidera qualitatem motus ipſius, utrum ſit directus an retrogradus, purus an mixtus, proprius an cum aliis impedimentis malorum aſpectuum conjunctus, diſcretus an confuſus: Deindè punctum principii motus in eodem ſigno tam ipſius Saturni quam cæterorum planetarum conjunctorum, ex tabulis communibus & his quas præmiſimus, ſubtiliſſimè & propriè calculatum ſcribe in charta munda, & quantum ſit progreſſus, quantum elevatus, quantumve depreſſus, diligen-

genter obſerva: Hoc idem facies in cæteris planetis, Saturno vel illi per quem fit operatio conjunctis. Simili modo diligentiſſime obſerva, quo aſpectu ſe mutuo planetæ aſpiciant, an trigonus, quadr. conjunctio vel ſext. quia in ipſis latet hujus operationis maxima vis; Item ante omnia obſerves, in qua quarta ſit Saturnus, non ſolum, quoad diem aut noctem, ſed etiam quoad ſignum in quo eſt, & quoad annos à principio mundi, quando fuit in domo ſua primo creatus: quia omnia iſta ſunt neceſſaria, & nota, quando Orifiel angelus Saturni regit mundum in ſuo ordine, quod regimen ducet annis 354, menſibus quatuor, tunc omnis operatio hujus profundiſſimæ ſcientiæ, quæ pertinet ad opera Saturni, & quæ fit per eum, facilis eſt, & ſine magno labore perſpicuum conſequetur effectum. Et ſimile de cæteris planetis eſt obſervandum. Quicunque ergo cognitis principiis hujus artis ſine difficultate voluerit operari per eam, per illum planetam operetur, cujus angelus principalis iſto tempore orbem gubernare facili calculatione invenitur. Igitur calculatis perfectiſſimè omnibus, proceſſurus ad operationem obſerva, quis angelus Saturni præſit illi quartæ diei aut noctis: & nomen ejus ſcribe cum nomine ſtellæ per quam vis operari, quam te videre neceſſe eſt. Omni autem tempore ſtellas tibi neceſſarias videre poteris, arte, quam tradidimus: ſive in die ſive in nocte, deinde ſcribe in eadem charthula cætera, quæ ſcis ſecretiſſima, cum encauſto adhoc noſtro more præparato ſicuti ſcis, poſtea pone ſchedulam ipſam quam ſcripſiſti ante te, ſuper menſam, & ſcribe in aliam chartam mentis tuæ conceptum, quemvis ſcire abſentem, & involve has duas ſchedulas ad invicem, & pone in loco eminentiori ante te ſuper menſam aut pulpitum, & dic conjurationem ad ſpiritum, per quem operaris ſibi appropriatam, aut ſi malueris ſine ſcriptis omnino nunciare ſecretum per ſpiritum vel ſine ſpiritu, in tuo arbitrio ſit poſitum, ejuſdem namque operationis eſt, cum ſpiritu vel ſine ſpritu ſecretum nunciare amico paucis alteratis, ſicut ſuo loco dicemus; jam differentiam operationum Saturni & angelorum ejus, ſecundum quatuor quartas principales cum conjurationibus unicuique per ordinem appropriatis componemus, quibus utendum eſt, cum per ſpiritum nunciatur arcanum &c.

## De Primo Angelo Saturni, Qui Est Principalis, Et Vocatur Orifiel, Qui Primam Quartam Saturni Observat.

Primus & principalis angelus Saturni, ſicut in præcedentibus diximus, vocatur Orifiel, qui cum cæteris angelis planetarum in ordine ſuo orbem regit annis 354, menſibus quatuor, hic habet primam partem tam in die, quam in nocte, & per eum fit operatio ab ortu ſolis in die & ab occaſu ſolis in nocte, usque ad tertiam horam incluſivè in omnibus, quæ ad Saturnum pertinent, & in ejus die ac nocte, ſicut diximus; cum itaque in prima quarta Saturni aliquid volueris nunciare abſenti ſine verbis & ſine literis, tum ſpiritus Saturni non alius, quam Orifiel, tibi vocandus eſt, quia per eum poteris omnia nunciare perfectiſſimè. Inprimis conſidera in quo ſigno ſit iſte Saturnus, & in quo gradu, & an ſit directus, vel retrogradus, & quibus planetis ſit conjunctio. De primo ponamus exemplum: Ecce Saturnus jam eſt in 25. gradu Tauri die 28. Menſis April. anni præſentis, qui eſt Domini 1500, nunc itaque ducamus 25 per 25, & fiunt 600, hos dividamus per quatuor quartas æquales, & manebunt cuilibet quartæ 150, compleamus omnes gradus Saturni in ſigno Tauri, & erunt 30. Ducamus aleum 3. per 25. in toto, & fiunt 750, rejiciamus quatuor gradus ſuperfluos à medio tertiæ quartæ & remanebunt 650, accipiamus nunc punctum motus Saturni ex tabula ad præſentem diem & horam, & ſcire poterimus, quis ſit ortus, elevatio & occaſus Angeli Orifielis, cum Saturno in prima quarta: quibus cognitis facilis erit operatio noſtra.

*Tabula.*

| S. | | R. | | S. | | R. | | R. | | S. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Hora 1. | | hora 2. | | hora 3. | | grad. | | punct. | | hora 1. | |
| 640 | | 635 | S. | 22 | | 25 | | 634 | | 632 | |
| 642 | R. | 646 | | 647 | R. | 3 | | 646 | | 32 | |
| 634 | | 25 | | 646 | | 2 | S. | 648 | S. | 640 | R. |
| 646 | | 640 | | 632 | | 1 | | 632 | | 650 | |
| 635 | | 646 | | 634 | | 4 | | 639 | | 644 | |
| 646 | | 642 | | 12 | | 1 | | 647 | | 639 | Sat. |
| | | | | | | 5 | | | | | |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| R. | | S. | | R. | |
| hor. 2. | | hor. 3. | | ☿ | |
| 632 | | 632 | | 650 | |
| 640 | | 640 | | 640 | |
| ☿ 24 | S. | 633 | S. | 646 | S. |
| 647 | | 632 | | 639 | |
| 638 | | 632 | | 650 | |
| 639 | | 640 | | 626 | |

His diligentiſſimè conſideratis, Orifielem angelum Saturni conſtat eſſe ſeparatum à Saturno 25 gradibus & 15 minutis: & eſt ad orientem, à primo puncto motûs Saturni 625 gradationibus diſtans, à fine motûs 25 minutis; his cognitis fac imaginem ex cera vel pinge in chartam novam figuram Orifielis in modum viri barbati & nudi, ſtantis ſuper taurum varii coloris, habentis in dextra librum & in ſiniſtra calamum, quem dum facis dic, fiat hæc imago magni Orifielis plena, perfecta & apta nunciare mentis meæ ſecretum N. filio N. amico meo ſecurè fideliter & integre. Amen. Scribe in fronte nomen tuum cum encauſto ex oleo roſarum temperato, & in pectore nomen amici tui abſentis, dicens: hæc eſt imago N. filii N. cui per angelum Saturni Orifielem nunciatur mentis meæ conceptum. Amen. In fronte imaginis ſcribe Mendrion & in pectore Throesda, deinde conjunge ambas imagines ſimul, dicens, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen, audi Orifiel princeps ſtellæ Saturni, & per virtutem omnipotentis DEI adjuro te, auſculta: præcipio & mando tibi per virtutem iſtius imaginis tuæ, ut nuncies N. filio N. hanc intentionem meam (explicetur intentio) quantocyus ſecurè, ſecrete & fideliter, nihil obmittens eorum, quæ eum volo ſcire, & quæ tibi commendavi, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen; Deinde involve ipſas imagines ſic conjunctas ſimul panno mundo loto cum aqua albiſine, & pone eas in vas mobile, quod appellant ſapientes Indiæ pharnat alronda: & cooperi illud ſuperius diligenter cum corio raſo, ac pone in introitu alicujus habitationis clauſæ, ubicunque volueris, ad ſpatium 24 horarum, & ſine omni hæſitatione tuum deſiderium intra illa 24 horas perfectè adimpletur; Scietque amicus tuus abſens intentionem in omni forma perfectisſimè, ſicut eam ſuper imaginem dixiſti (quantumcunque prolixa fue-

fuerit) & quicquid illum ex te ſcire volueris, ſciet in illis 24 horis perfectè & ſecretiſſimè, ita, quod nunquam aliquis homo in æternum poterit hoc percipere aut ſcire ſine voluntate tua aut amici tui. Et eſt magnum ſecretum, quod nullus ſapientum ante nos literis commendare auſus fuit: amicus autem tuus, ſi quid te ſcire voluerit ex ſuis negociis, cum eodem ſpiritu te poteſt facere certiorem intra idem ſpatium 24 horarum, modo ſit in hac arte benè perfectus, tu autem 24 horis elapſis leva imagines de loco, in quo poſitæ ſunt, & repone eas, quia omni tempore Orifielis per eas operari potes, non ſolum ad illum amicum tuum, ſed ad quoscunque alios, mutato duntaxat nomine ipſius amici, in illius nomen quem volueris aliquid ſcire: & nota quod non oportet ipſas imagines depingi pulchras aut curioſas, ſed quantumcunque ſimplices fuerint, nihil refert: modo habeant aliquam ſimilitudinem proportionatam, ita ut imagines hominum eſſe cognoſcantur, qui autem eas pulchrè depingere voluerit aut poterit, nihil impediet, nec prodeſt.

## De Secundo Angelo Saturni, Qui Est Primus Sub Orifiele, Et Vocatur Sadael, Præsidens Secundæ Quartæ Saturni.

Secundus angelus Saturni vocatur Sadael, qui eſt primus ſub Orifiele in ordine conſtitutus, & habet ſecundam partem poſt ſuum principem, tam in die, quam in nocte, in operibus & temporibus Saturni: hoc eſt, quartam, quintam & ſextam horas inæquales, cum itaque in his tribus horis aliquid nunciare volueris ad amicum abſentem in 24 horis, ſine literis, ſine verbis & ſine nuncio, fac id per omnia & ſingula, quæ in operatione præcedente diximus: & obſerva punctum ſecundi motus Saturni in gradibus ſuis ad ſignum, in quo planeta ipſe movetur, & qualis ſit motus, & ubi ſit ſpiritus movens aſtrum, quantum receſſerit: & quantum eleveur è centro ſui motus, quantumcunque diſtet à puncto quolibet totius circuli ſive ſphæræ, ad horum ſcientiam conſequendam eſt tabula hæc.

| ℜ. | 𝔖. | ℜ. | 𝔖. | ℜ. | 𝔖. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| hora 4. | hora 5. | hora 6. | hora 4. | hora 5. | hora 6. | ☿ |
| 669 | 660 | 634 | 673 | 655 | 669 | |
| 675 | 671 | 24 | 663 | 667 | 651 | |
| 654 | 𝔖. 661 | ℜ. 666 | 𝔖. 659 | ℜ. 658 | 𝔖. 675 | |
| | | | | | 675 | |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 675 | 657 | 667 | 23 | 18 | 69 ℜ. |
| 25 | 671 | 674 | 672 | 673 | 663 |
| 670 | 664 | 667 | 657 | 675 | 23 |
| ℜ. | 𝔖. | | | | |

| hora 4. | | hora 5. | |
|---|---|---|---|
| 658 | | 668 | ℜ. |
| 666 | | 663 | |
| 667 | 𝔖. | 659 | Saturn. |
| 657 | | 656 | |
| 665 | | 653 | 𝔖. |
| 662 | | 652 | |

Loco angeli Sadaëlis ex conſideratione ſtellæ fixæ ad punctum motûs Saturni invento, fac duas imagines (eo modo quo diximus in operatione præcedente) Orifielis, cum inſcriptionibus, conteſtationibus, & aliis ſingulis, quæ ibi dicta ſunt: quibus completis pone ipſas imagines ſuper quinque ramuſculos herbæ thransnote extra domum in loco ſecuro & ſecreto, & dic ſuper eas: In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen, Sicut duas iſtas imagines Sadaelis angeli N. Filii N. amici mei ſimul conjunctas ſuper hos quinque ramos mobiles poſui, ita tibi Sadael in virtute Orifielis principis tui magni præcipio, ut mentis meæ ſecretum, quod tibi explicando commiſi, ſine mora ad notitiam præfati perferas amici. His dictis dimitte ibidem imagines per 24. horas, & fiet quod voluiſti, ſcietque amicus tuus omne, quod ſuper imagines dixiſti perfectiſſimè ac ſecretè, item ſi volueris de aliquo abſente ſcire, quomodo valeat, & verum ſtatum ejus in 24. horis, quantumcunque longè ſit, iſto modo ſcire poteris. ET OMNIA, QUÆ FIUNT IN MUNDO, CONSTELLATIONE OBSERVATA PER HANC ARTEM SCIRE POTERIS.

### De Tertio Angelo Saturni, Qui Est Secundus Sub Orifiele, Et Vocatur Poniel, Præsidens Tertiæ Quartæ Saturni.

Tertius angelus Saturni vocatur Poniel, qui eſt in ordine ſecundus ſub Orifiele principali angelo Saturni, præſidet horæ Saturninæ ſeptimæ, octavæ & nonæ, tam in die quam in nocte, in omnibus, quæ pertinent ad operationem Saturni, locum ejus, quoniam cum ſuo

ſuo movetur ordine ad ſtellas fixas 25. gradibus ab oriente per tabulas diſpoſitis ſuis horis, ita invenies.

| S. | R. | S. | R. | R. |
|---|---|---|---|---|
| Hora 7. | hora 8. | hora 9. | hora 7. | hora 9. |
| 694 | 685 | 684 | 698 | Sat. 685 |
| 700 | 696 | 12 | 688 | 676 |
| 679 | 686 | 691 | 684 | 700 |
| 700 | 682 | 692 | 24 | 694 |
| 24 | 696 | 699 | 697 | 688 |
| 695 | 689 | 692 | 682 | 18 |
| R. | S. | R. | S. | S. |

| S. | S. | R. |
|---|---|---|
| hora 8. | hora 7. | hora 8. |
| 680 | 683 | 693 |
| 692 | 685 | 688 |
| 682 | 692 | 684 |
| 23 | 682 | 24 |
| 698 | 690 | 0 |
| 700 | 687 | 677 |
| R. | R. | S. |

Motu Saturni certificato, & invento punctuali loco Ponielis faç duas imagines per omnia, ſicuti diximus.

*Finis Tertii Libri.*

# JOANNIS TRITHEMII,
## PRIMO SPANHEIMENSIS DEINDE DIVI JACOBI PEAPOLITANI ABBATIS,
# STEGANOGRAPHIA ILLUSTRATA.

## *PRÆFATIO.*

*Vidimus in Steganographia vindicata, quomodo Trithemius pro incomparabili ſagacitate ingenii inter cætera ſubtiliſſimum quoddam opus Steganographiæ mirabilis adinventionis mente conceperit, ac in orbem propalare cogitârit. Vidimus ex Chronico Spanheimenſi, quomodo anno 1499. literas futuri hujus operis materiam ac diſpoſitionem continentes ad Arnoldum Boſtium Carmelitam Gandavum ſcripſerit, &, cum intereà accidiſſet, quod Boſtius ipſe neſciente Trithemio ex hac vita migraſſet, quomodo ex literæ à Priore Conventus Gandavi apertæ, lectæ, & quaſi pro miraculo divulgatæ, atque brevi tempore per totam Galliam & Alemanniam, coram multis Principibus & doctiſſimis viris publicatæ, reſcriptæ, & maximâ omnium admiratione lectæ & pro novo ac inaudito miraculo habitæ diverſa in animis hominum excitârint judicia, aliis Trithemium prædicantibus hominem divinum, aliis eruditiſſimum, aliis magum & necromantam. Vidimus ex præfatione Polygraphiæ, quomodo Anno 1500. octo myſteriorum libros in Steganographia ſcribere cœperit, eo autem in tertio jam libro ejusdem operis lucubrationem continuante, contigerit, ut Carolus Bovillus, natione Picardus, ſuperioribus partibus Alſatiæ paragratis ad Trithemium hoſpitii gratiâ venerit in Spanheim per Treviros in Galliam rediturus; qui, cum eſſet omni humanitate exceptus, ac inter cætera, quæ ipſi exhibebantur videnda, etiam perluſtrâſſet memoratum opus Steganographiæ necdum conſummatum, quod & obiter legit mente aliunde occupatus, nec quo intelligeretur modo curavit, quomodo reverſus poſthæc in Galliam malum pro*

*bono reddiderit, ac interrogatus per Germanum de Ganay poſteà Epiſcopum Aurelianenſem, quid apud Trithemium reperiſſet, falſa pro veris, mendacia pro beneficiis reſcripſerit, ac ſcribens literas ad memoratum virum doctiſſimum falſitate, mendaciis, injuriis & contumeliis multis plenas, & non intellectæ Steganographiæ mentionem faciens Trithemium pravis artibus deditum, magum & necromantium falſo, mendaciter & nimis injurioſè temerariâ præſumptione proclamârit. Vidimus denique, quomodo hæ ipſæ Bovilli injuriæ, blaſphemiæ (quod dolenter refero) in cauſa fuerint, quod admirandum opus Steganographiæ ab Autore non conſummatum ſit, ſed unà cum ſubtiliſſimis ſuis inventionibus in amico Trithemii ſepultum perpetuò deliteſcat. Res certè ab omni rep. literaria, à cunctis Steganographorum ſcholis, à maximis Regibus, Principibus, ac belli Ducibus, aliisque, qui nuntiis utuntur myſteriorum latoribus tantò magis deploranda, quantò ſubtiliſſima orbis ingenia in inveniendis iis & ſolvendis, quæ Trithemius propoſuit & promiſit, fuerunt fruſtrata & eluſa. Nam non defuerunt hucusque viri ſagaciſſimi & ſtudioſiſſimi, qui in perſcrutandis naturæ myſteriis nullum laborem honeſtum ac poſſibilem ſubterfugere, & quid proſtitere? Alii, cum capere Trithemium non poſſent, carpere non erubuere, ac ad injurias converſi exclamarunt eum de re impoſſibili temere ſe jactitâſſe. Alii poſt longam & fruſtraneam ſpeculationem concluſere, multa in verborum contextu, quibus Trithemius inventa ſua propoſuit, reperiri prorſus contradictoria & impoſſibilia, latereque inconſideratam quandam aſſertionem. Alii viles & quotidianas artes pro Trithemianis inventis venundando & ſubſtituendo, ea eluſerunt ut puerilia, ac judicarunt, non neceſſe fuiſſe Trithemium tam pompoſis verborum compullis jactare ſecretum id, quod jam quotidiana fere conſuetudine viluit, & vel ipſis jam pueris patet. Alii denique ignorantiam ſuam ingenuè ſunt confeſſi. Sed horum omnium mihi diſplicet opinio; nec enim impoſſibilia ſunt, quæ Trithemius promiſit, neque in verbis patiuntur æquivocationem aut contradictionem, neque ſunt communia, ut pueris pateant, neque tandem ita ſunt abſcondita, quia ab aliis etiam fuerint cognita & inventa. Itaque in eum finem, hanc editionis partem neceſſariam judicavi, atque Steganographiam Reſeratam appellavi, non vero quod ejus me cenſeam eruditionis ut ſummi illius viri ſcripta vel inventa illuſtrare valeam, ſed quod cum hucusque non parum detrimenti, ſuſpicionis & impoſſibilitatis à ſuſpecta Steganographiæ obſcuritate ſint paſſa, ego denuo illa in lucem extraham,*



*ham,*

*bam, & novo examini Steganographorum ſubjiciam, quod unicum in hac parte promitto, an plura præſtem, lector judicium dabit. Statueram quidem nuper materiam hanc verè difficilem & profundam paulo accuratius tractare, & nitore debito exornare, verum cum eum finem longius tempus requiri videbatur tum ratione ipſius materiæ ad maturitatem perducendæ, tum ratione ſcriptoris nullâ ſcribendi dexteritate vel elegantiâ prædití; Synopſis vero nuper evulgata, paululum præceps, præfixos egreſſa limites, omnium intuentium animos de hujus operis editione redderet ſecuros; neceſſarium judicavi hanc materiam pro more reliquarum partium ſimplici ſtylo tractare lectoris benevoli confiſus humanitate, & ita communi expectationi & nuperrimis promiſſis ſatisfacere.*

## CAP. I.

### Exhibetur Compendium Steganographiæ Univerſalis.

Legimus complures veterum ſapientes Reges & Principes, olim varios atque multiplices excogitaviſſe modos, quibus nunciis ſuis ad loca remotiora mittendis tutò committerent arcana conſilii, & quidquid myſterii confidendum occurriſſet ſecreti, quo fierent in perferendis idonei, atque ab omni pravorum incurſione ſecuri, ne vel ſimplicitas cabaliſticorum denudaret myſterium, vel baucceorum innata curioſitas apoſtolicis rebus inferret detrimentum. Magnus ex his Romanorum Cæſar Auguſtus tenebroſo cupiens in arduis uti nunciorum miniſterio, ſpiramina vocis conceptæ mutavit ex lucidis in opaca, quorum barbariem vocis renitentem, metatheſeos orchemate pulchrâ inventione ad nutum convenientem effecit. Archimedes ille Syracuſius mathematicorum facile princeps, albam ſuis convenientem inſtitutis volucrem nudam per caput & pedes, bactro in formam tetragoni reciſo, circumferenter affixit, ordinatiſque debitâ proportione miniſtris, opus volatili commendavit inſtrumento. Quo ritè peracto reſolvit affixam ſuâ manu, quam ut avolare permiſiſſet, facta eſt ſubitò inter familiares penerralium facies disjunctio magna, ſurrexitque mox tortuoſæ imaginis monaſticæ prius monſtrum nimis vagabundum, cujus in aſpectu, nemo, quod erat, potuit cogitare. Nec prius cònquievit bubonum diſſenſio, donec

donec imago magiſtri picam ſcitè religâſſet tetragono conſimili. M. T. Cicero facundus orator ingenio uſus & arte, phraſeos minutias commutavit in ſigna & thelamatos ſui philergiam ſive characterem pro uſitata phraſi locavit. Pharamundus quoque 43. poſt Marcomerum, Francorum in Germania rex potentiſſimus, ut fierent omnia tutò, ſuis arcanis alligavit minutias peregrinas. Clodius etiam Crinitus Pharamundi filius, imitatione genitoris myſteria conſilii notis involvit propriis ac peregrinis. Carolus Magnus 63. poſt Marcomerum Francorum rex bubones minutiis alligavit & variis & multis, ac ſingulis regni præfectis ſingulos contulit arte bubones. Nortmanni ex Gothiæ finibus egreſſi, vocatis è Græcia bubonibus, tutum ſuis latibulum paraverunt arcanis. Fuerunt, qui accidentiis viſibilibus minuta diſcernerent, quorum prudentiâ nox vertebatur in diem, & ſine bubonum miniſterio lux ſplendebat in tenebris. Alii verò minutias diviſione regulata multiplicantes barbarorum ad inſtar, naturæ ſchemata ſubverterunt, in tenebris orchemata naſcentium umbra ſecretantes, & ubi conſilii requirebat arcanum per diapyramata cabalam ſubminiſtrabant abſentibus. Fuerunt etiam, quos harmonia cœleſtis peregrinas docuit componere voces, quarum duplex fuit intelligentibus uſus, dum alter ſenſum ſuſpendebat, alter in æthera mentem. Conati ſunt plures, in umbra ſine luce quærere lucem, minimè tamen potuerunt, quia ſepultus jacet in cineribus ignis; nonnulli exercitati larvarum pictores ventum unum in duos diſtinxerunt ad punctum, quorum alter miſophos tenebras odit, lucem diligit, arcanum bubone cuſtodit. Rurſus Bedâ fuerunt conteſtante nonnulli, quorum intentio progrediens ad latiora inviſibilem oculis ventum rebus colligabat viſibilibus, & vegetabilia multa, nec minus lapides, atque fructeta, quæ vocibus carent, linguâ cogebat loqui humanâ, quid inferam bruta, cum arti obtemperent cuncta? Et quis veterum occultè ſcribendi modos exprimeret omnes? Sed & orbis hodiernus ingenioſiſſima licet veterum inventa longe ſupergreſſus, eò devenit ſubtilitatis, ut ipſam noctis umbram ſub diei lumine collocaret & abſconderet, ut neque nox præjudicium diei neque dies nocti ſuſpicionem generaret; atque ex iis aliqui quidem, & qui artis prima poſuere fundamenta, eo anni tempore, quo noctem dies curſu naturali excedit, noctem ita minu-

tatim diei gradibus ſuppoſuere, ut oculo libero nonniſi diei gradus, teloſcopio verò ſteganographico ſub quolibet diei gradu integrum noctis minutum deprehenderetur. Alii in ipſis æquinoctiis, cum diei nox æqualis, rem non infeliciter tentârunt, ac noctem totam, ſub tota die, & ita ſingulos noctis gradus ſub ſingulis diei gradibus mirabili proportione abſconderunt. Alii denique circa ſolſtitium hyemale, ubi nox tantò diem, quantò in æſtivo dies noctem excedit, admirandâ, & pene incomprehenſibili adinventione ſingulos noctis gradus ſub ſingulis diei minutis occultârunt. Sed & admiranda hæc inventio tot variatur differentiis & extenditur ampliationibus, ut nemo ſit in mundo, qui ſpecies tanti queat myſterii omnes dinumerare. Et hinc mirus alicui videri poſſem, quod in ſynopſi nuper evulgata promiſerim omnium fere Steganographorum inventa in compendio exhibere; Verum huic ego, cum contigerit, reſpondendum duco; eſſe quidem valde difficile, aut etiam vix poſſibile, omnes omnium familiares occultè ſcribendi modos enumerare; non tamen eſſe impoſſibile, eos, qui à Steganographiæ ſcriptoribus hucusque in lucem ſunt editi, ſub certis regulis ac diviſionibus comprehenſos exhibere; quæ intentio mea fuit & eſt in cap. præſenti, quò feſtino. Animadvertendum tamen prius Steganographiam accepiſſe me in generali ſignificatione, qua etiam Steganologiam comprehendat, licet aliàs ad invicem ſpecificè diſtinguantur, ut ſtatim videbimus.

## § 1. Complectitur Steganologiam in compendio.

Etſi Steganologia ex ipſo nomine ob diverſitatem tam vocis quam ſignificationis ſufficienter à Steganographia differat ac diſtinguatur, quia tamen non una omnium ſemper eſt ſententia, quò modi particulares aliquando referri debeant, ego in hoc tractatu talem pono ac ſequor differentiam, qua omnes ii modi, quibus aliquid ad abſentem mittitur, ſive ſcriptura ſit, ſive ſcripturæ officio fungens, Steganographiæ adſcribantur, cum vero nihil ad abſentem mittitur, ſed tantum aliquid fit penes nunciantem, ex quo alter in cognitionem arcani deveniat, ad Steganologiam pertineat. Poteſt autem utraque tam Steganologia quam Steganographia multiplici diviſione in varias abire ſpecies inferiores, differentiâ deſumptâ ratione

tam

tam ſuſpicionis & facilitatis, quam temporis, loci, commoditatis & utilitatis. Ego iis neglectis, in Steganologia differentiam ſpecificam ſtatuo pro ratione diſtantiæ, quam triplicem aſſigno; præſentiam, quâ vox humana naturalis naturaliter prolata pertingit, ac percipi poteſt; diſtantiam mediam, qua viſus & auditus humanus naturaliter ac diſtinctè agit; & denique diſtantiam maximam, quæ eſt extra terminos dictorum ſenſuum, v.g. ad 5, 10, 100, aut 1000 milliaria & plura: Steganographiæ verò differentiam fundo in natura ſcriptionis.

Primo itaque præſentibus, aut in præſentia mentis arcanos conceptus poſſumus nunciare. I. Voce altâ naturaliter prolatâ, & ita. 1. Lingua omnino incognita & fictitia, quam correſponſuri pro libitu aſſumpſerint, qui loquendi modus, licet ſit valde difficilis, eſt tamen omnino ſecurus; poteſt autem nova lingua excogitari, cujus ſingulæ dictiones dictionibus communis linguæ reſpondeant, aut cujus integra dictio, unam tantum literam repræſentet, prioris generis linguam aliquando me aſſumpſiſſe recordor, poſterioris generis ſunt illæ, quas Trithemius in 3. & 4. libro Polygraphiæ tradit, & licet illa libri 3. ſit valde difficilis & in ſermone non ſuadenda, illa tamen libri 4. eſt jucunda & facilis. 2. Lingua quadam aliena, quæ tamen iis ignota ſit, quos myſterium latere oportet, qualis eſt in Germania Hiſpanica, in Hiſpania Germanica, in Gallia Anglica &c. ſed in hoc cautè agendum eſt, præterquam enim, quod multis in locis diverſæ linguæ in uſu ſint, talis locutio ſuſpicionem generat, & quandoque interdicta eſt. 3. Linguâ communi & uſitata, ſed quæ per tranſpoſitionem ſyllabarum ita ſit deformata, ut omnino aliena cenſeatur, talis eſt, qua utitur Trithemius in Polygraphia his verbis: *Ejus autem ſcriptura fit in charta vel ſine churta cum nemilua & cala, raphocam, lapolce, aliisque rebus diverſis; ſcribuntur item literæ ac variis modis abſconduntur & locis, ut ſub race tabulata, ſub roſirila cubior in leopi, in necoſlas, in ceocali, locubat, in ratera, in liſpilia, & aliis ſimilibus penè infinitis.* 4. Poteſt lingua communis etiam per tranſpoſitionem, mutationem, additionem & repetitionem quarundam literarum talem induere novitatem, ut nec à quovis facile cognoſci, nec ſecretum latens deprehendi poſſit, tales modos recenſet Janus Hercules de Sunde l. 1. ſteg. & alii, unde ſequentia pono exempla. Per tranſpoſitionem: *Im maice*

gco

*geo meſber & maavi xe ouq rpimum ide.* &c. quod denotat: *Mi amice, ego ſemper te amavi, ex quo primum die.* Item: *Morturiunt pantes riſcetur nadiculus mus* &c. quod ſignificat: *Parturiunt montes naſcetur ridiculus mus.* Per mutationem: *fio naulvurg io finen harteo odes bo finen andreo* &c. quod ſonat: Ein Maulwurf in einem Garten / oder an einem andern &c. Per additionem: Jtluwen itmem irrmein engen aſpurgſtren jehenzen / quod idem eſt ac: Wiltu mit mir gen Straßburg ziehen. Per repetitionem, v. g. dicendo *fabricator* diceretur; *fababribicabatobor*, aut: *Pater meus non eſt domi: Pabateber mebeubus nobon ebeſt dobomibi.* 5. Poteſt adhiberi lingua, qua Trithemius utitur in conjurationibus Steganographiæ, ubi alternæ tantum literæ ſunt ſignificativæ, reliquæ pro libitu aſſumptæ; & eſt modus loquendi valde ſecurus, ut qui tam longo tempore non fuerit deprehenſus, & eſt facilis tam pro loquente quam intelligente, v. g. *intermio nec ſidromeis.* Id eſt: *nemo eſt domi.* 6. Poteſt quis communiter uti lingua uſitata, ſed ubi occurrit dictio occultanda, eam exprimere alia lingua, ita apud nos inter ſe loquuntur Hebræi, dum ſermoni Germanio hebraicas dictiones immiſcent, talis etiam eſt lingua quam Itali *Calman, nos* Rothwelſch appellamus, ejus proponit exemplum Hercules à Sunde in der Barlung Geſpràch zwiſchen einem Leminger Soldaten, ſeiner Krônerin Weib, einem Spengler / Kessler, und Schôcherfezer Wirth. 7. Poſt quis lingua communi loqui per ænigmata, figuras, ſimilitudines, ita, ut non ab omnibus intelligatur. Exempla pono ex Hercule à Sunde, ſic Itali dicunt: *Baldezza de patrone capello de matto.* cum dicere volunt, *nimia familiaritatem parere contemptum.* Ita cum veteribus Rabbinis dici poſſet: *Iſteri bilgina kiſch kiſch karit.* volendo ſignificare, aliquem alteri artem quandam ſurripuiſſe & pro ſua jactare. 8. Tandem ſenſus ſecretus ita communi linguæ poteſt interſeri & abſcondi, ut nec ſenſûs fiat diſcontinuatio, neque materiæ ſuſpicio, pulchrum exemplum ponit Hercules à Sunde, & ex eo P. Schot, ubi poſt quodvis appellativum creaturæ viventis, aut ejus pronomen dictio ſequens eſt ſignificativa. Sed & plures poſſunt fieri ſenſus ac diſtinctè pronunciari, & à principio vel fine omnium dictiones poni valentes. Exemplum. Der N. iſt ein guter Man. Sein will iſt wie mein Wil. Nichts iſt mir ſo lieb als Dieſes. Zu ihm will ich ſetzen in glück und Unglück. Er iſt gewünſcht für Uns. Es trage ſich

böſes

böſes oder gutes Zu. Ein ſolcher Freund iſt hoch zu Schatzen. II. Poteſt alteri quidpiam ſignificari voce ſubmiſſa & quidem 1. aliis inſuſurrando in aurem, quod adſtantes latere debet, ſed hic modus ruſticus eſt, indecorus, periculoſus, ideoque fugiendus. Itaque melius & ſecurius res expedietur inſtrumentis acuſticis vel operationibus inde deſcendentibus, quæ apud ſcriptores ejus materiæ ex profeſſo videantur, ego pauculos modos adduco ex P. Schot. Poteſt ergo 2. ſubmiſſe alteri quidquam nunciari, ſi loquens trabis etiam longiſſimæ humi proſtratæ, aut, quod melius eſt, fulcris impoſitæ, uni extremitati admoveat os, & ſubmiſſe loquatur, ut à nullo adſtantium percipiatur, alter verò alteri extremitati applicet aurem. 3. Si loquens os applicet uni parti ſuperficiei circularis politæ, alter parti diametraliter aut quaſi diametraliter oppoſitæ applicet aurem: tunc enim quidquid loquens ſubmiſſiſſimè dixerit, alter diſtinctiſſimè audiet, adſtantibus etiam colloquentibus inter ſe, aut cantantibus, aut quosvis clamores ac ſtrepitus excitantibus. Idem quoque fit in quibuslibet rotundis fabricis concavis ac politis, cujusmodi eſt aula quædam rotunda in arce Heidelbergenſi. 4. Si eligantur ambulacra longarum domuum aut aularum, ubi duobus lateribus & parallelis parietibus politis ſuperpoſitus eſt fornix ſimiliter politus. Si enim unus uni muro applicet os, alter alteri muro aurem, & ſubmiſſe colloquantur, audiunt ſe mutuo. 5. Per canales apertos, hoc eſt, qui ſunt inſtar ſemicilindri concavi aut priſmatis excavati, per hos enim canales ab una extremitate ad alteram defertur, quidquid ſubmiſſe fuerit in murmuratum. 6. Per canales clauſos & aquæ ductus coopertos. Romanorum aquæ ductuum Præfecti notarunt, loquentium voces in illis ad quingentorum pedum diſtantiam tanquam præſentes audiri. 7. Per machinas & inſtrumenta acuſtica, quæ magno numero deſcripſit P. Schot in Magia Phonotectica, Syntagm. 2. per totum. 8. Per ſtatuas loquentes, quas magno etiam numero nec minori artificio deſcripſit idem P. Schot in eadem Magia, Syntagm. 3. per totum. III. Variis ſignis pro libitu aſſumptis poſſumus animi noſtri conceptus aperire, talis eſt modus. 1. Quem pueri in ſcholis adhibent, ubi pro membris corporis aut generibus veſtimentorum literas ſupponunt, & præſertim eas, quæ illarum partium ſunt initiales, exempla vide

apud P. Schot in ſchola Steg. & Herculem à Sunde. 2. Dactylogia, quæ eſt ars loquendi per digitos, cum nempe pro eorum varia poſitione, incurvatione, extenſione, combinatione valor literarum intelligitur; de hoc loquendi modo Bedanus monachus integrum libellum compoſuit, & extant modi plurimi cum exemplis apud Steganographos, quos recenſere ſuperfluum cenſeo, cum quilibet pro libitu poſſit ſibi novum alphabetum formare. 3. Poteſt quis loqui nutibus, aſpectu variarum partium conclavis, in quo quis eſt, ad dextram, ſiniſtram, antrorſum, varia poſitione manuum, pilei, etiam inter comedendum variis geſtibus &c. quod ita ſecretò & ſecurè fieri poteſt, ut nec ſuſpicionem generet, nec etiam penetrari poſſit; experimento loquor. IV. Poſſumus occultè mentem ſignificare ope Magnetis. De quo videatur incomparabilis ille Magiſter Magnetis P. Athanaſius Kircherus, ego manum de tabula retraho.

Secundò, cum ad aliquam diſtantiam quidquam nunciandum eſt, id efficiemus. I. Variis inſtrumentis muſicis ut chely, fiſtula, tuba & ſimilibus pro ratione diſtantiæ. Poteſt id autem fieri, 1. ut notæ in ſcala muſicali, pro earum vario ſitu ac proprietatibus literarum aſſumant officium, ac tum intelligatur illa litera alphabeti, cum nota illam repræſentans in inſtrumento exprimitur. Exemplum vide apud P. Schot & Herculem à Sunde, ſed modus hic eſt valde difficilis & nonniſi à Muſicis in practicam vocandus, itaque facilior & jucundior erit operatio. 2. Si loco ſingularum alphabeti literarum una, duæ, vel tres integræ cantilenæ ſubſtituantur, erit quidem tum modus valde tardus, ſed tamen ſecuriſſimus ac ideo pro ratione circumſtantiarum tantùm exercendus, ita ope dulcis v.g. fiſtulæ, amico ſedenti in carcere, aut amaſiæ intra parietes domeſticos cuſtoditæ quidvis poterimus ſignificare, ita tubicen in caſtris aut ubivis locorum, omnia poterit arcana & brevi tempore ad ſat magnam diſtantiam ſcienti artem nunciare. II. Poſſunt accipi diverſa ſimul inſtrumenta muſica, & eorum ſono qualicunque, etiam iter correſpondentes non determinato arcana nunciari, quò autem plura fuerint, tanto res eſt expeditior, ut ſi eſſent 24. inſtrumenta, quodlibet poſſet unam literam repræſentare ſemel tactum; ſi eſſent 12, poſſet quodvis ſemel tangi pro duodecim primis literis alphabeti, & bis

pro

pro reliquis duodecim; ſi eſſent octo: quodlibet ſemel tangeretur pro primis octo literis, bis pro ſecundis octo literis, & denique ter pro reliquis octo, & ſic in univerſum erunt 24 literæ; Eadem ratio de reliquis. Sed & poteſt inſtrumentorum diverſorum fieri combinatio, ut ſi pro A. chelys minor ſola tangeretur. Pro B. chelys major ſola. Pro C. chelys minor cum majore &c. III. Defectu inſtrumentorum muſicorum poſſunt alii ſoni edi, ut voce, manibus, &c. & eorum varia combinatione aut repetitione tot fieri & determinari differentiæ, ut facile 24 literis alphabeti æquivaleant. IV. Poſſumus & mentem noſtram facibus luminibusque exprimere aut ſimili ſigno viſibili de nocte, idque vel ope unius tantùm, aut plurium, prout ingenioſè deſcribit Hercules à Sunde in Steganogr. id verò quod præſtant faces de nocte, inter diu fumus, aut vexilla, vel ſimilia ſigna, quæ videri & diſtingui poſſunt. V. Hercules de Sunde tradit modum loquendi cum alio non adeo diſtante, ope tabulæ ſemicircularis, aut alterius cujuscunque formæ, inſtructæ regula dioptrica & ſignatæ lineis à centro ad 24 literas alphabeti circa marginem tabulæ ſcriptas ductis, ac directis verſus 24 ſaxa, aut palos, aliave ſigna iisdem alphabeti literis ſignata; qui ipſemet videatur. VI. Poſſumus denique etiam pulſu campanarum, exploſione tormentorum bellicorum, ratione loci, temporis, magnitudinis &c. tot reperire differentias, ut alphabetum inde aliquod formari poſſit, & ita abſentibus loqui. Quæ omnia ingenioſi lectoris ulteriori ſtudio relinquuntur.

Tertiò denique ad maximam diſtantiam, ultra terminos naturales viſûs & auditûs, ad 3. 5. 50. 100. 1000. milliaria voluntatem noſtram quomodo manifeſtare poſſimus docent quidam, quod videamus. I. Itaque quidam, ut Cornelius Agrippa & Joannes Baptiſta Porta, ac alii, proponunt artificium quoddam, quo per radios lunares ope ſpeculi aut ſine ſpeculo aliquid nunciari poteſt; diſcutit illud P. Schot Schol. Steg. claſſe 7. erot. 7. §. 2. qui ibidem videatur. II. Cornelius Agrippa docet quomodo per diffuſionem ſpecierum viſibilium vel audibilium naturaliter, procul omni ſuſpicione homo homini ad quamcunque longiſſimam etiam vel incognitam diſtantiam breviſſimo tempore nunciare mentis conceptum poteſt. Videatur hac de re P. Schot. ubi ſupra §. 3. III. Hercules de Sunde, ubi

 ſæpius

ſæpius ait, Fridericum Riſnerum in optica ſua meminiſſe cujusdam ſpeculi, quo noctu ad lunæ ſplendorem legebatur Conſtantinopoli, quod Londini in Anglia ſcriptum erat. Sed & ibidem dicit Sunde reperiſſe ſe in tractatu de Magia monachi cujusdam antiqui, poſſe tria ſpecula fieri ac ita diſponi, ut noctu in plenilunio videri poſſit, quidquid in toto terrarum hemiſphærio ſub dio contingit. IV. Tradunt aliqui ope duarum pyxidum magneticarum arcana mentis manifeſtari poſſe; refert hunc modum Sunde, & diſcutit P. Schot Steg. ſchol erot. 12. V. Alii docent per reciprocam ſanguinis aut carnis inſitionem poſſe duos inter ſe quantavis diſtantiá diſſitos loqui, quem modum itidem proponit Hercules à Sunde & diſcutit P. Schot, ubi ſupra, erot. 13. VI. Denique alium abſentibus loquendi modum quovis in loco quantumcunque diſſito commorantibus proponit Hercules à Sunde lib. 3. cap. ult. proponit eum vero Steganographia ſcriptura, ne ad cujusvis deſidis homunculi notitiam perveniat. Cui otium ſuppetit, ſcripturam explicet, & ſe inventi participem reddat.

## §. 2. Compendium Steganographiæ exhibetur.

Dixi ſupra, eos omnes occultè ſcribendi modos ad Steganographiam referri debere, quibus aliquid ad abſentem mittitur, itaque ante omnia nuncios conſtituamus, ut ſine quibus hæc operatio effectu non potietur. Nunciorum autem nomen & officium I. convenit homini & fere ſoli, quos pro arcanis perferendis fideliſſimos eligamus, neceſſe eſt, niſi periculum ſubire velimus; ſed quis tam acuti eſt ingenii aut prudentiæ, ut corda hominum ſcrutari poſſit? quin & hominum fides valde eſt labilis & aurum obcæcat plures; igitur erit remediis utendum, talia nobis ſubminiſtrat P. Schot, ubi medicamenta ſoporifera præſcribit, quibus ſomnus conciliatur nuntiis, & ita ſecretum pro libitu ac neceſſitate occultatur. Sed & ipſi nuntii aliquando ſuſpicionem patiuntur, aut liberum tranſitum non habent, ergo nuntii omni ſuſpicioni carentes eligendi ſunt, tales ſunt II. Mendici, quibus uſi dicuntur Patres Concilii Epheſini, qui Neſtorium damnarunt. Cum enim ſententiam ſuam Conſtantinopoli conſtare vellent, & portæ ac viæ omnes á Neſtorii amicis infeſtæ; epiſtolas intra calamos abſconditas tradidere mendicis Conſtanti-

ſtantinopolim deferendas. III. Cum oppidum quoddam aut caſtellum obſeſſum eſt, quod fluvio adjacet, aut aliàs neceſſitas poſtulat, Urinatorum utemur miniſterio, iſt eſt eorum hominum, qui ſub aqua aut exercitio naturæ, aut artis inſtrumentis ambulant, tale exemplum de Decio Bruto refert Dio. De loricis verò aquaticis agit P. Schot in Technica curioſa l. 6. cap. 9. & alii. IV. Sed & columbæ literarum latriceis fuere, ſicut & aliæ aves cicures, cujusmodi ſtratagematis plenas dicit eſſe hiſtorias P. Schot, ſicut plura refert exempla ex Aeliano l. 6. Animal. cap. 7. Ex Æmilio in Philippo II. Egnatio l. 7. c. 4. Ex Famiano ſtrada de bello belgico l. 7. Ex obſeſſione Lugduni Batavorum. Ex Frontino l. 3. ſtratag. c. 13. Ex Plinio & aliis, quæ videantur. V. Canes etiam nunciorum ſupplent officium, cujusmodi exemplum recenſet Lipſius cent. I. Epiſt. ad Belgas ep. 44. de cane quodam Lovanienſi, ſed & ſimilibus exemplis hiſtoriæ ſunt refertæ. VI. Antiqui ſagittis circumvolvebant aut alligabant literas, & ad amicos intra vel extra urbem jaculabantur, ut refert Herodotus de Timoxeno, & Plutarchus in Cimone de Chiis; ſed etiam adhuc hodie id exhiberi poteſt, præſertim in Belgio vel à Belgis, qui exercitatiſſimi ſunt in jaculandis ſagittis, & in ſingulis fere oppidis pro pretio quotannis certant. VII. Hodie etiam literas includunt intra globum plumbeum & ſclopo vel tormento mittunt ad locum deſtinatum. Non omnibus omnia conveniunt, electio facienda eſt pro ratione circumſtantiarum.

Hucusque fidos, celeres, & carentes ſuſpicione nuntios conſtituimus, nunc literas iis commendandas formemus, eæ autem fiunt Primò, ſine ulla ſcriptura, id eſt, cum aliæ res præter characteres ad abſentem mittuntur, ex quibus ille in cognitionem arcani devenire poſſit. Talis modus eſt, I. ſi flores aut herbæ loco literarum ſubſtituantur, iique requiſito ordine pro ratione arcani in ſertum vel faſciculum colligantur, ac ita transmittantur; modus certè facilis, jucundus, ſecurus, & amatoribus pretio magno æſtimandus. Idem præſtant II. diverſorum generum & colorum ligulæ ſericæ, quæ literarum poteſtate inſigniri, & ad exprimendum arcanum ſenſum facili & jucunda compoſitione conjungi & transmitti poſſunt. Quin & chartis luſoriis III. uti poſſumus, cumque in quovis

luſu ſint 52. chartæ, binas pro quavis alphabeti litera, aut etiam pro aliquibus præcipuè vero vocalibus, utpote ſæpius occurrentibus ternas ſubſtituere, ſed & cum literæ quædam ſæpius occurrunt, plures luſus adhibere. Similem nec minus jucundum effectum præſtat IV. diverſa moneta, id quod in Germania facile in praxin revocari poteſt, ob multitudinem & eorum, qui jus cudendæ monetæ habent, & ipſius monetæ; Ita poſſumus 24. Statuum Imperii florenos pro 24 literis alphabeti ſupponere, v. g. Moguntinenſes pro A, Saxonicos pro B, Brandenburgicos pro C, Palatinos pro D, Darmſtadienſes pro E, &c. cumque nunciandum eſſet Cade conjungimus quatuor florenos: Brandenburgicum, Moguntinum, Palatinum & Darmſtadienſem, atque hoc ordine illæſo transmittimus. V. Poteſt fieri lamina cuprea, lignea, aut ſimilis materiæ, rotunda, quadrata, oblonga & cujuscunque tandem figuræ, tantæ tamen magnitudinis, ut tot ſit capax foraminum, quot ſunt literæ alphabeti neceſſariæ, exſcindatur ea in extremitatibus, ut fiat ſicut rota dentata, pro numero literarum, ſive tot perforetur ſeparatis foraminibus, ſingula verò foramina uni & certæ literæ attribuantur, atque ita cum quidquam nunciandum eſt, filum certo loco ab una extremitate affigitur, reliquâ extremitate ex ordine per ea foramina trahendâ, quæ literas repræſentant propoſito convenientes. Plures tales modos deſcribit Hercules à Sunde.

Secundò. Poſſumus arcanum noſtrum literis & ſcripturæ commendare, ſed quæ ita apud nuncium occultentur, ut nec ſuſpicionem faciant nec deprehendi poſſint. Sic poſſumus I. abſcondere literas, ridicula ferè, ſed ingenioſa praxi intra lapidem, quam deſcribit Hercules à Sunde & P. Schot; Simile quoque artificium tradit Joannes Baptiſta Porta l. 16. Mag. nat. c. 6. II. In Calceis, quem modum etiam inſinuat Trithemius in Polygraphia per vocem *ceocali*, ſed & Ovidius ejus meminit, dicens:

*Cum poſſit ſoleâ chartas celare ligatas,*
*Et vincto blandas ſub pede ferre notas.*

Ejus praxin docet P. Schot in ſch. ſteg. cl. 12. c. 2. §. 1. ubi etiam varia adducit exempla hujus inventionis. III. intra ſigillum, ſc. Principum & Magiſtratuum in urbibus, qui latis admodum ſigillis obſignare ſolent, poſſunt autem verba ſecreta in ſchedula quadam exigua

gua exarari, atque ea ſchedula complicari, & exteriùs oleo vel pinguedine illita infra ceram in loco ſigilli occultari. IV. Intra baculum viatorium, intra haſtile, intra gladii vaginam, inter alia quæcunque tabellariorum arma epiſtolas abſcondere non eſt infrequens, qua de inventione vide P. Schot d. l. §. 5. & Herculem à Sunde. V. Abſconduntur etiam epiſtola in *leopi* & in *liſpilia*, id eſt in pileo & palliis aliiſque veſtibus, cujusmodi multa ſunt exempla. VI. Intra varios cibos & fructus, quæ praxis innumeras admittit variationes. Nam 1. poteſt abſcondi epiſtola intra panem antequam pinſitur & panis dari tabellario, vel melius mendicabulo, deferendus ad abſentem. 2. Poteſt epiſtola anguſtæ & delicatiſſimæ papyro inſcripta, ac convoluta abſcondi intra calamum, calamus intra pyrum, pomum, carmen aſſatam, placentam &c. & abſenti transmitti. 3. Securiſſimum eſt, tametſi turpiculum, ſi nux avellana facto in cortice exiguo foramine evacuetur, ſchedulæ exiguæ ac delicatiſſimæ ſecretum inſcribatur, intra nucem abſcondatur, & ea foramine clauſa, tabellario deglutienda detur & ita transmittatur, reddat enim tabellarius nucem integram per ſeceſſum. Honeſtius erit, ſi epiſtola in eſculento abſcondita cani devoranda detur, atque is nuntio aſſocietur, ac demum occidatur, ut ex viſceribus epiſtola eximatur. VII. Abſconduntur literæ in *necoſlas*, id eſt, in flaſcone, quem modum valde ingenioſum deſcribit P. Schot d. l. §. 2. ex Hercule à Sunde, ubi ex fundamento legatur, quod dabit occaſionem ingenioſo lectori alias excogitandi praxes, quibus literæ inter quæcunque alia vaſa abſcondantur. VIII. Occultantur etiam literæ inter diſſecta animalia, cujus pragmaticæ P. Schot d. l. cap. 3. §. 1. dicit meminiſſe Frontinum lib. 3. ſtratagem. cap. 13. IX. Intra collaria canum, quos nuncii ſecum ducunt, aut inter ephippia, fræna, aliaque equorum arma poſſunt tutiſſimè literæ occultari, uti teſte Frontino fecere Campani. X. Intra ferreos tubulos ligularum, cujus inventionis exemplum narrat P. Schot d. l. §. 4. quod contigit Carolo V. Imperatori in obſidione Metenſi, qui videatur. XI. In utribus, aut urnis teſtaceis & literæ tutò abſconduntur, qui deinde à nandi peritis ad locum deſtinatum deferantur, tale exemplum narrat ex Frontino, l. 3. ſtratag. cap. 13. P. Schot d. l. cap. 4. §. 1. & 3. XII. In laminis plumbeis tutum etiam literis eſt latibulum, de quo ſtratagemate exemplum ex Fron-

tino

tino adfert P. Schot d. l. §. 2. XIII. Intra ovum literæ abſconduntur tali praxi: Scripta in papyro epiſtola conciditur in ſegmenta longa, quolibet unam epiſtolæ lineam habituro, hæc ſegmenta à tergo literis vel numeris pro ordinis ratione ſignata in ovum recens per rimulas tantæ capacitatis in cortice factas ſingulatim intruduntur, ac tum ovum rimulâ occlusâ abſenti mittitur vel aliis immiſtum ovis, vel aliâ ratione ſuſpicionem non pariturâ. Sed & idem alia ratione poterit effici: Ovum acri aceto immergitur horis ternis, quaternis aut pluribus, & cum emollitum eſt, cultri acie cortex aperitur, ovum evacuatur, charta ſecretum continens per rimam intruditur, ac tum ſciſſurâ calce & gummi miſtis obturatâ, ovum aquæ frigidæ immergitur macerandum, quo cortex priſtinæ duritiei reddatur. XIV. Poteſt & epiſtola ſecretum continens in longa ſegmenta conſcindi, ea ſegmenta intra mulierum vel virorum, aut etiam equorum plegmata ſeu complicatos capillos abſcondi, & ad abſentes mitti. XV. Tandem etiam intra bellaria poteſt epiſtola latere abſcondita, quale exemplum de Polycrate fœminâ narrat P. Schot d. l. cap. 4. §. 8.

Tertiò poteſt ſecretum mitti ad abſentem literis apertis, id eſt, non occultatis, ſed quæ ſcriptæ ſint characteribus inviſibilibus, id eſt talibus, qui, ut ſcripti ſunt, deliteſcant, & nonniſi ab artis conſcio legibiles fieri poſſint vel ad ignem vel inſperſo pulviſculo, vel in aqua & ſimili liquore, vel aliis modis. Fit autem ſcriptura talis in pergameno, charta, panno, ovo, lapide, cryſtallo, &c. Itaque I. fieri poteſt ſcriptura inviſibilis, quæ nonniſi ad ignem denuo legibilis reddatur, 1. ſi ſcribatur ſucco, qui exprimitur ex pomis, piris, malis perſicis, uvis, malis citreis & ſimilibus fructibus, nam ut ſcriptæ ſunt literæ deliteſcunt, & non niſi admotæ igni reviviſcunt. 2. Idem præſtat ſcriptura, quæ lacte fit, ſive animalium ſive herbarum ut tithymali ficûs &c. 3. Similis fit ſcriptura, eâ aquâ, in qua vel vitriolum, vel alumen, vel ſal armoniacum, vel calx, vel cremor tartari, aut camphora, & ſimilia ſunt diſſoluta vel injecta deliteſcet enim & ad ignem revocabitur. 4. Eodem potiemur effectu, ſi ſulphur cum pauco ſalis vino miſceatur, idque coletur & loco atramenti adhibeatur. 5. Succo cæparum & allii eadem eſt virtus, nempe ut literæ primò evaneſcant eo ſcriptæ, ac poſtea per ignem reducantur.

6. Suc-

6. Succus expreſſus ex cæpis cum ſale & urina literas ſcriptas primò occultat, deinde admotas igni efficit nigras & legibiles. II. Poteſt fieri ſcriptura inviſibilis, quæ aquâ vel alio liquore fiat legibilis. 1. Si aquâ, in qua vitriolum ſeu calchantum diſſolutum, ac injectus pulvis gallæ tenuiter comminutus, ſcribatur ſupra chartam, illico ſcriptura deliteſcet, reſtituetur verò cum aquæ frigidæ injicitur, literas ipſamet charta candidiores efficiendo. 2. Similiter jucundum exhibetur ſpectaculum, ſi alumen tenuiter comminutum aqua ſolvatur, atque ea aquâ ſcriptura exaretur in charta craſſa, linteo, pergameno candido. 3. Si vitriolum tenuiter comminutum ſolvatur aqua frigida, atque inde ſcriptura fiat in charta, literæ illico evaneſcunt redituræ, ſi ſemi unica gallarum pulverizata intra quartam partem menſuræ aquæ communis injiciatur, bene miſceatur, per pannum lineum coletur, & epiſtola ſcripta per hanc aquam aliquoties traducatur, nam nigræ efficientur literæ. 4. Simile accidit, ſi ſucco limonis exares literas in papyro, nam ſiccatæ penitus abeunt, ſi verò lythargirium in vas fictile cum aceto injicias, decoquas, decoctumque percoles, ac huic liquori ſcripturam immergas, illico reddetur candida & legibilis. 5. Albumen ovi temperatum & diſcuſſum ad ſcribendum, ſcripturam reddit penitus illegibilem, nec apparituram niſi aquæ imponatur frigidæ. 6. Si hirci adipe ſupra lapidem ſcribas, ipſe tuam illico ſcripturam non amplius agnoſces aut deprehendes, niſi lapidem aceto immergas, quo literæ redeant conſpiciendæ quaſi ſupra lapidem eminentes. 7. Poteſt & fieri ſcriptura duplici atramento viſibili & inviſibili, illo quidem pro rebus quibuscunque nullius aſpectum timentibus, hoc verò pro arcano conceptu, quem omnes præter artis conſcium latere oportet, & latebit niſi certa quadam operatione ſcriptura viſibilis deleatur, atque eo ipſo inviſibilis reviviſcat. Modum ex Porta tradit P. Schot. III. Poteſt fieri ſcriptura inconſpicua, quæ inſperſo legatur pulviſculo, & quidem 1. vino, aceto, urina, adipe, ſebo, aliaque pinguedine, gummi, lacte animalium, lacte herbarum aut foliorum ut ficulneo, Tithymali; ſi enim unâ ex his materiis ad ſcribendum aptatâ ſupra chartam, aut in aliqua corporis parte, ut manu, brachio, fronte literas feceris, ſiccarique permiſeris, ne veſtigium quidem ſcripturæ amplius apparebit, redibunt autem denuò literæ tritis in pulverem carbonibus, aut

chartæ combuſtæ polline aut fuligine conſperſæ. 2. Poteſt etiam tali modo ſupra cryſtallum ſeu vitrum ſcriptura fieri; Diſſolve gummi arabicum vel tragacanthum in aqua clariſſima, quâ ſcribe ſupra phialam cryſtallinam ſeu vitream, permitte ſiccari & nihil apparebit, usquedum tali pulviſculo inſpergatur ſcriptura. 3. Similiter ſupra tabellam, chartam, linteum, ſcribere poteris; Solve adipem hircinum cum pauculo terebinthinæ reſinæ, & liquore iſto chartam aliquam bene illine & ſerva, cum ſcribendum eſt, pone eam ſupra tabellam, linteum, ſtrophiolum &c. & quas lubet ſignificare literas, ſtylo ferreo exara, adhærebit ſcriptura, nec apparebit, niſi uno ex dictis pulviſculis inſpergatur. IV. Fit & ſcriptura, quæ non niſi aëre, vel poſita inter oculum & lumen vel ignem legitur, talis eſt, ſi ceruſſam, aliumque colorem album tragacanthæ liquefactæ immiſceas, eâque miſturâ in charta ſcribas, nihil enim legi poterit, niſi ſcriptura inter oculum & lumen ſolis aut candelæ ponatur. V. Huc ſpectat Dermaticum ſcribendi genus à Trithemio in Polygraphia inſinuatum, quod fit in dorſo nunciorum; fit autem juxta Trithemium ſcripturâ quadam artificiali per loturam cujusdam humoris ſeu liquoris duntaxat viſibili. Similiter huc pertinet ſtratagema Hyſtiæi quod videatur in P. Schot. Herculeâ Sunde, P. Kirchero. Porta.

Quartò denique poteſt ſcriptura fieri characteribus viſibilibus, atramento videlicet communi, & ita quidem 1. poſſunt à correſpondentibus aſſumi characteres omnino fictitii, & qui nullam aliam habeant ſignificationem, quam ex inſtituto operantium; Non eſt autem poſſibile omnia omnium figmenta huc adducere, nec propoſito quidquam conducit, cum quilibet ſibi pro libitu novum poſſit fabricare alphabetum. Plura refert Trithemius l. 6. Polygr. ubi adducit alphabetum Nortmannorum, veterum Francorum, item quoddam in Codice Hunibaldi repertum, Pharamundi, Honorii cognomento Thebani, Ciceronis & aliorum. Similia quoque habet Sunde, ubi tria ponit Cabbaliſtica Alphabeta, quorum primum appellatur ſcriptura cœleſtis; ſecundum, ſcriptura angelica; tertium, ſcriptura tranſitus flavii &c. Sed in hoc genere ſcriptionis cautè procedendum eſt, nam non tantùm inveniuntur multi, qui facili & brevi ſtudio tales poſſunt aperire ſcripturas, ſed & paſſim apud Auctores extant regulæ eas legendi & ſecretum latens inveniendi;

Itaque

Itaque poſſunt plures characteres pro una litera ſubſtitui, & præcipuè pro vocalibus, vel poſſunt duæ dictiones conjungi, aut aliquæ literæ dictionis unius, alterius dictionis literis per variam mutationem vel transpoſitionem adjungi, quo difficilior ſcriptura reddatur. Sed & referente Trithemio in Polygraphia M. T. Cicero pro quavis dictione latina Characterem unum ſuppoſuit, tantamque copiam notarum in quodam dictionario cum dictionibus ſubjectis collocavit, ut omnino ſufficiant ad ſcribendum latino ſermone quæcunque volueris. Qualibus notis ſive characteribus pſalterium latinum integrum & pulchrè deſcriptum olim vidiſſe ſe Trithemius aſſerit in Bibliotheca majoris Eccleſiæ Argentinenſis, cui quis rerum judex ignarus titulum forinſecus præpoſuerat talem Pſalterium in Armenica lingua. II. Poſſunt & numeri loco literarum ſubſtitui, varia earum combinatione & variatione, atque ita transmitti ad artis conſcium; quò autem literæ tales minus patiantur ſuſpicionis, poterunt numeri collocari & aſſumi inſtar computûs communis aut Aſtronomici; ſed cum & hoc non ſemper tutum ſit, aſtu utemur ingenioſiſſimo, quem invenit P. Kircherus, ac P. Schot in tota ſchola Steganogr. recenſet, & excolit: conſiſtitque præcipuè in illo, ut epiſtolæ cujusdam de quavis reſcriptæ, & nullius conſpectum formidantis, cujuscunque etiam linguæ & idiomatis ſinguli characteres ab initio numerentur, cumque deventum fuerit ad literam in qua numerus ſignificandus terminatur, ſignum fiat viſibile vel inviſibile ſuo tamen tempore rediturum, pro ſecundo numero itidem numerentur tot literæ ab hoc ſigno inchoando quot unitates numerus continet, & denuo ſignum fiat atque ita conſequenter donec omnes numeri nunciandi epiſtolæ ſint inſerti. III. Etiam ſola puncta non effigiata in characteres aut literas propoſito deſerviunt, debet autem eorum varius ſitus, combinatio, diſtantia tot efficere differentias, ut literis alphabeti neceſſariis correſpondeant; tales modos deſcribit Hercules à Sunde l. 5. cap. 3. 10. 12. utiturque triangulo, lineâ ſola vel circuli ſemidiametro. IV. Ipſæ literæ uſitatæ etiam tutum arcanis præbent receptaculum, cum ita ſuam mutant poteſtatem, ut omnino diverſam aſſumant naturam per transpoſitionem alphabeti ordinatam vel inordinatam; Quo pertinet totus liber quintus Polygraphiæ Trithemii; ſed & per variam literarum paucarum combinationem poterunt

fieri 24 differentiæ, quomodo uſum fuiſſe Julium Cæſarem refert Hercules à Sunde d. l. cap. 12. Illæ vero literæ, quæ per talem alphabeti tranſpoſitionem pro arcano proveniunt, poſſunt aut ſeparatim pro ratione ſenſûs ipſius poni, aut cum num. ſeq. ita inter alias occultari, ut nec ſuſpicionem generent, nec ullatenus deprehendi poſſint. V. Arcanum ipſum ſeparatum vel in dictiones, vel in ſyllabas, vel in literas ita orationi apertæ poteſt inſeri, ut impoſſibile ſit illud ulla ratione deprehendere; exhibet id totus liber primus & ſecundus Steganographiæ Trithemii, ubi certarum aut omnium dictionum alicujus epiſtolæ literæ aut ſyllabæ initiales, arcani nunciandi literas aut ſyllabas referunt, cumque earum tanta ſit variatio, prout & in duobus capp. ſeqq. ampliationes meæ oſtendunt, nemo certè tam erit in arte combinatoriâ exercitatus, qui literas in tali epiſtola arcano deſervientes queat invenire præſertim, ſi per ſecundum librum & ejus ampliationes fuerint in alias transformatæ; Sed & exempla exhibebo infra cap. ſeq. ubi non initiales ſed ſecundæ ultimæ aut penultimæ certarum dictionum literæ arcano deſerviunt, ſimilis eſt Steganographia Brixienſis, quam refert P. Schot, ubi certorum numerorum certus ordo aſſumitur, atque oratio aperta ſic inſtituitur, ut computatis à principio literis epiſtolæ, prima ſecreti litera incidat in locum quo deſinit numerus primus aſſumptus, ſecunda ſecreti litera incidat in locum quo deſinit numerus ſecundus aſſumptus computatione facta à prima litera, & ita conſequenter. Eadem ratio ſyllabarum licet modus operandi ſit paululum difficilior; Jucundiſſima omnium operatio eſt integras arcani dictiones literis patentibus inſerere præterquam enim quod ſecuriſſima ſit etiam ſumma facilitate inſtituitur, quod tamen de omnibus modis hujus operationis non ita generaliter intellectum velim; nam certè modus Trithemii in lib. 2. cap. 23. & 24. Steg. non ita eſt facilis, ſicut nec ille quem Hercules de Sunde ſteg. aucta cap. 9. l. 5. deſcribit & tantoperè æſtimat.

## CAP. II.

## Examinat Et Ampliat Librum Primum Steganographiæ.

Primus Steganographiæ liber ut vidimus, continet varios occultè ſcribendi modos, quibus oratio vel epiſtola ſic inſtituitur, ut initiales literæ omnium vel certarum dictionum ſenſum arcanum expri-

primant; videndum itaque in cap præſenti an tales ſint, ut tam ſpecioſam & pompoſam meruerint præfationem, ita enim inquit Trithemius in literis ad Arnoldum Boſtium: *Primus liber continet plusquam centum modos occultè ſcribendi, quidquid velis, ſine omni ſuſpicione, ſine literarum transpoſitione, ſine omni timore, ita ut non ſit homo in mundo, qui naturali induſtria ſcire, vel ſuſpicari quidem poſſit, quid in meis literis contineatur, præter eum, qui artem novit ex me vel ex eo quem ego docuero. Verba ſunt plana & familiaria, omni ſuſpicione carentia, ſed intentionem meam nemo ſine arte percipere poterit in æternum, quantumcunque ſit doctus, & eſt res verè ſtupenda.* Secundò deſideratur ipſorum horum modorum ampliatio, ut manifeſtum fiat, quod Trithemius in Apologia Steganographiæ præpoſita inſinuat: *Nec fieri quiſpiam tam doctus & expertus in hac ipſa ſcientia unquam poterit, ut non relinquantur infiniti modi, ſecretè, & occultiſſimè ſcribendi ad omnia ſufficientes, quos ipſe nondum apprehendit. Eſt enim hæc ſcientia chaos infinitæ magnitudinis, quod nemo comprehendere poteſt. Quia quantumlibet doctus in hac arte fueris, minus tamen eſt, quod intelligis, quam illud quod neſcis. Nam hujus ſcientiæ proprietas eſt magiſtro diſcipulum ſemper, modo ſit induſtrius & velit, reddere ſine comparatione doctiorem.*

## §. 1. Continet Examen libri primi Steganographiæ.

Examen Steganographiæ inſtituturus explorabo, an conveniat regulis in cap. 1. Steganogr. Vind. poſitis, idque cum fecero, oſtenderoque quam hi modi occultè ſcribendi, ſint absque omni ſuſpicione: quam ſint ſecuri ac tuti; & denique quam ſint faciles & expediti, ſine dubio meritas iis laudes obtinuero; quod concluſionibus tribus breviter expedietur.

Dico 1. Steganographiam libri primi eſſe absque omni ſuſpicione, id manifeſtè oſtendo. Quia inde dicitur oriri ſuſpicio, ubi eſt aliquid novi, extraordinarii, & contra communem ſcribendi conſuetudinem, ita fit, cum ſcribimus characteribus fictitiis & peregrinis, cum numeros & puncta aut literas literis apertè ſubſtituimus, cum ſigna incognita, vel communia contra eorum proprietatem aſſumimus; Atqui nihil horum fit in his modis, nihil ibi reperitur novi, nihil extraordinarii; verba ſunt plana, communia, & in propria acceptione in perfectum & concinnum ſenſum compoſita; nulla in iis re-

peritur differentia ab aliis literis, quibus ordinariè & citra occultorum ſignificationem ſcribimus; experimentum cape lector ſuſpicioſe, & vide, quid in literis ſequentibus lateat ſuſpicionis? quæ dictio, quæ litera ei anſam præbeat?

*Epiſtola.*

Non ſine ratione ſententiam teneres negativam, utpote & tibi favorabiliorem & valde validis utroque in jure ſtabilitam argumentis, niſi hujus temporis malignitas & immutatus rerum ſtatus leges facerent ſilere antiquas, ut loquar brevibus, diſſimulandum eſt moderno tempore, non jure agendum, qui jure agit, ſupprimitur ubique, nec facile deſiderato potitur effectu; tibi itaque conſulturus reſpondeo, ut præſenti in caſu diſſimules, repetiturus leges, ubi antiqua fides & ſinceritas legum reduxerint obedientiam & debitum honorem. Vale.

Dices 1: Etſi epiſtolæ ipſæ libri primi nihil contineant ſuſpicioſi, in fine tamen earum poni characterem illius Imperatoris, per cujus ſpiritus operatio eſt inſtituta, qui vix conſervabit epiſtolam à ſuſpicione immunem. Reſp. Signum illud à Trithemio docendi tantùm non neceſſitatis cauſâ aſſumptum, ideoque aliud aſſumi poſſe, quod ſit ab omni ſuſpicione remotum, prout me feciſſe recordor, dum literas aſſumpſi Græcas aut Latinas; ſed & hæ literæ tam ſecretò poſſunt literis inſeri, ut à nullo mortalium advertantur, v. g. in ſubſcriptione poſt nomen cujusvis proprium, ut ab aliquibus factitatum audio.

Dices 2: Cum ſit valde difficile tales exquirere dictiones, quarum literæ initiales propoſito deſerviant, ſenſum quandoque fieri inconcinnum, coactum, vel minùs fluidum, & contra ordinarii ſtyli curſum, ut inde quis poſſit arripere occaſionem ſuſpicandi. Reſp. Id vitium ſcriptoris erit non ipſius artis, quæ operantem requirit eruditum & in terminis latinis copioſum & elegantem; Non eſt ut quivis ad eam accedat, & operari præſumat, qui vel grammatices inſpexit tedimenta; vel Romanæ latinitatis flumen ſicco pede pertranſiverit;

Dico 2: Steganographiam Libri primi eſſe omninò tutam & ſecuram. Et id quomodo melius probavero, quam ipſa experientia præteritorum & futurorum? Quis enim ab eo tempore, quo Steganographia extat, & autem plusquam ſeſqui ſæculum, quis inquam vel unicam epiſtolam aut formulam precatoriam ad mentem authoris explicavit & arcanum latens deprehendit? Nec dices: Hos ſcribendi modos

modos tempore Trithemii quidem, aut etiam hucuſque fuiſſe ſat ſecuros ac tutos, non autem id fore amplius, poſtquam per editionem hujus operis fuerint omnibus manifeſti, multis in re præſertim majoris momenti, nullum laborem ſubterfugituris quò arcanum in tali epiſtola latens valeant deprehendere. *Reſp.* Enim ſimiles modos ab aliis Steganographis vel ingenio proprio, vel imitatione clavis, quæ ſemper fuit adjuncta & præfixa Steganographiæ, fuiſſe excogitatos, & Steganographiam Trithemii nihilominus manſiſſe occultam & intactam, quod itidem poterit evenire poſt hujus libri editionem. Sed quid diſputando longus ſum, exemplo veritas pateſcet, quod curioſo & ſciolo adverſario proponendum duxi.

*Epiſtola.*

Tuæ petitioni libenter & ex animo annuiſſem, transmiſiſſemque pridem renovatum hæreditatis tuæ inventarium, niſi occaſio ſatis commoda, & nuncius fidelis defuiſſet, nec enim ſecurum eſt, rem tanti momenti cuilibet committere, maximè originale ipſum, cujus recuperatio tempus requireret; Itaque ſi neceſſitas urgeat, aptam huic rei occaſionem pro tua in ſimilibus negotiis experientiâ, notaque dexteritate poteris ad manum dare, oſtendam, nihil mihi potius in orbe toto eſſe tua amicitiâ, quam ſumma conſtantiâ hucusque cuſtodivimus & reciprocâ officiorum viciſſitudine comprobavimus. Hiſce te tutelæ & protectioni divinæ commendo. Vale.

Dico 3: Sunt etiam hi modi ſteganographici omnino faciles tam pro legente, quam pro ſcribente; in cujus tamen demonſtratione videndum mihi primò quibuscum res agatur adverſariis; ſi enim diſputare contingat cum iis, qui Romanæ latinitatis rudimenta tantùm ſalutârint, &, ut ſupra inſinuavi, ſicco pede tranſiverint, facile cum omnibus meis demonſtrationibus ſuccubuero, quid enim aqud tales probabilitatis effecero, quibus familiarius eſt ſapientiam ſpernere quam didiciſſe? & qui, ſi contendendam eſſet, ut anſeres in celebribus illis avium comitiis, ad paſcua redibunt, aquilæ primatum ſine contentione relicturi. Nec id mirum, ſicut enim non eſt ruſticorum, aut cujusvis è plebe, ſed nec eorum, qui vel novem aut decem annis hodierno ſtudendi more ſcamna ſcholarum terunt Principum agere Secretarios & Scribas, ita minus erit mirandum, ſi & horum ſcribarum non quivis huic ſcientiæ ſit aptus, ſed quem longior exercitatio perfecit.

Si verò mihi eveniat in contentionem deſcendere cum viris doctis & in ſcriptione literarum exercitatis, unius diei curſu totam demonſtrationem exhibuero; certus ſum enim tales breviſſimo tempore omnem difficultatem ſuperaturos & impoſterum cum ſumma facilitate & voluptate ſcripturos.

Objicies cum Hercule à Sunde & dices hos modos, præterquam quod non ſint adeo faciles, eſſe nimis amplos, requirereque nimis longam orationem vel epiſtolam pro paucis arcani literis nunciandis, adeoque non ubique uſui eſſe poſſe. Reſp. Non ſunt hi modi inventi ut ubique ſint uſui, ſed tum, cum amico abſenti aliquid nunciandum eſt ſecurè & ſecretò, cum vero hæ circumſtantiæ ceſſant, aliis utemur, quorum infiniti ſunt. Et ſane, ſi modi illi quos ipſe Hercules à Sunde ipſemet tradit ubilibet adhiberi poſſunt, facilius ego Trithemianis utar utpote & magis abſconditis & minus ſuſpicionis generaturis.

## §. 2. Continet ampliationem libri primi Steganographiæ.

Etſi Steganographia Trithemii poſſit in innumeros ferme modos extendi & ampliari infinitique & vix non ſupervacanei eſſet laboris eos enumerare, operæ tamen pretium facturum me putavi, ſi paucas adjicerem regulas generales, quò incipientibus ad hanc artem aditus tantò facilior & jucundior reddatur, & via oſtendatur ad alios & longe ſubtiliores excogitandos.

Primò itaque Trithemius omnes dictiones ponit ſignificativas. Modus hic nullam aliam, quam generalem totius libri hujus & utiliſſimam recipit ampliationem, quæ fit per transpoſitionem literarum arcani, cum nempe literæ quidem omnes naturalem retinent valorem ſed ita ſitum mutant, ut, quæ fuit prima, fiat v. g. tertia aut quarta &c. Poteſt autem talis transpoſitio fieri primò in ſingulis arcani dictionibus ſeparatim, ut in cap. 21. vel ſimul ſumptis omnibus dictionibus, ut fit in capp. 24, 27, 28, 29, 30, 31, ubi ſecretum pro numero literarum in certas partes diſtribuitur, atque ex ſingulis diviſionibus accipiuntur primo primæ, deinde ſecundæ poſt tertiæ literæ, & ſic conſequenter. Exemplum: Dividatur hæc ſententia: Omnes conſiliari ſunt contra te, res eſt perdita; in ſex partes, & ſic ſtabit: Omnesco nſiliar iiſuntc ontrate reseſtp erdita. Si nunc ex qualibet parte

parte accipiantur primo primæ, tum ſecundæ, poſt tertiæ, quartæ, quintæ, ſextæ, &c. Sic proveniet eadem ſententia in novo habitu: oniore mſiner niſtsd elurei ſinaſt cattta orcep. Plura his ſimilia & magis ingenioſa inveniet curioſus lector ipſemet, viam ſufficiat oſtendiſſe. Poſtquam itaque arcanum quoddam ita transpoſitum eſt, tunc per omnes modos hujus libri poterit orationi apertæ inſeri, ut vel omnes literæ ſint ſignificativæ vel alternativæ, prout operanti placuerit. Exemplum intuere.

*Epiſtola.*

Ex poſtremis tuis literis Colonia mihi derivatis non ſine gaudio excepi conditionis tuæ immutatum eſſe ſtatum, notoque officio modo te potiri; nam dubitavi nuper an ex voto hæc res ſit ſucceſſura, ideoque omnem lapidem movi. Itaque lætor vehementer ita tandem tibi proviſum ut tota vita & ſis honoribus futurus illuſtris & divitiis abundans, ſed & optimam nactus es occaſionem amicis tuis conſanguineisque egregiè benefaciendi ac inimicorum invidiæ econtra ſtimulum adjiciendi. Vale.

Secundò Trithemius alternas dictiones tantum ponit ſignificativas, ita ut vacantes & otioſæ cum valentibus alternâ poſitione varient, poterit autem numerus utrarumque pro libitu aſſumi, Autor tantum aſcendit ad quinque; ſed & ſingulas arcani dictiones certis dictionibus orationis apertæ concludit & ab invicem ſeparat. Modus hic commodiſſimè poterit variari, ſi in prædicta alternatione aſſumatur inæqualis numerus valentium & vacantium, ſicut Autor fecit in capp. 17. 18. 19. 20. vel manente per totum eodem numero valentium poteſt numerus vacantium aſcendere & deſcendere, ut in capp. 15. 16. vel econtra. Exemplo res patebit.

*Epiſtola.*

Euer letzteres Schreiben vom 26. Auguſti habe ich erhalten / und darab mit groſſer Freud vernohmen / welchermaſen ewer alte und nechſte Freund ſämptlich willens ſeynd / euch nacher Ingolſtatt / Wien / Praag / oder Löven oder ſonſt eine Teutſche Univerſität / welche Catholiſches exercitium Religionis hatt zu verſchicken. In Franckreich zu gehen iſt anjetzo unſicher und noch ſehr gefährlich / in Engelland iſt gar nicht rathſam: daß dahero ich euch die vorhabende Raiß nit allein nit mißrathe / ſonder viel Glück und Heyl darzu wündſche.

Tertiò: In cap. 14. Trithemius ponit modum, ubi inter duas vacantes dictiones orationis apertæ integra dictio arcani ponitur. Hic modus poterit variari ex num. 1. per tranſpoſitionem literarum; vel ſimpliciter quælibet dictio inverti, ita ut ultima litera fiat prima, penultima ſecunda, &c. ſed & quælibet arcani dictio tot vacantibus poterit concludi & à ſequente ſeparari quot illo literas habuit. Exemplum.

*Epiſtola.*

Debui non ſine tædio ſæpius audire relationem, cujus exemplar mihi nuper transmiſiſti omnino ridiculam eſſe; præterquam enim quod manifeſtè veritati contraria ſit, etiam plena eſt tam immaturo lepore, inſulſisque metaphoris, ut riſum legenti movere debeat. Itaque deinceps advertere debes, ut majori acumine tam reconditum opus perficias, ſcis enim & officii ratione debes ſcire, ingentem curam relationibus adhiberi debere, quod ſanè non præſtitiſti.

Quartò: Trithemius in capp. 16. & 17. proponit modum, quo tam valentes quam vacantes ab uno ad octonarium aſcendunt, & iterum deſcendunt, id eſt, ut primo ponatur vacans, poſt valens, inde duæ vacantes & duæ valentes, poſtea tres, & ita conſequenter ad octonarium. Poterit autem & hic modus variari, ut 1. vel fiat tantum deſcenſus, aut tantum aſcenſus. 2. Ut valentium tantum aut èconrra ſit deſcenſus vel aſcenſus. 3. Ut etiam ipſorum aſcenſuum vel deſcenſuum fiat aſcenſus vel deſcenſus. Exemplo res comprehendetur.

*Epiſtola.*

Non ſatis intelligo heſternas tuas literas, quibus negativam ſuſtinere opinionem intendis; nec enim ſufficienter declaras, unde reſultet illa, quam exponis, experientia, neque rationem ejus phyſicam adducis; indubitatum eſt, quod dicis, eſſe animam hominis triplicem, rationalem, ſenſitivam & vegetativam: & ſenſitivam continere totam perfectionem vegetativæ, ſicut rationalis virtualiter, ac eminenter tenet ſenſitivam: verum non recte indicas, quisnam ſit ille primus motor bene operandi, & unde reſultet illa motio.

Quinto: Trithemius à principio & fine lineas aliquas omnino ponit otioſas, id quod præter cæteras utilitates etiam facit, quo epiſtola fiat magis fluida, atque inde tanto minus generet ſuſpicio-

nis.

nis. Hunc modum ampliabimus ſi non tantum in initio ſed etiam in contextu interponamus lineas otioſas, v. g. ut primo ſit linea vacans, poſtea valens, tum iterum otioſa, & ſic alternativè ad finem. Exemplum.

*Epiſtola.*

In magno hucusque fuimus periculo, & quotidie nobis erat mors reformidanda, in bilance erat vita noſtra, & nihil vidimus præter innumeros latrones & inſidiatores; in ſumma, ubique terror erat, nunc vero evaſimus DEO adjuvante, ceſſant inſidiæ & dolores magnusque terror, qui nobis incuſſus fuit hucusque; verbo; ſumus modo extra periculum hic & nemo nos turbat, omnem libertatem recuperavimus; Id quod tibi propterea hiſce ſignificare volui, quo curam & ſollicitudinem abjicias omnino, & nos brevi viſites, bene nos haberi præſens ipſemet viſurus, interim parabimus omnia pro tuo optato adventu & muſicam inſtituemus excellentem.

Sextò: Sicut Trithemius hucusque per totum librum primum primas certarum dictionum literas poſuit ſignificativas, ita generali ampliatione, literæ poſſunt accipi ſecundæ, atque tales propoſito convenientes exquiri dictiones, quarum ſecundæ literæ ſenſum arcanum exprimant. Exemplum.

*Epiſtola.*

Accepi non ſine maximo animi gaudio epiſtolam tuam poſtremam Viennâ ad me datam indeque tuam & ſalutem & futuram non exiguam promotionem apud Nuncium Apoſtolicum intellexi. Optarem me ſimili conditione etiam hoc tempore provideri poſſe, certè nulla mihi nunc eſſet conditio tam annexa, quam non paratiſſimè reſignarem. Itaque amorem illum & affectionem ac humanitatem, quam ſemper exhibuiſti erga me, continua, meque ad conditionem aſſertam vel ſimilem ſtude recommendare, me reperies benefactorum memorem & ſemper gratum, aliudque nihil unquam facturum potius, quam ut id viciſſim erga te reciproco bono affectu recompenſem. Vale.

Septimò: Sicut loco primarum literarum ſecundas poſui ſignificativas, ita ſimiliter ultimas vel penultimas certarum dictionum literas inſtituemus, ut arcanum exprimant. Duo rem oſtendunt exempla.

*Epiſtola.*

Accepi heſternas tuas literas & pluribus inde cognovi, ubi ponas emphaſin argumenti & demonſtrationis ante nuperam pentecoſten propoſitæ, ſed necdum intellexi ubi lateat vis & unde ſumatur ratio concludendi, nec enim adhuc rem penetrâſti, nec ad propoſitum reſpondiſſe te ſufficienter mihi vidêre, atque hinc proximè alia facilior captu à te deſideratur demonſtratio. Vale.

*Alia epiſtola.*

Sicut ante menſem oretenus tibi dixi, ita nunc percepi ex fundamento fratris tui promotionem, ſcripſi id & feci notum amicis jam omnibus, quos amari à vobis conſtanter ſcio, & illi reſcripſerunt literis tam obligantibus, ut indubitatò ſit erga vos eorum affectio permanſura, concluſerunt etiam fratrem tuum occaſione proximâ viſitare, de officio gratulaturi, & ſe ex corde toto recreaturi. Tu fac venias, ego adero, nam habeo tecum adhuc negotia maxima conferenda. Vale.

Octavò. Tandem ex his omnibus regulis generalibus ut vel primæ, vel ſecundæ, vel ultimæ, aut etiam penultimæ literæ certarum dictionum ſint ſignificativæ, infinitæ poſſunt fieri combinationes, quas pagina non caperet. Unum pono exemplum.

*Epiſtola.*

Admiror clementiam noſtri principis & juſtitiam quam ſubditis exhibet univerſis, nemo certe diſcedit ſine conſolatione, qui ejus aſpectu fruitur, animos omnium quadam ſympathia ad ſe trahit, cum venerabundâ dulcedine majeſtatem ſuam temperat, & moderatâ ſermonis ſeveritate exceſſus pravos punit, ac dignis cumulat præmiis, qui merentur, tali principe reſurget noſter Archiepiſcopatus, qui abjectus ferme aliquot annis fuit, & antiquum ſplendorem accipiet ac dignitatem. Maximæ igitur gratiæ omnipotenti DEO agendæ ſunt, quod eum hoc turbato tempore acceperimus. Vale.

## CAP. III.

## EXAMINAT ET AMPLIAT LIBRUM STEGANOGRAPHIÆ SECUNDUM.

Quod de libro primo mihi ſuperius præſtandum fuit, nunc in iiſdem terminis de ſecundo proponitur, itaque & eadem methodo procedendum erit.

§. 1.

## §. 1. Examen Libri ſecundi Steganographiæ.

Si argumenta pro ſecuritate & facilitate cæteriſque requiſitis Steganographiæ libri primi ſuperius adducta quidquam continent roboris aut probabilitatis, ea certè hic demonſtrationis accipient complementum, quidquid enim de ea dixeris, multo magis & excellentius de modis ſteganographicis hujus libri dici poterit & oſtendi, præcipue verò cum de ſecuritate foret controverſia, namque modi hujus libri tam ſunt ſecuri & tuti, tam ab omni periculo remoti, ut de iis omnino verum ſit quod Trithemius in literis ad Arnoldum Boſtium inſinuat, ſed & non minus ſunt faciles & ſuſpicione carentes; quod facilius non oſtendero, quam exhibitione aliquot exemplorum propoſito convenientium.

*Epiſtola prima.*

Etſi ſummo animi dolore intellexerim, fratrem tuum unicum naturæ debitum ſolviſſe, quia tamen idem nuntius hæreditatis tuæ me fecit certiorem, luctus ille ex literarum initio conceptus, tantum fuit ſub finem temperatus, ut in dubio ſim, luctusne an lætitia majorem animi partem occupet. Doleo quidem vel maximè, & intimè doleo, amico tam ſingulari me privatum fuiſſe, quia vero id immutabili numinis decreto factum agnoſco, videoque dolore meo nihil retractatum iri, cur non potius tecum lætarer, iterim fratris tui in meis ad DEUM præcibus pro ejus felici reſurrectione non obliturus. Vale.

*Epiſtola ſecunda.*

Tranſit inadvertenter tempus nobile, zelari oportet quietis æternæ ſecuritatem. Surgamus itaque, levemus in devotione & humilitate noſtras mentes ad DEUM, & quotidie multis abluamus lachrymis noxas noſtras graves, quibus mundi favorem quærendo divinam offendimus majeſtatem. Ecce jam tempus optatum lugendi nobis adeſt; ſine dilatione mundemus conſcientias de obſcuris tenebris voluptatum mundanarum, deteſtemur & linquamus periculoſas hujus perverſi ſæculi vanitates, & fugientes execrabilem deſidiæ hujus torporem conſtanter teneamus ardentem Zelum religionis Catholicæ & Sanctitatis. Vale.

*Epiſtola tertia.*

Auf Euer letzteres Schreiben vom 6. dieſes habe ich gleich ſobald Audientz bey Ihrer Churfl. Gnad. eyfferig angeſucht / weilen aber ſelbe geheimen Rath gehalten / habe ich nit gleich nach Wundſch können vorkommen / ſonder biß auf Morgen warten müſſen / allwo ich dann nochmal anzuſuchen / nit unterlaſſen werde / ingleichen bey Ihrer Excellentz unſerm Herrn Cantzlar bin ich umb deſtomehrer Beförderung dieſer Sach ſchon geweſen wie auch bey den mehrſten Herren Regierungs-Räthen: Unterdeſſen werdet ihr euch fleißig angelegen ſeyn laſſen / damit die noch erforderte bewußte Schrifft mit nechſtem überſchickt werde / wie auch benebens die Obligation der 400. Reichsthaler / welche ich euch erſt vor wenig Tagen zugeſtelt / auffdaß man in der Haupt-Sach mit aller Nothwendigkeit gleich gefaſt ſeyn und nit auffgehalten werden möge.

*Epiſtola quarta.*

Percurri nuper omnes tuos libros, neſcivi tamen invenire conjurationes notas ſpirituum Sineſii, ſicut & libros occultioris Philoſophiæ Agrippæ, licet omnia rimatus fuerim diligentiſſimè. Itaque te rogo confidenter, ut, ſi tractatus prædictos occultè tenes, eos mihi relegendos transmittas, firmiter ſpondeo eorum reſtitutionem, deſidero enim tantum refutare tam vanam doctrinam, vel ſi naturalis ſit, me ad explicationem ejus fervore omni convertere. Vale.

*Epiſtola quinta.*

Integrum cœli globum pro Zenith regionis iſtius bene diſpoſitum nuper habui remiſique Heidelbergam, unde acceperam; ſanè nihil hucusque vidi melius & ſtudioſis utilius, nam repræſentat revolutiones ſtellarum errantium quotidianas, totamque fabricam firmamenti ſtellarum fixarum, quæ movetur tardiſſimè quaſi ſtaret & fere apparet quieſcere, poteſt nihilominus adverti valde bene hic motus, computarique in horizonte facile, quantum ad orientem quotidie retrocedat. Vix fidem meis dictis primùm habebis, ſed fac ut ipſemet illum globum videas, habebis ingentem conſolationem cum videris oculis ipſis, quomodo in compendio brevi mundus univerſus exhibeatur.

§. 2.

## §. 2. Ampliatio Libri ſecundi Steganographiæ.

Tres modi ſteganographici generales in hoc libro proponuntur: Primus primis 21 capp. literas cum libro primo ita docet componere, ut certarum dictionum initiales literæ, ſingulas arcani nunciandi literas determinato ordine repræſentent, ſed per variam Alphabeti naturalis metatheſin prius transmutatas. Secundus literas ponit ubi certarum dictionum ſyllabæ initiales integras arcani ſyllabas referunt. Tertius denique integras dictiones arcani ſenſûs orationi apertæ inſerit. Horum omnium nec injucunda nec difficilis erit ampliatio. Itaque

Primò: Quia Trithemius in hoc libro, pro determinatione dictionum valentium, id eſt earum, quarum literæ initiales ſunt ſignificativæ triplici tantùm utitur differentia, vel enim omnes ponit ſignificativas, ut in cap. 1. 5. 6. 20. vel alternativas, ut in cap. 2. 4. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. vel duas cum duabus alternantes, ut in cap. 3. facile ex toto libro primo alias mutuabimus differentias, vel 1. ex numero alternantium, ut v. g. tres cum tribus aut quatuor vacantes cum quatuor valentibus alternent. Vel. 2. ex ratione concluſionis ſingularum arcani dictionum. Vel 3. ratione initii, ut à fine vel principio, aut omiſſis aliquot lineis initium fiat ſenſûs arcani. Vel 4. ratione diſpoſitionis literarum ſenſûs myſtici; Quæ omnia prudens lector facilius proprio aſſequetur ſtudio, quam longis verborum circumſcriptionibus. Ecce exemplum.

*Epiſtola.*

Ex lege ſecunda C. de generali abolitione argumentari nuper contra adverſarium tuum potuiſſes, verum legem iſtam non bene intellexiſti, unde triumphum parti tuæ adverſæ ceſſiſti linglorioſum & bonam partem bonorum tuorum, proprio tandem ſapies incommodo, ſciesque, quid ultimorum librorum ignorantia adſerat, cum præſertim legum fueris candidatus & conſequi gradum potuiſſes, ſisque ſummi Dicaſterii Advocatus, qui leges totius corporis juris bene, ſine ulla differentia titulorum debet applicare, itaque ut paululum cautior ſis impoſterum, nullasque leges vel rubricas prætereas, labora. Vale.

Secun-

Secundò: Poterimus etiam hunc librum ampliare per ampliationes libri primi, quas in cap. ſuperiori inſinuavi vel oſtendi, quæ ſanè & infinitæ ſunt & faciles & jucundæ, tamque reddent epiſtolam ab omni examinatorum incurſione ſecuram, ut nemo ſit futurus in orbe univerſo, qui ſecretum latens ullâ virtute naturali poſſit deprehendere niſi per ſcribentem aut artis conſcium. Exemplum cape.

*Epiſtola.*

Ex literis tuis abunde intellexi parentem meum gravi invaletudine teneri, vixque ab ea ſurrecturum, niſi medicus omnipotens benedictione ſua erigat, quod abſque miraculo fieri nequiret. Gravi ſanè affeciſti animum meum triſtitiâ, brevique præ mœrore nimis amaro ego æquè contabuiſſem; Etenim his feſtis totius anni maximis efferre ex ſtrato pedem biduò nequivi; Ante dies ſex incepi qualitercunque greſſum repetere, domique obambulare plane ſicut infans novus breviſſimis itineribus, equidem ſum aſthmaticus, vix queo reſpirationem habere. Itaque abſentiam meam tuo explebis fervore, parentemque meum ita amabis, ac ſi tuus eſſet; viciſſim id ſpondeo. Vale.

Tertiò: Sicut Trithemius utitur ordinatâ & naturali ſerie literarum alphabeti, pro metatheſi & transmutatione literarum efformandâ, ita poterimus eandem ſeriem ponere tranſpoſitam & perturbatam. v.g.

A b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x z
n d i k o l s r c b p f q x t m u h z a e g

Atque hic modus erit adhuc intricatior & ſecurior, poteritque aliis etiam in caſibus uſui venire, prout omnes Steganographi mecum fatentur. Ecce duo exempla.

*Epiſtola 1.*

Hucusque ſane reperire neminem potui, qui bene & prudenter ſubtilem hancce quæſtionem ad votum aliquando defenderet, nam certe ſubtili conſtat materiâ non omni notâ, hinc ſuum ingenium Caraffa oſtendit, dum quæſtionem iſtam feliciter defendit, hoc ego modo & lege ſolviſſem nunquam, tam eſt præter Autores nec non contra ſententiam communem. Ille ipſe interim ſolus tam longâ diſputatione potuit nobis oſtendere explicationem & ſolutionem varios adducendo Autores hacce opinione ſuffultos. Hinc magnam Caraffa adeptus eſt laudem, facile Gradum Doctoralem

accipiet, cum illum voluerit ſuſcipere, nam doctrina ipſius luce enitet clarius; Itaque ſummoperè rogo, ut eum æſtimes quaſi hujus temporis excellentem Juriſtam & dignum honore legali. Vale.

*Epiſtola 2.*

Poſtremas Dominationis veſtræ de ſexto Octobris literas optimè ſeptimo hujus accepi, quam amicæ grątæque fuerint, lator harum pluribus explicabit; nam ſine illis facile juſtiſſimam noſtram cauſam perdere potuiſſemus, remedium unicum nobis erant veſtræ literæ. Itaque ſtudebimus excellentem eum favorem ſervitiis reciprocis viciſſim recompenſare & devotiſſimum animum vobis noſtrum exhibere, cujus, enixè rogo, occaſionem mihi offerat, habiturus in effectu evidentem demonſtrationem. Interea laudem famamque nominis veſtri ubique ſummè deprædicabimus, & hoc de triumpho gaudium veſtro patrocinio adſcribemus, luctum omnem obliviſcentes quem habuimus ex periculis & optato ſolatio tam vehementibus malis erepti fruentes.

Hucusque primam libri ſecundi partem ſat ampliâſſe me credo, nec enim poſſibile eſt omnes ejus adducere ampliationes, pigris & otium deſiderantibus nimis operoſas, magnis ingeniis nimium viles futuras, itaque ad ſecundam partem procedo.

Tertiò: In ampliatione ſecundæ partis, quæ integras ſyllabas arcani ſenſûs orationi accommodet apertæ, nihil reperio novi adducendum, ſed ſufficere videtur, ſi lectorem avidum remittam ad ampliationes primi libri in cap. ſuperiori ad longum traditas, ubi quæ de literis dixi, facili methodo ſyllabis applicabit, & varias, ipſemet ſpeculabitur differentias vel ratione ordinis dictionum valentium cum vacantibus, vel ratione terminationis & concluſionis, vel ratione principii, vel ratione tranſpoſitionis ſyllabarum arcani, vel ratione primarum, ſecundarum, ultimarum, aut aliarum ſyllabarum in dictionibus propoſito deſervituris, vel denique ratione alternationis unius cum alio modo. Solùm igitur aliquot exempla adjicere placuit huic doctrinæ accommodata.

*Epiſtola 1.*

Dudum quidem ad aliquot dierum ſpatium te viſitare volui, ſed à Cancellario nimis ſevero veniam vix mediæ diei adipiſci potui, diem ſeverus homo denegavit & prohibuit emanere, interea celebra-

vimus Bacchanalia tacitè cum amicis noſtris, qui nos benevolè & libenter vino bono tractârunt, radicitus lætabamur & jocabamur, teque ſolum cum amicis te amantibus Rogerio & Everhardo deſiderabamus. Itaque in aliud tempus iſta recreatio differenda erit, quæ nobis ſolenni hoc tempore invidiâ hominis melancholici fuit interdicta.

*Epiſtola 2.*

Heri hic advenit notus noſter inimicus ferme circa meridiem, & ſtatim ad aulam porrexit, nequeo dicere, quo ſit honore exceptus, nam electorali juſſus eſt tabulæ aſſidere, & accepit primum locum apud Electorem ipſum, qui multâ illum benevolentiâ excepit & liberalitate. Unde poteris ratiocinari, quid nobis boni efficere potuerit. Interim patientia, ſpero eum ſuam culpam & injuſtitiam agnoſciturum rotunde & nobis absque ulteriori proceſſu ſatisfacturum.

Quartò: Quod Trithemius integras orationi apertæ dictiones inſeruerit, facili & multiplici variatione poterit extendi. Nam 1. ſicut ibi dictiones inſeruit certo reſpectu ad ſingulas lineas epiſtolæ, aſſumendo ſecundam & penultimam dictiones, ita ab initio epiſtolæ computatis omnibus dictionibus poteſt accipi quinta, decima, decima quinta, & ſic per quinarium procedendo, aut ſexta, duodecima &c. procedendo per ſenarium. 2. Poſſunt accipi certi numeri, qui demonſtrent ſitum dictionum valentium, prout Brixienſes pro literis poſuere. v. g. 7. 11. 3. 8. 13. 5. 2. 6. &c. ſed de hac ampliatione plura in cap. hujus partis penultimo.

*Exemplum.*

Principis Electoris Trevirenſis adventum heri expectavimus, ſed modo cras eſt venturus, atque hinc veniam pro voto adipiſci non potui, quò ad te venirem Bacchanalia celebraturus, poſſem quidem abeſſe paululum circa horam ſextam, verum quid mihi prodeſt mediam voluptati horam impendere, niſi noctem integram liceat conjungere. Dicitur autem altiſſimè memoratus Elector venturus cum trecentis hominibus, atque hinc omnibus militibus mandatum eſt in armis eſſe. Vale, mei inter gaudia non immemor.

## CAP. IV.

### Indagat Modum Nuntiandi Secreta Per Ignem Ad Quamcunque Distantiam Sine Verbis, Sine Scriptis, Sine Signis.

Quæ duobus ultimis capp. non ſine maximo labore protuli, Steganographorum doctiſſimi hujus temporis applauſum vix adipiſcentur, nec enim nova ſunt aut prius incognita & inaudita; cum plures Steganographi & inter eos Hercules à Sunde ferme ſimilia & æque ſubtilia inventa jam dudum in lucem dederit, quin imò ſubtiliora ſunt Brixienſium inventa, licet & ſimul in praxi ſint difficiliora; itaque obiter tantum fuerunt attingenda, ne animis ad ulteriorem hujus ſcientiæ cognitionem accenſis nauſea crearetur. Verum, quæ deinceps tractanda ſunt, paulò longius à communi Steganographorum artificio recedunt, nec tam ſunt obvia, ſed ingenia etiam doctiſſimorum ita torſere ut ignorantiam tandem faſſi ſint aut in injurias converſi. Offert ſe autem hic inprimis artificium ſcribendi per ignem, quod Trithemius hiſce verbis in litt. ad Arnoldum Boſtium proponit: *Secundus liber multa mirabiliora continet, per ignem videlicet in hac arte poſſum mentis meæ conceptum notum facere artem meam ſcienti, ſine verbis, ſine ſcriptis, ſine ſignis, per quemcunque nuntium, qui, ſi comprehenſus in via fuerit, ſi interrogatus etiam per tormenta duriſſima, nihil poteſt fateri de nuntio meo, quia nihil ſibi penitus conſtat de illo. Quicquid occurrat, nuntium meum ſemper manebit occultum, nec omnes totius mundi homines, ſi ſimul eſſent congregati, poſſent illud inveſtigare virtute naturali, quod etiam facere ſine nuntio, dum volo, poſſum.*

Paradoxum ſane videri poſſet, ignem manifeſtiſſimum illud univerſi elementum ad occultiſſimæ hujus & ſecretiſſimæ artis miniſterium adhiberi poſſe, quod aliàs ob intenſiſſimas ſuas & maximè activas qualitates nec abſcondi poteſt, nec ulla arte includi; digna eſt igitur Steganographis quæſtio, quomodo id fieri poſſit naturaliter & ſine ſuperſtitione, & Trithemius ſciverit ac ſe daturum promiſerit. Fuerunt quidem hucusque viri doctiſſimi ut P. Athanaſius Kircherus, P. Caſparus Schot, Joannes Baptiſta Porta, Cornelius Agrippa & alii, qui quæſtionem hanc ex fundamento tradiderunt ac ingenioſiſſimis inventis ita illuſtrarunt, ut nihil ipſis addi poſſe videatur; Verum, cum ea huc & ad vindicias Trithemii omnino pertineat, neceſ-

ſarium judicavi eam ad complementum vindiciarum cum cæteris tenui meo ſtylo repetere, ſed hic in ipſo limine occurrit gravis quæſtio: an promiſſio citata Trithemii non contineat quædam contradictoria & impoſſibilia? Nam P. Athanaſius Kircherus putat impoſſibile, per ignem ſignificari ſine ſigno aliquid poſſe abſentibus, cum ignis ſit ſignum quoddam: quare tametſi per ignem ſignificari aliquid abſenti queat ſine literis, & ſcriptis; ſine ſignis tamen, quæ literis & ſcriptis æquivaleant, id fieri haud quaquam poſſe autumat. Ex quo infert in hac Trithemii pollicitatione inconſideratam quantorum aſſertionem latere. Non etiam minus impoſſibile putat, aliquid abſentibus ſignificari per ignem, per quemcunque nuntium; ſi enim per ignem inquit, quomodo per nuntium aut tabellarium, cum manifeſtationes per ignem factæ nuntio opus non habeant. Sed huic objectioni ego cum Patre Schot reſpodendum duco, Trithemium non locutum fuiſſe de quibusvis ſignis, quaſi diceret ſine omni ſigno aliquid abſenti nunciari poſſe, ſed tantum ſine ſignis apparentibus, novis, extraordinariis, ſuſpicionem inducentibus, & quibus ante ipſum homines colloquebantur aut ſcriptis correſpondebant, fuit enim Philoſophus, ſcivit ſine ſignis nihil alteri poſſe indicari præſenti aut abſenti, vox enim, ſcriptura, geſtus ſunt ſigna naturalia conceptuum noſtrorum, ſine quibus nemo alteri mentem ſuam poteſt manifeſtare, nec Angeli ſumus, ut angelicè loquamur, quamvis nec id ſine ſignis fiat. Nunc ad quæſtionem ipſam.

## §. 1. Examinatur Sententia P. Kircheri.

Refert P. Schot ſch. ſteg. cl. 7. erot. 7. vidiſſe ſe multorum annorum ſpatio in Sicilia per totum circuitum in locis maritimis frequentes in editioribus locis turres ſeu ſpeculas eſſe diſpoſitas ac in ſingulis habitare perpetuò ſpeculatores publicis regni ſumptibus. Horum quicunque in mari è longiquo obſervat adventantes naves, ſignum edit fumo de die, igne de nocte, quo ſigno ſpeculatorem proximum reddit attentum; hoc ſignum videns alter aliud ſignum edit pro tertio, tum tertius pro quarto, quartus pro quinto, adeo ut infra horæ quadrantem omnes urbes maritimæ de conſpectis navibus & de navium numero admoneantur. Putat itaque conſequenter; ſi hac ratione in aliquo regno quantumvis magno diſponerentur frequentes turres,

è quarum unâ ad alteram conſpectus pateret, poſſe intra breve tempus ad magnam diſtantiam abſentibus ſignificari quidpiam v.g. hoſtium irruptio, mors regis, nativitas prolis regiæ & ſimilia. Conſequenter ſi adhiberetur artificium cujus paſſim cryptographi meminêre, ut nimirum alphabeti literæ in abaco diſpoſitæ certis numeris notentur & repetitâ facis aut facium elevatione & depreſſione dictæ literæ indicentur, poſſe quodcunque ſecretum paucis verbis conceptum ſignificari abſentibus ad quamcunque diſtantiam. Tandem dicit P. Schot, hanc eſſe ſententiam P. Kircheri putantis Trithemium non alio quam relato modo perfeciſſe aut perficere voluiſſe, quæ promiſit; prout eodem loco præmiſerat: *Non neceſſe erat, Trithemium tam pompoſis verborum ampullis jactare ſecretum id, quod jam quotidiana ferè conſuetudine viluit. Quis neſcit, iſtiusmodi arcanum Trithemii ad eo manifeſtum & uſitatum eſſe, ut vel ipſis pueris pateat?* Verum huic ego ſententiæ adſtipulari non poſſum ſed cum P. Schot. Dico artificium deſcriptum nil minus eſſe quam Trithemianum, atque id probo ex ipſo P. Kirchero: Artificium Trithemii debet poſſe fieri ſine ſignis & per quemcunque nuntium, id autem artificium deſcriptum facit minimè, non igitur inter ſe conveniunt; Quod autem artificium deſcriptum per ſigna fiat, manifeſtum eſt, & ipſius P. Kircheri confeſſione ſuppoſitum, ſed & id per nuntium fieri nequit, quomodo enim ignem poterit quis mittere per nuntium? Poteſt quidem etiam ignis mitti ad abſentem, ſed an ad quamcunque diſtantiam ad centum milliaria vel plura? & denique talis transmiſſio ignis verè eſſet nova, ridicula, & inconveniens ſcribendi methodus, multis & infinitis aliis faciliùs & ſecretiùs arcanum delaturis.

## §. 2. Proponitur Sententia P. Schot.

Adduxi ſuperius in cap. 1. & paſſim extant apud Steganographos, & maxime apud Baptiſtam Portam & P. Schot, ſparſim per totam claſſem 8. ſch. ſteg. Varia occultè ſcribendi artificia, quibus per ſuccos ſcriptura poteſt fieri, quæ ut ſiccata eſt deliteſcat, nec redeat, donec admoveatur igni, & poteſt ea ſcriptura fieri in charta, pergameno, ovo, panno &c. Putat itaque P. Schot, artificium ſcribendi per tales ſuccos aut liquores eſſe ipſum Trithemii artificium; Scribatur enim, inquit, in charta vacua vel in ſpatiis inter duas lineas atramento ſcriptas

 vacuis

vacuis mentis quodcunque ſecretum ſucco tali,literæ non comparent, niſi charta igni admoveatur,tradatur charta cuicunque nuncio, mittatur ad quantumvis diſtantem artis ejuſdem ſcribendi conſcium: hoc caſu nec nuntius ſcit ſecretum in charta contentum, ideoque revelare non poteſt, nec literæ ullæ aut veſtigia ejuſdem ſecreti apparent in charta, ideoque nec literas intercipienti innoteſcit, quamprimum vero abſens acceptas literas ad ignem applicat, notum fit ipſi ſecretum per ignem, ſed ſine verbis, aut ſignis per ignem à ſcribente factis aut chartæ impreſſis.Ita P.Schot,nunc quid hâc de re ſentiendum breviter.

Prænotandum. Conſtat multas eſſe ignis qualitates & inter eas præcipuum habere locum, lucem & calorem, quarum utraque activa eſt & mirandos effectus tam in Phyſicis,quam in Steganographia operari poteſt, itaque pro ſolutione hujus quæſtionis ante omnia videndum eſt, per quamnam ex dictis duabus qualitatibus ignis poſſit operari effectum à Trithemio promiſſum,ſi enim per lucem dixeris hunc effectum fieri, P. Schot ſententia jam ſe ipsâ corruit,ſi vero per calorem, P.Kircheri & multorum ſequentium opinio nullo nitetur fundamento. Videamus itaque primò, an per lucem quid poſſimus præſtare. Tripliciter autem poteſt operari lux; vel ex parte nuntiantis, vel ex parte nuntiatarii, vel in medio, ſi ſit lux tantum ex parte nuntiantis, erit modus P. Kircheri relatus & jamdum refutatus; ſi ſit lux tantum ex parte nuntiatarii, erit modus ſcribendi literas, quæ non niſi interpoſito igne aut lumine appareant,qualem refert P. Schot cl.8.cap.6.§.4. Atque hic ſcribendi modus non minus poterit defendi,quam relatus Patris Schot, unde idem examen ſubibit. Si lux ſit in medio, erit modus Cornelii Agrippæ aut Joannis Baptiſtæ Portæ, quem ſeq. §. diſcutiam facileque refutabo, cum per nuntium fieri non poſſit. Videamus modo, quid per calorem efficere poſſimus,ſed hujus longè alia eſt operatio,quam lucis, nec enim ſi ſit ex parte nuntiantis agere poteſt ad quantamcunque diſtantiam, ut ita facile excludatur, niſi quis ad calefaciendum liquorem ſcribentis igne velit uti & ſolutionem quæſtionis illudendo evadere, vel ad extrahendam aquam fortem aut ſeparationis ignem adhibere & eo liquore ſcribere, ut N. 2. dicetur, nec in medio calor effectum poterit conſequi tam diſtantem, ut utrimque agat; Itaque ex parte nunciatarii tantummodo à P. Schot relato poterit calor effectum Steganographiæ exhibere, ſed an Trithemianum?

Dico I: Modus ſcribendi per ſuccos & liquores relatos ſatisfacit promiſſis Trithemii, idque per partium enumerationem oſtendo. 1. *Poſſumus tali modo nunciare ad quamcunque diſtantiam ad centum milliaria vel plura;* non minus enim tales literæ quam aliæ vulgares & communes per univerſum orbem mitti poſſunt, nec timendum eſt per tantam viarum longitudinem, auræ mutationem, ac alios caſus virtutem talium ſuccorum perire, quo minus ſcriptura deliteſcens reviviſcat, aut ſcripturam quovis modo ſe ipsâ redire & ſic arcanum propalari, nam quotidiana his obſtat experientia. 2. *Scriptura talis fit ſine verbis;* nam chartæ committitur ſecretum, non nuntio, non igitur verbis opus eſt, ac inde nec ex infidelitate nuntii quidquam pertimeſcendum. 3. *Scriptura hæc fit ſine ſignis, ſine ſcriptis;* ſi per ſigna fieret, ea eſſent ipſa ſcriptura, quæ arcanum continet, ſed ſcriptura non apparet, nec veſtigium quidem intuentibus aut indicium exhibet, igitur ſine ſignis fit; ſed an ſine ſcriptis? paulò eſt difficilius explicare, verum & huic ſatisfieri puto, ſi dicitur Trithemium locutum fuiſſe de ſcriptis apparentibus, ad diſtinctionem aliorum modorum, quibus alioquin & abſque hâc differentia Trithemii promiſſum conveniſſet; nam certe omnia reliqua quæ de hoc modo dicuntur, potuiſſent convenire ſcripturæ communi per literas fictas encauſto ſcriptas. 4. *Scriptura fit per quemcunque nuntium;* id dicit ad excluſionem aliorum modorum, ubi ſecretum quocunque tandem modo nuntiis committitur, itaque hic modus nuntium non requirit arcani quavis ratione participem, ſed cuicunque etiam muto & qui nec loqui, nec ſignis voluntatem exprimere poteſt, columbis, canibus, tormentis bellicis &c. literas portandas committit. Et hinc, ſi nuntius comprehenſus in via fuerit, & interrogatus etiam per tormenta duriſſima, nihil poterit fateri de nuntio, quia nihil ſcit vel habet quam literas arcani conſcias 5. *Nuntium ſemper manebit occultum, nec omnes totius mundi homines, ſi ſimul eſſent congregati, poſſent illud veſtigare virtute naturali.* Putat hic P. Schot, Trithemium id ideò addidiſſe, quia vel ejus tempore fuerit aliis incognitus, aut, quia putaverit Trithemius eum eſſe aliis ignotum & ſibi primum in mentem veniſſe, quin imò utut hæc ſe habeant potuiſſe Trithemium ſucco illo ſuo ſcribendo tam variis modis occultâſſe ſecretum, ut, quamvis ab aliis, quam ab eo, ad quem ſcribebat, igni admota fuiſſet epiſtola, & characteres appa-

apparuiſſent, legi tamen & intelligi ab iis nequiviſſent. Verum ego Trithemii promiſſionem puto eſſe veriſſimam absque hoc P. Schoti effugio, dicit enim, quod artem ſcienti poſſit manifeſtare mentis conceptum, adeoque reſpectu ignorantis arcanum ſemper manere occultum, itaque nemo poterit legere, niſi qui artem ſcit, quod ſemper manet verum, nam qui literas tali modo ſcriptas igni applicat, artem ipſius ſcit, cui ſecretum non poteſt eſſe occultum. 6. *Quod etiam facere ſine nuntio, dum volo, poſſum.* Putat iterum P. Schot Trithemium ſolum aſſerere, poſſe ſe per ignem ſine nuntio manifeſtare abſenti arcana mentis, non verò addere ſe id poſſe ſine verbis & ſignis aut ad magnam diſtantiam. Adde quod prædicta arte, nempe ſcribendo ſucco aliquo literas, quæ ad ignem applicatæ compareant, ſcribi poſſit epiſtola & ad abſentem non adeo diſtantem mitti per canem, per columbam, aliamque avem, per globum tormenti bellici intra urbem obſeſſam.

Dico II: Modus P. Caſpari Schot relatus videtur eſſe ipſum Trithemii artificium; Conjicio id ex Trithemii verbis in explanat. Polygraph. ubi poſtquam inviſibilium characterum tria genera, nempe 1. Dormaticum, quod fit in dorſo nunciorum ſcripturâ quadam artificiali per loturam cujusdam humoris duntaxat viſibilis. 2. Hyphaſmaticum, quo rebus certis in panno ſcribitur, quod exſiccatum videri poteſt minimè, donec madefactum in aqua frigida cernatur. 3. Aleoticum, cujus ſcriptura fit in charta vel ſine charta, cum nemilua & cala, cum raphocam, lapolce aliisque rebus diverſis, inſinuâſſet, ſubjungit: *Verum quia nihil iſtorum hac vice noſtro deſervit propoſito, propterea convenit, ut ad ea, quæ ratio poſtulat, feſtinemus.* Item paulo poſt: *Denique, ut ſine literis arcanum mentis tuæ denuncies abſenti, etiam ipſo neſciente, qui officium gerit nuntiantis, inventis Steganographiæ manet adſcriptum.* Manifeſtè igitur apparet, Trithemium voluiſſe in Steganographia ſua tradere inter cætera genus ſcribendi aleoticum, quod continet modos faciendi ſcripturam quibusdam ſuccis & liquoribus, quæ ſiccata deliteſcat & admota igni redeat, nec econtra apparet, ſub quo titulo potuerit melius comprehendere quam ſub artificio ſcribendi per ignem, præcipuè cum oſtenderim modum ſcribendi hiſce ſuccis convenire Trithemii promiſſis.

Secundò: P. Schot cl. 8. cap. 8. refert ad longum Joannis Baptiſtæ Portæ modum lib. 16. Magiæ nat. cap. 18. inſinuatum, quo in

in dorſo nuntiorum fit ſcriptura quædam, quæ legi non poteſt niſi ab artis conſcio, quod ſcribendi genus, ut modo vidimus, Trithemius vocat Dermaticum; Tandem concludit hunc modum eſſe ipſiſſimum Trithemii modum, quem promiſit in ſecundo libro Steganographiæ, oſtendit autem examinando eum ad omnia Trithemii verba jam ſæpius citata, & quidem ea verba, per ignem, explicat per ignem virtualem, nempe per aquam fortem ſeu ſeparationis &c.

Dico: Ex paritate rationis, quam ſupra in concl. 2. adduxi, conſtanter dici poteſt, hunc modum in genere eſſe ipſum Trithemii modum, etſi forte in ſpecie Trithemius aliud ſciverit artificium præparandi liquorem quam Baptiſta Porta, quod ad ſolutionem quæſtionis nihil refert, hæc autem mea opinio examinanti ad oculum patebit. Ita ſentio interim.

## §. 3. Examinatur aliorum Sententia.

Aliud artificium nunciandi quidpiam per ignem ſive potius lucem adfert Cornelius Agrippa lib. 1. cap. 6. Philoſophiæ occultæ, ubi ſic ait: *Eſt & aliud præſtigium admirandum magis, ubi pictis certo artificio imaginibus, ſcriptisve literis, quis nocte ſerenâ plenæ lunæ radiis opponat, quarum ſimulacris in aëre multiplicatis, ſurſumq; raptis & unà cum lunæ radiis reflexis, alius quiſpiam rei conſcius per longam diſtantiam videt, legit, & agnoſcit in ipſo diſco ſeu circulo lunæ, quod equidem nuntiandorum ſecretorum obſeſſis villis & civitatibus utiliſſimum eſt artificium, olim à Pythagora factitatum & hodie aliquibus adhuc pariter & mihi non incognitum.* *Item in cenſura ſeu retractatione de Magia cap. de præſtigiis: ſed & doctiſſimum Pythagoram id ridiculum aliquando factitâſſe, ut quæ collibuiſſet, ſanguine perſcriberet in ſpeculo quo ad pleni luminis lunæ orbem obverſo, ſtanti à tergo res exaratas in diſco lunæ commonſtrâſſe legimus.*

Idem artificium innuit Joannes Baptiſta Porta lib. 17. Magiæ nat. cap. 17: *Hoc diximus & animadvertimus, ut hoc artificio in magnis & mirabilibus rebus uti poſſimus, & præcipuè literas lunæ diſco inſcribendo. Quæcunque enim hoc ſpeculo exaravimus, ut diximus de plano, poterimus longiſſimè mittere literas, & quia in infinitum diximus facile usque ad lunam mittitur, præcipuè cum ſuo lumine adjuvetur.*

Hercules à Sunde Steg. auctæ l. 3. refert, Franciſcum Riſnerum in optica ſua meminiſſe cujusdam ſpeculi, quo noctu Conſtantinopoli quis ad lunæ radios legere poteſt, quod Londini in Anglia ſcri-

ptum eſt; ſimiliter dicit idem Hercules à Sunde, ſe in tractatu magico cujusdam monachi legiſſe, quomodo per ſingulare artificium tria parentur ſpecula, quibus noctu ad plenæ lunæ radios videri poteſt quicquid in toto hemiſphærio terræ fit, tria verò illa ſpecula fuiſſe facta ex tribus ſectionibus conicis. Sed de his omnibus inventis quæ retuli, quidquid ſit, an vera ſint nec ne.

Dico: Modum nuntiandi per talia ſpecula plane nôn eſſe Trithemianum, nam 1. Trithemii modus debet fieri per ignem, hic autem ignis non eſt, nec enim luna ignis propriè dici poteſt nec ejus radii. 2. Modus Trithemii debet fieri ſine ſignis, ſine ſcriptis; quod certè in allatis modis non fit, uti omnibus patet. 3. Modus Trithemii debet fieri poſſe per nuntium; ſed quomodo id faciet Agrippa aut Porta? Atque hac eadem ratione etiam dico Trithemii artificium non poſſe exhiberi per alias catoptricas operationes, quibus ope ſpeculi plani chalybei aut vitri lenticularis majoris, poſſunt in locum diſtantem obſcuratum figuræ & literæ quæcunque & integræ repræſentationes ſcenicæ, aliaque ſimilia projici non ſolùm per lumen ſolis interdiu, ſed etiam per lumen candelæ ſeu nocte ſeu die, prout multis probat in Magia ſua Catoptrica laudatus P. Schot.

## §. 4. Proponitur Sententia, quam Cornelius Agrippa jactat Trithemianam.

Cornelius Agrippa l. 1. cap. 6. Philoſophiæ occultæ novâ & inauditâ philoſophandi ratione aëris naturam eò elevat perfectionis ut dicat, eum velut deificum quoddam ſpeculum in ſe ſuſcipere & retinere rerum omnium cùm naturalium tum artificialium & ſermonum quorumcunque ſpecies, easque pro diſpoſitione recipientis imprimere ſenſibus hominum & animalium quousque ferantur ad phantaſma & animum, atque ita mediante aëre poſſe aliquem ad longiſſimam diſtantiam alteri mentis nunciare conceptum breviſſimo tempore. Ita enim inquit: *Ipſæ namque rerum ſpecies, licet ex propria natura deferantur ad ſenſus hominum & animalium, poſſunt tamen à cœlo, dum ſunt in aëre, acquirere aliquam impreſſionem, ex qua unà cum aptitudine à diſpoſitione recipientis magis ferantur ad ſenſum unius, quam alterius. Atque hinc eſt poſſibile, naturaliter & procul omni ſuperſtitione, nullo alio ſpiritu mediante, hominem homini ad quamcunque longiſſimam etiam vel incogni-*

*cognitam diſtantiam & manſionem breviſſimo tempore nuntiare mentis ſuæ conceptum: etſi tempus in quo iſtud fit, non poſſit præcisè menſurari: tamen intra viginti quatuor horas id fieri omnino neceſſe eſt. Et ego id facere novi, & ſæpius feci. Novit idem etiam fecitque quondam Abbas Trithemius.* Ubi concludit P. Schot: *Si conſtaret certius, Trithemium ſciviſſe modum ab Agrippa inſinuatum, quo naturaliter & ſine omni ſuperſtitione breviſſimo tempore ad quamcunque diſtantiam mentis ſuæ conceptum ſignificaret; dicerem audacter, Trithemii pollicitationem quam examinamus, de modo illo intelligendam;* Itaque videndum, an Trithemius hunc modum Agrippæ ſciverit. Et ſanè, ſi veræ ſunt eæ literæ nec ſuppoſititiæ, quæ habentur in fine libri Epiſt. Fam. Trithemii ad Jacobum fratrem, quibus inter ſe correſponderunt Trithemius & Agrippa, ubi fit mentio, quod Agrippa apud Trithemium fuerit in cœnobio ad S. Jacobum Herbipoli, cumque eo multa de chymicis, multa de magicis, multa de cabaliſticis, cæteriſque quæ adhuc in occulto deliteſcunt arcanis ſcientiis atque artibus unà contulerit, nullum dubium relinqui poteſt, quin Trithemius modum Agrippæ ſciverit, maximè cum & opus Agrippæ de occultiore philoſophiâ approbaverit, ut habetur in iisdem literis: *Opus tuum ornatiſſime Agrippa, de occultiore Philoſophia prænotatum, quod nobis examinandum per latorem præſentium obtuliſti, quanta cum voluptate ſuſceperimus, nec lingua mortalis unquam poteſt exprimere, nec ſcribentis calamus reſerare.* Et paulò infra: *Tuum opus, quod nemo doctiſſimorum etiam virorum ſatis laudare ſufficiet, probamus.* Sed quid ambagibus utor? nunquid modus libri tertii Steganographiæ Trithemii & ex eo promiſſus effectus plane concordat cum modo ab Agrippa inſinuato? Dicitur enim ibi paſſim l. cap. 1. de Orifiele: *Per hunc autem Orifielem magnum Saturni Angelum fiunt multæ & diverſæ operationes in Steganographia. Per ipſum poſſumus mentis noſtræ arcanum notum facere amico artem ſcienti, ubicunque fuerit: per literas, ſi placet: vel etiam ſine literis & alia multa mirabilia facere, quæ nemo intelligit alius, qui in hac noſtra ſcientia imperitus fuerit.* Item de vario motu Planetarum: *Sunt autem ſtellæ, per quas operamur ad nunciandum ſecretum quodcunque abſenti ſine verbis, ſine ſcriptis, & ſine homine nuntio ſeptingentæ numero.* 3. De primo Angelo Saturni: *Deinde involve ipſas imagines ſic conjunctas ſimul panno mundo loto cum aqua albiſſine, & pone eas in vas mobile, quod appellant ſapientes Indiæ: Pharnat alronda, & cooperi*

 *illud*

*illud ſuperius diligenter cum corio raſo ac pone in introitu alicujus habitationis clauſæ, ubicunque volueris, ad ſpatium 24 horarum, & ſine omni hæſitatione tuum deſiderium intra illas 24 horas perfectè adimpletur, ſcietque amicus tuus abſens intentionem in omni formâ perfectiſſimè, ſicut eam ſuper imaginem dixiſti, quantumcunque prolixa fuerit &c.* 4. De ſecundo Angelo Saturni: *Cum itaque in his tribus horis aliquid nunciare volueris ad amicum abſentem in viginti quatuor horis, ſine literis, ſine verbis, & ſine nuntio.* Et paulo poſt in fine: *His dictis dimitte ibidem imagines per 24 horas, & fiet quod voluiſti: ſcietque amicus tuus omne quod ſuper imagines dixiſti, perfectiſſimè ac ſecretè. Item, ſi volueris de aliquo abſente ſcire, quomodo valeat, & verum ſtatum ejus in 24 horis, quantumcunque longe ſit, iſto modo ſcire poteris.* ET OMNIA QUÆ FIUNT IN MUNDO, CONSTELLATIONE OBSERVATA, PER HANC ARTEM SCIRE POTERIS.

## *CAP. V.*

### Indagat Modum Indicandi Voluntatem Sedenti In Carcere Etiam Longe Absenti, Quantumcunque Custodiatur, Etiamsi Tribus Milliaribus Sub Terra Sederet.

Paradoxus eſt & ſtupendus modo relatus Trithemii modus ſcribendi per ignem; ſed artificium hujus cap. multò eſt mirabilius, magis ſupra captum humanum, magis præter principia notæ Philoſophiæ, invenimus enim adhuc Steganographos, qui artificium Trithemii vel attingerunt, vel applicârunt, vel viam attingendi oſtenderunt; Verum hic omnes vel ignorantiam ſuam fatentur, vel impoſſibilem exiſtimant Trithemii pollicitationem, vel figmentis inanibus & contra experientiam ac principia naturæ veritatem obnubilant & credulæ plebi illudunt. Hoc autem ſuum artificium Trithemius in litt. ad Arnoldum Boſtium ita proponit: *Voluntatem quoque meam indicare poſſum ſedenti in carcere artem ſcienti, etiam longè abſens, quantumcunque cuſtodiatur, etiamſi tribus milliaribus ſub terra ſederet. Et hæc omnia latiſſimè & univerſaliter, quando & quotiescunque voluero, poſſum, naturaliter ſine aliqua ſuperſtitione, vel adjutorio ſpirituum quorumcunque.* Ecce paucisſimis verbis propoſitum mirabile ſcribendi ſecretum, quod omnem humani intellectus capacitatem ſuperat, quod omnes abditarum rerum exploratores hucusque noſſe deſiderârunt, quis enim id concipiat? Atque hinc meritò excuſari poſſet P. Kircherus, dum inquit referente

P. Schot

P.Schot, hunc Trithemii conceptum, quo id fieri, quod dixit, putavit poſſe, cum naturaliter fieri nequeat, fuiſſe ſolummodo conceptum phantaſticum in eâque re fuiſſe Trithemium illuſum, & eum feciſſe, quod Alchymiſtæ ſolent, qui lapidem ſuum Philoſophicum tantæ virtutis eſſe aſſerunt, ut omnes etiam incurabiles morbos ſanet, à mortuis quaſi reſuſcitet, ſenectutem in juventutis florem mutet, vitam ad trecentos & plures annos prolonget, eoque aureos montes, & inexhauſtos divitiarum theſauros mundo promittunt, cum tamen tantum abſit, ut hæc conſequantur, ut potius à tot ſæculis inventus ſit nemo: niſi forſan quispiam à magiſtro Diabolo omnium mendaciorum fabro inſtructus, qui hujusmodi arcana, quæ ſtolidè pollicentur, comprobare potuerit. Verum ego mallem cum P. Schot ignorantiam fateri meam, quam de Trithemii, viri religioſisſimi, doctisſimi, ac prudentisſimi fide ambigere: ſed in fine dabitur ſententia.

## §. 1. Indagatur principium inveniendi artificium ſcribendi in carcere ſedenti.

Dixi ſupra cap. 1. Steganographiam in genere duplicem eſſe, ac ſub ſe continere tanquam ſpecies Steganographiam in ſpecie & Steganologiam, hasque ſpecies ita à ſe invicem diſtinxi, ut Steganographia contineat eos occultè ſcribendi modos, quibus literæ, vel aliquid literarum loco ad abſentem mittuntur; Steganologia verò eos, quibus nihil ad abſentem mittitur, ſed aliquid fit penes nunciantem ex quo ille in cognitionem arcani veniat. Videndum itaque per quamnam Steganographiæ ſpeciem Trithemii fiat artificium; ſi enim per Steganographiam Trithemius id voluit exhibere, res expedita videtur, nec diu laborandum de Trithemii intentione; poſſet enim plauſibiliter dici, Trithemium eos per hoc artificium intellexiſſe ac inſinuare voluisſe occultè nunciandi modos, quibus epiſtola penes nuncium aut latorem literarum ita occultatur & abſconditur ut invenire non posſit. Tales ſupra quamplurimos retuli, & extant pasſim apud Steganographos, & præſertim aqud P. Schot claſſ. 8. cap. 2. 3. & 4. ac alibi ad longum. Hujus autem opinionis conjecturam accipio ex ipſis Trithemii verbis in Explanatione in Prologum Polygraphiæ, ubi poſtquam retuliſſet modos abſcondendi literas, ſubjungit eos ad Steganographiam pertinere: ita enim inquit: *Scribuntur item literæ ac variis modis abſconduntur*

*tur & locis, ut ſub race tabulata, ſub roſirila cubior in leopi, in necoſlas, in ceocoli, locubat, ratera, in liſpilia, & aliis ſimilibus infinitus. Verum quia nihil iſtorum hac vice noſtro deſervit propoſito, propterea convenit, ut ad ea, quæ ratio poſtulat, feſtinemus.* Et pauló poſt: *Denique, ut ſine literis arcanum mentis tuæ denuncies abſenti, etiam ipſo neſciente, qui officium gerit nuntiantis, inventis Steganographiæ manet adſcriptum;* Si igitur artificium abſcondendi literas in Steganographia tractari debuit, in quânam parte id potuit fieri convenientius? aut quænam propoſitio magis ei convenit quam iſta, quæ deſcribit & proponit artem nunciandi aliquid ſedenti in carcere? Poſſumus enim ita facillimè aliquid nunciare ſedenti in carcere, ut quotidiana demonſtrat experientia, ita ut fere alius modus hoc in caſu non fuerit tentatus, & hic ſæpiſſimè optatum habuerit effectum, quantumque cuſtodiatur incarceratus, habemus enim plurima exempla, quod per ipſos cuſtodes literæ ſuâ arte abſconditæ fuerint delatæ; Nec enim tam quis erit incarceratus, niſi ut fame pereat, ad quem non aliquid pervenire debeat, neque obſtat, quod aliquando ars ex voto non ſucceſſerit, id enim vitium erit, quod alter artem neſciverit, vel nuncians literas non ex arte cuſtodiverit, hac arte alias omnia latiſſimè & univerſaliter, quando & quotieſcunque quis voluerit perfectiſſimè nuntiaturâ. Si vero per Steganologiam Trithemii artificium fieri debeat, altiùs inquirendum erit, excluduntur enim vel primo intuitu omnes ii modi, qui fiunt auditu & viſu, aliique quos experientia hucusque comprobavit, ut ita in novos & ab experientia alienos inveſtigandum ſit. Proponit tales Hercules de Sunde Steg. auctæ l. 3: Primus fit ope duarum pyxidum magneticarum; Secundus per reciprocam ſanguinis aut carnis inſitionem; Tertius per ſanguinis deſtillationem, quos ordine examini ſubjiciam.

## §. 2. Examinatur artificium arcana mentis manifeſtandi abſentibus ope duarum pyxidum magneticarum.

Hercules à Sunde l. 3. Steg. auctæ cap. 3. docet fabricare ferrum vel potius chalybem, quem Chadid nominat, atque illi per quadruplex magnetis genus, quorum primum vocat Almagritum, cujus vis eſt vertendi ad Auſtrum; ſecundum Theamidem, cujus vis eſt vertendi verſus Borcam; tertium Almas largont, cui tribuitur vis verſus orientem; quartum Calamitrum appellant, cui adſcribitur vis verten-

vertendi in occidentem; talem vim atque virtutem aſſignat, ut acus cæteroquin magnetica ejus affrictu ac debitâ diſpoſitione ad dictos quatuor cardines mundi, ſicut ordinaria acus magnetica ad ſeptentrionem pro libitu operantis mirabili operatione ſe convertat, quieſcat, moveatur &c. & id quidem non tantum in præſentia aut ad modicam diſtantiam, ſed etiam ad magnam immò trium milliariorum diſtantiam, ita ut ſi duæ pyxides inſtar magneticarum & in iis duæ acus ſecundum requiſita artis formentur, atque earum una penes cryptologum ſit, altera diſcedenti amico ad magnam diſtantiam, intra tamen ſphæram activitatis, cujus terminum reperire docet, tradatur, ad applicationem Chadid ſive ferri hujus præparati utraque acus moveatur vel quieſcat. Nam, inquit, ſi duo ferra ita teneantur, ut cuſpides Horizontem aſpiciant, ambæ acus pyxidum quieſcunt, & directè vertuntur verſus meridiem, quod ſi vero unum Chadid vertas & ita verſum in gyrum ducas, acus non poterunt quieſcere, etſi etiam 2. aut 3. milliaribus à ferro diſtent. Atque ita putat poſſe duos diſtantes colloqui cum ad quatuor cardines literæ figurari, & variâ, repetitâ ac determinatâ gyratione, motione, quiete acuum eæ poſſint exprimi, prout ad longum explicat & ex eo P. Schor clariſſimè oſtendit. Admirandum ſanè & ſummâ laude digniſſimum artificium, cum & experientia fuerit probatum & naturæ viribus ſubnixum; Verum hoc opus hic labor eſt, & præſentis §. materia & ſcopus. Sunt autem hic duæ quæſtiones examinandæ; prima utrum detur quadruplex tale magnetis genus, quorum unus operationem exerceat verſus ſeptentrionem, alter verſus meridiem, tertius verſus ortum, quartus verſus occaſum, & an Chadid illud Herculis de Sunde eam habeat & accipiat virtutem. Secunda, an ſaltem unum genus magnetis aut ferrum dictâ arte præparatum poſſit movere acum ad duo vel tria milliaria? Prima quidem quæſtio huc eſt impertinens, atque hinc neque examen ſubitura, nihil enim modo noſtra referret, etiamſi darentur tot genera magnetum, ut quilibet Horizontis gradus proprium ſibi vendicaret. Altera quæſtio propriè hujus eſt loci; ſed ad ejus ſolutionem quamprimum ſe offerunt P. Kircherus & P. Schot, qui partem affirmantem rident, refutant, & experientiæ ac rationi contrariam explodunt; Experientiæ quidem, quia eam nemo hucusque demonſtravit; rationi verò, quia virtus magnetica omnis certam ac determinatam habet activitatis ſphæram,

eo majorem aut minorem, quo magis aut minus præſtans eſt illa virtus, nullá tamen hactenus induſtria humana adeo corroborari potuit, aut tantæ virtutis inveniri, ut ultra aliquot palmos, nedum ultra aliquot milliaria ſeſe diffunderet. Horum itaque auctoritate & ratione motus cum eis ſubſcribo aut experientiam phyſicam expecto.

## §. 3. Proponitur artificium nunciandi per reciprocam ſanguinis aut carnis inſitionem.

Hercules de Sunde d. loco hoc artificium ita proponit: Mars à Mercurio diſceſſurus ad 100. vel 1000. milliaria, intendit ad eam diſtantiam in unico momento certas quasdam res ſignificare, v. g. *Bene valeo, ad mortem decumbo, veni per poſtam ad nos, unus amicorum tuorum eſt mortuus*, aut aliquid his ſimile. Antequam itaque Mars diſcedat, phlebotomica lanceola, aut alio inſtrumento in brachio aut ſimili loco carnoſo vulnus aperit exiguum, quod ſanguine bene lavat ac ſiccari permittit. Inde Mercurius ſe parum in digito vel brachio lædit, aliquot ſanguinis guttas elicit, & inſtillat vulneri Martis; quo facto vulnus clauditur emplaſtro & ſanatur. Simili modo Mars aliquot ſanguinis guttas dat Mercurio, ac tum artificium erit perfectum. Nunciaturus ergo Mars Mercurio aut vicisſim unum & primum ex prædictis, de quo convenerunt, acu locum ſui vulneris pungit ac tam ſtatim ſentiet Mercurius intelligatque eſſe primum; ſi bis pungat, erit ſecundum, ſi ter, tertium &c. Tota verò ratio & artificium hujusmodi conſiſtit in eo, quod ad tantam diſtantiam Mercurius ſentiat puncturam Martis & vicisſim. Hanc autem ſuam ſententiam confirmat hiſtoria ſequenti: In Italia, inquit, inveniuntur artificioſi chirurgi, vel potius Rhinurgi præſtantisſimi, ut eos appellat P. Schot, qui naſum mutilatum aut conſumptum alterius hominis vivi carne ex brachio aut alio loco maxime carnoſo reficiant. Verum P. Schot, uti ſupra ſtatuit hanc Steganographiam per carnis aut ſanguinus inſitionem minimè naturalem eſſe, hoc eſt minimè naturaliter fieri ut interventu acus pungentis & carnis punctæ, in uno hic exiſtente, illico ſequatur punctura carnis alterius quantovis intervallo disſiti: ſed ſi quando effectus ſequitur non niſi cacodæmone operante ſequi; ducitur autem ideo, quia nullæ rationes occurrunt aut ſugeruntur, quæ eam probent eſſe naturalem, nam ipſemet Janus Hercules cit. loco addit, ſe experientia deprehendiſſe

diſſe eam ſucceſſum habere, ſed cauſam rei ſe neſcire; Multæ verò oſtendant illam naturæ limites excedere: ſi enim, inquit, acus pungens Romæ vulnus Martis, pungat & vulnus Mercurii Conſtantinopoli, vel id agit agendo in diſtans? at hic operandi modus virtutem agentium naturalium excedit; vel agendo per medium? Quid ergo producit in medio? Unde tanta in agendo vis, ut ad quamvis diſtantiam etiam mille & plurium milliariorum id quod producit, per medium diffundat? Unde celeritas tanta? Abi igitur vane Sympathiſta, rationes conjunge experientiæ, & mitiorem ſententiam adipiſceris.

## §. 4. Examinatur Artificium Steganographicum per ſanguinis deſtillationem.

Hoc artificium, ne ad cujuslibet ruſtici aut deſidis homunculi notitiam perveniat, Hercules de Sunde d. libro proponit ſteganographicâ ſcripturâ per tranſpoſitionem literarum, monetque ut juxta ſuas ſequentes regulas, eam ſolvere ſtudeat ſecreti particeps futurus.

Conſiſtet vero principaliter in eo, ut duorum amicorum, qui ſecreto correſpondere intendunt, Menſe Auguſto ſanguis ex vena v. g. brachii eliciatur, miſceatur, deſtilletur, ac exinde oleum fiat, quo uterque brachium inungit ex quo ſanguis emiſſus eſt, tum lanceolâ phlebotomicâ brachium pungit, ſicut præcedenti artificio, atque alter eandem puncturam ſentiet. Verum, amice lector, antequam fidem dictis adhibeas, paululum inveſtiga in rationem ejus naturalem, & invenies, illud non eſſe melioris notæ quam præcedens. Eandem ſententiam ſubit unguentum ſymphaticum Baptiſtæ à Porta, quod refert P. Schot cl. 7. erot. 13. §. 2. annot. 2.

## CAP. VI.

### Examinat Artem, Per Quam Homo Idiota Sciens Tantum Linguam Maternam, Qui Nunquam Novit Verbum Latini Sermonis, In Duabus Horis Docetur Scribere, Legere Et Intelligere Latinum.

Optandum certè eſſet & peroptandum, ut Carolus Bovillus, temerarius ille & iniquiſſimus Trithemii calumniator, vel in Spanheim nunquam veniſſet, vel Steganographiæ principium nunquam oculis conſpexiſſet, accepiſſet ſuum ea complementum, accepiſſet lucem admiranda hæc inventio, nec in animo Trithemii ſepulta nobis æternum deliteſceret, nullâ cæteroquin ratione illam inventuris. Nam

ſane quis vel intuitu primo comprehendat artem hanc, quam in litt. ad Arnoldum Boſtium ita proponit: *Mira ſunt, fateor, ſed audi mirabiliora; Tertius liber docet artem, per quam poſſum hominem idiotam ſcientem tantum linguam maternam, qui nunquam novit verbum latini ſermonis, in duabus horis docere ſcribere, legere & intelligere Latinum ſatis ornatè & diſertè, quantumcunque voluerit, ita, ut quicunque viderint ejus literas, laudent verba, intelligant latinè compoſita.* Si quis verò penitius contempletur, non mirabitur, nec ridiculum cenſebit, quod de autore hujus inventionis in literis ad Arnold. Boſt. Trithemius his verbis dicit: *Si quæris, unde mihi iſta, quæ nemo alius novit, audi: Non ab homine, neque per hominem iſta didici, ſed per revelationem, neſcio cujus; cum enim præſenti anno quadam vice cogitarem, quid novi poſſem invenire, quod omnes lateret, cæpi cogitare, ſi ea poſſim excogitare, quæ dixi, miranda. Cum poſt longam phantaſiam tanquam de re impoſſibili penitùs deſperarem, dormitum eâ me nocte repoſui, fatuitatem meam mecum ipſe deridens, quam impoſſibilia quærere tentaverim. Eadem nocte mihi adſtitit quidam, dicens, non ſunt vana, o Trithemi, quæ cogitaſti, quanquam tibi ſint impoſſibilia, quæ nec tu nec alius tecum poteris invenire, dixique ad eum, ſi ergo poſſibilia ſunt, dic, obſecro, quomodo fiant. Et aperiens os ſuum, de ſingulis per ordinem docuit, oſtendens quomodo fieri, quæ multis diebus fruſtra cogitaveram de facili poſſent.* Sive verò jam quis hoc appellet Agathangelum, ſive cacodæmonem, ſive præoccupatæ phantaſiæ illuſionem, mecum tamen fatebitur, hanc inventionem eſſe inventoris plusquam humani, vel ſaltem incomparabilis. Inventus quidem, qui dudum invenit P. Athan. Kircherus & hoc artificium Trithemii orbi exhibuit, licet non tam propriâ inventione, quam ita novâ illuſtratione, ut ipſemet autoris nomen reportare videatur, quod tamen ipſe ſibi non attribuit, ſed omnem inventoris gloriam in Trithemium & ejus Polygraphiam refundit.

## §. 1. Explicatur Artificium Trithemii in Polygraphia traditum.

Trithemius, poſtquam Steganographiam ſuam ſub ſpirituum ænigmatibus velatam & Anno Chriſti M.D. jam tertium librum continuatam ex cauſis in præfatione Polygraphiæ ad Maximilianum Cæſarem & alibi expreſſis intermiſiſſet ac ſtatuiſſet ſupprimere & æternum ſepelire; Anno dein M D VIII. ex Peapoli Francorum Orien-

Orientalium civitate, ubi tum ad S. Jacobum Apoſtolum Abbas erat, aliam Steganographiam ſcripſit, ſed ob metum prioris nominis jam undique exoſi Polygraphiam indigitavit. Diviſit eam autem in ſex libros, ac in eorum duobus primis artificium tradidit, quo mentis tuæ arcanum tutò, ſecretè & ſine aliqua ſuſpicione quorumcunque intuentium notum facias artem ſcienti, quam latiſſimè opus fuerit, ad quamlibet locorum diſtantiam ſermone regulatam. De primo ſic ipſe Trithemius præfatur.

In primo hujus Polygraphiæ noſtræ libro dictiones latini ſermonis, quotquot cernuntur, per ordinem ternarii noſtri locantes diſtribuimus, quarum uſu & miniſterio cuncti per orbem Principes in quibuslibet arcanis tutum reperient obſequium, quod ſine periculo myſterii, ſine nota & ſine ſuſpicione bacuceorum perpetuò manebit occultum. Bubonibus conſtat his iter tutum & nulla unquam indagatione cujusquam violandum. Duobus tantum ſcientia rei latentis conceditur, ſi binarius ſcitè ad monadem revocetur; Sunt autem ipſa paraphraſmata in modum peracta vel monentis vel ſupplicantis, quæ ad omnem hujusmodi viſibilem poſſunt materiam variari. Latini Alphabeti literas per ordinem ſingulis dictionibus ea conſideratione propoſuimus, quatenus & operator modum habeat in propoſito facilem & reciprocus in relatione à labore nimio releverur. Id eſt: Dictiones latini ſermonis per ordinem ſupra 9000, ſub Alphabetis fere 400, ita ſeriatim diſtribuimus, quod ſi de quolibet Alphabeto una duntaxat poſt aliam capta fuerit à principio usque ad finem, ſibi mutuo cohærentes congruam efficient latinam orationem. Erit enim modus ſcribendi valde conveniens, dum unaquæque dictio literam repræſentat ſibi à capite propoſitam; Nam ſi, ut diximus, de primo Alphabeto dictionem acceperis unam, atque de interpoſitis extra ordinatam lineam unam, usque ad periodum aut libri finem, latina & congrua ſatis tibi conſurget oratio. Caſum ponamus; quod homo nequitioſus per te petat promoveri apud amicum aliquem tuum, tu verò, ut preces opportunas reſcindas, nec tamen indignum promoveas, ita ſcribere ſecretius decernis amico per ipſum poſcentem ne intelligat. *Cave tibi ab iſto viro, quia fur eſt & nequam peſſimus, ſed tace, oro.* Vade ad primum Alphabetum & ſcribe dictionem *Conditor*, quæ ſignificat C. In 2. *Clemens*, quæ denotat A. In 3. *Decernens*, quæ repræſentat V. In 4. *Mundana*, quæ repræſentat E.

 Jam

Jam habes in occulta narratione CAVE. Procede conſequenter etiam per alia alphabeta, & evadet talis oratio: Conditor clemens diſcernens mundana inſinuet expetentibus amœnitatem ſeraphicam cum omnibus Sanctis ſuis in cœleſtibus. Amen. Manſuetudo glorioſiſſimi principis ſanctis ubique reverenter rememoranda, optimis præceptis nos abjectiſſimos dormientes hortatur præſentia propter venerationem directoris bonorum derelinquere, & gloriam perpetuæ quietis omni affectu pro viribus expectare. Eruditionem igitur ô vani deriſores accipite, ut ad fæliciſſima tripudia Archangelorum remuneratoris orthodoxorum, valeatis ingredi fæliciſſime decori. Reſurgite igitur à ſpurciſſimis honoribus hujus peregrinationis, cum ſitis ad jucunditates benigni ſalvatoris ſæculorum beatiſſime ingreſſuri. In hac præſcripta narratione publica, iſta continetur latens in occulto ſententia, ut diximus: *Cave tibi ab iſto viro, quia fur eſt & nequam peſſimus, ſed tace, oro.* Eodem modo procedendum eſt in cæteris quibuscunque, & à capite toties incipiendum, quousque occultam myſterii tui narrationem incluſeris manifeſtè. Sic ipſe ſuam explicat Polygraphiam Trithemius, tamque clarè, ut vel is, qui primo intuitu Polygraphiam inſpexerit, mentem abunde intelligat, ac absque ulteriori explicatione literas quolibet modo ſit ſcripturus. Verum cum non contingat omnibus Polygraphiam ad manum habere, injuſtumque ſit lectorem curioſum ob ejus penuriam, uberiori & ſufficienti hujus inventionis explicatione deſtitui aut privari, octo Alphabeto ex ſæpe d. Polygraphia hic adjicere, ac rem totam brevisſimo exemplo declarare cogitavi.

### *Alphabetum 1.*

A. DEUS. B. Creator. C. Conditor. D. Opifex. E. Dominus. F. Dominator. G. Conſolator. H. Arbiter. I Judex. K. Illuminator. M. Rector. N. Rex. O. Imperator. P. Gubernator. Q. Factor. R. Fabricator. S. Conſervator. T. Redemptor. V. Auctor. X. Princeps. Y. Paſtor. Z. Moderator. W. Salvator.

### *Alphabetum 2.*

A. Clemens. B. Clementisſimus. C. Pius. D. Piisſimus. E. Magnus. F. Excelſus. G. Maximus. H. Optimus. I. Sapientisſimus. K. Inviſibilis. L. Immortalis. M. Eternus. N. Sempiternus. O. Glorioſus. P. Fortisſimus. Q. Sanctisſimus. R. Incomprehenſibilis. S. Omnipotens. T. Pacificus. V. Miſericordisſimus. Y. Cunctipolens. Z. Magnificus. W. Excellentisſimus.

*Alpha-*

*Alphabetum 3.*

A. Creans. B. Regens. C. Conſervans. D. Moderans. E. Gubernans. F. Ordinans. G. Ornans. H. Exornans. I Conſtituens. K. Dirigens. L. Producens. M. Decorans. N. Stabiliens. O. Illuſtrans. P. Intuens. Q. Monens. R. Confirmans. S. Cuſtodiens. T. Cernens. V. Diſcernens. X. Illuminans. Y. Fabricans. Z. Salvificans. W. Faciens.

*Alphabetum 4.*

A. Cœlos. B. Cœleſtia. C. Supercœleſtia. D. Mundum. E. Mundana. F. Homines. G. Humana. H. Angelos. I. Angelica. K. Terram. L. Terrena. M. Tempus. N. Temporalia. O. Ævum. P. Æviterna. Q. Omnia. R. Cuncta. S. Univerſa. T. Orbem. V. Aſtra. X. Solem. Y. Stellas. Z. Vitam. W. Viventia.

*Alphabetum 5.*

A. Impendat. B. Conferat. C. Donet. D. Largiatur. E. Concedat. F. Condonet. G. Tribuat. H. Diſtribuat. I. Retribuat. K Contribuat. L. Indulgeat. M. Exhibeat. N. Præſtet. O. Offerat. P. Deferat. Q. Oſtendat. R. Revelet. S. Manifeſtet. T. Inſinuet. V. Aſpiret. X. Reſtituat. Y. Reddat. Z. Adminiſtret. W. Faveat.

*Alphabetum 6.*

A. Omnibus. B. Cunctis. C. Univerſis. D. Credentibus. E. Nobis. F. Chriſtianis. G. Fidelibus. H. Petentibus. I. Expetentibus. K Orantibus. L. Exorantibus. M. Poſtulantibus. N. Expoſtulantibus. O. Quærentibus. P. Chriſticolis. Q. Inquirentibus. R. Requirentibus. S. Exquirentibus. T. Optantibus. V. Exoptantibus. X. Præoptantibus. Y. Expectantibus. Z. Sperantibus. W. Deſiderantibus.

*Alphabetum 7.*

A. Vitam. B. Amœnitatem. C. Jucunditatem. D. Conſolationem. E. Lætitiam. F. Gloriam. G. Fælicitatem. H. Beatitudinem. I. Viſionem. K. Jubilationem. L. Quietem. M Requiem. N. Manſionem. O. Habitationem. P. Recreationem. Q. Fruitionem. R. Lucem. S. Exultationem. T. Claritatem. V. Pacem. X. Tranquillitatem. Y. Glorificationem. Z. Contemplationem. W. Securitatem.

*Alphabetum 8.*

A. Permanſuram. B. Æternam. C. Sempiternam. D. Cœleſtem. E. Supercœleſtem. F. Perpetuam. G. Beatiſſimam. H. Angelicam. I. Seraphicam. K. Immortalem. L. Immarceſſibilem. M. Ineffabilem. N. Incomprehenſibilem. O. Inæſtimabilem. P. Luminoſam. Q. Splendidam. R. LuCidiſſimam. S. Amœnisſimam. T. Perennem. V. Sanctisſimam. X. Interminabilem. Y. Dulcisſimam. Z. Perfectam. W. Futuram.

In quovis horum alphabetorum lector deprehendet omnes dictiones ſynonimas aut quaſi ſynonimas, ita, ut ſi ex ſingulis acceperit unam dictionem & qualemcunque, ſemper inveniat ſenſum concinnum & perfectè latinum. Itaque pro arcano quolibet nunciando, ex primo alphabeto accipiatur dictio, quæ adſcripta eſt ei literæ, quæ eſt arcani prima; Ex ſecundo illa, quæ eſt arcani ſecunda &c. Exemplum. Sit ſecretò nunciandum, *Veni cito.* Ex primo alphabeto capiatur dictio, *Auctor.* Ex ſecundo *Magnus*, & ſic conſequenter provenietque talis ſermo apertus. Author magnus ſtabiliens angelica donet expetentibus claritatem inæſtimabilem; occulta verò intentio erit: *Veni cito.*

In ſecundo Polygraphiæ libro nihil à primo novi componitur, in quo ſolius diei paraphraſmata variantur; Propterea, quidquid obſervandum in illo diximus, etiam in iſto cuſtodiendum fore admonemus; ſunt enim utriusque libri ſymbola in eundem ordinem ſub lucis tramite compoſita, & paraphraſmatum ſignificatione tantum neceſſario permutata. Atque hi duo Polygraphiæ noſtræ libri ſufficienter deſerviunt operationi promiſſæ, per quos non ſolum tutiſſimè, & ſecuriſſimè ad amicos quodcunque volueris ſcribere, omni tempore ac nunciare poteris, ſed etiam ſine aliqua ſuſpicione, quod tali modo prius credimus inauditum, latini ſermonis ignarum penitus, modo literas formare noverit, hujus artis facere participem & eruditum.

## §. 2. Additio P. Kircheri & P. Schot.

Trithemius etſi tam in Polygraphia, quam in ejus clavi multas & admirandas hujus inventionis proponat utilitates, inſinuet ampliationes, & cautelas in ejus operatione obſervandas fideliter tradat. 1. Quomodo miniſterio hujus operis in parvi temporis ſpatio hominem latini ſermonis ignarum, modo literas tantùm legere ac ſcribere noverit, ſub lingua materna docebis ſub lingua latina, ut volueris, ornatè vel concinnè ſcribere omniaque voluntatis ſuæ arcana myſteria celare, abſcondere, artemque ſcienti quam placuerit latiſſimè nunciare tutò, ſecretè & absque ſuſpicione. 2. Quomodo per ampliationem ſimilitudinis rei acceptæ omnia iſta in quamlibet poſſunt linguam extendi, reducto inſtituente binario ad unitatem.

3. Quo-

3. Quomodo imitatione ſimilitudinis communicare poſſumus artem inventionis noſtræ ſcienti quæcunque mentis arcana quantumcunque volueris abundè, multipliciter & latiſſimè, variis modis, qui ab alio ſciri nullo poterunt vel notari. Datur iſthic multiplex ſine voce locutio, per quam tutò, ſecurè, latiſſimè, omni ſuſpicione remotâ mentis noſtræ conceptiones univerſas, quantumlibet arduas, ſcientibus artem pleniſſimè indicare poterimus. Et hæc inventio miranda progreſſiones habet innumerabiles, omniumque myſteriorum capaces. 4. Si vis, ut hæc induſtria perpetuò maneat ſecreta & occulta; Quomodo Polygraphiam de novo reſcribere, ſed alphabeti literas dictionibus præponere non debeas, & nemo ſecreti rationem facilè ſuſpicabitur. Verum ut ſcribenti & legenti myſterium nulla difficultas occurrat; quomodo alphabeti literæ in ſchedula ordine dictionum conveniente ſcribi, & ea mobilis ad capita earundem adaptari debeat; quomodo etiam literæ in lamina cuprea ſculpi poſſint, ut de uno ordine in alium moveantur. 5. Quomodo Reges & Principes, qui multos in diverſis locis habent vicarios, quibus omnibus uno genere occultæ narrationis ſcribere non eſt cautum, ut proprium ad ſingulos habeant ſecretum modum ſcribendi, toties mutare debeant ordinem dictionum, quot modos voluerint habere ſeparatos, ſicque ipſi modos ſcribendi teneant omnium, & nullus modum alterius intelligat ſubditorum; ſunt enim variabiles modi ſecretius ſcribendi hujus artis infiniti. 6. Quomodo in hac ipſa inventione Polygraphiæ latent quædam præſcriptis longe meliora, videlicet quomodo latini ſermonis ignarum in paucis diebus ne dicam horis, informare poteris, ut ſciat latinè ſcribere, legere, loqui & intelligere, non quidem univerſaliter omnia, ſed ad certum modum, quicquid ſibi neceſſarium occurrit de quacunque materia in negotiis ſuis. Item, quemadmodum amico tuo longe abſenti & induſtriam artis ſcienti omnes mentis tuæ conceptiones ſine ſcriptis & ignorante nuntio ſecurè ac tutò & ſecretisſimè notas facias, etiam interdum ſine nuntio, naturaliter & ſine aliqua ſuſpicione, periculo vel timore. 7. Quomodo latent ſub his non parvæ ſubtilitatis myſteria de medicinis, de herbis, de plantis, de lapidibus pretioſis, de fluminibus, de membris humani corporis, de brutis animalibus, de

San-

Sanctis, de Nationibus, de Coſmographia, de Aſtronomia & ſeptem artibus liberalibus, de his etiam omnibus, quæ in uſu habentur hominum, & de mundo univerſali tam viſibilium quam inviſibilium. 8. Et denique, quomodo, quicquid eſt viſibile in univerſo mundi circulo poſitum, ad hujus novæ artis miniſterium promptum tribuit fulcimentum, aër & ignis, aqua & terra, fontes & flumina, arbores & fructeta, flores & gramina, verba & nomina, accidens & ſubſtantia, lapides & arena, fimus & ſtercora, res & vocabula, honeſta & verecunda, ligna & metalla, dura & liquida, exiſtentia & non exiſtentia, hiſtoriæ & fabulæ, beſtiæ & bruta, homines & jumenta, ſingula & univerſa, quæ vel ſermo poteſt exprimere, vel anima cogitare, campum Polygraphiæ præſtant latiſſimum, & artem, quantum mortalibus poteſt conſtare promittunt ampliandam fore in infinitum. Re vera tamen Trithemius id non expreſſè in ipſa Polygraphia præſtitit, ſed ingenio lectoris reliquit, nempe, ut ipſe loquitur, quia qui prudens lector eſt, ex parvis & non ſatis ad amuſſim politis adinventionibus ſuis facile majora politioraque ingenio præſtanti, ſi vigeat, poterit invenire, & utrumque facile dabit ſtudioſa poſteritas, ut & nitorem apponat materiæ & ſufficientem progreſſum formæ. Primus cujuslibet artis inventor majora transmittit ad poſteros, quia cum ſint artis dura & inconſueta principia, nulla reperitur ſubtilis adinventio ab initio conſummata. Ipſi ſatis fuerit artis inveniſſe principia, modumque tradidiſſe ſcribendi ſymbolicè rudem & ex propoſito in formam, nam ut cultiora ea formerentur inventa, nec tempus erat nec ratio, ne mel nauſeantibus vomitum aut veritas odium pareret indignantibus. Itaque ſæpiſſimè laudatus P. Athanaſius Kircherus Trithemii veſtigiis inſtitit atque ſubtilem hanc inventionem plurimis ſuis politionibus & ampliationibus eò perfectionis deduxit, ut jam conſummata eſſe & nihil amplius deſiderare poſſe videatur. Quod breviter videndum ex P. Schot.

Primò: Quoniam nec decorum ſemper nec ſecurum eſt in ſcribendo uti formulis precatoriis, quibus Trithemius utitur, præſtatque uti ſermone ad modum epiſtolæ de quavis re ſcriptæ; P. Athanaſius Kircherus pro ingenii ſagacitate quâ pollet in Polygraphia nova paraphaſmata in lumine diei continuâ progreſſione ſuccedentia ſub hac aut ſimili epiſtolæ conceptu inſtituere jubet, hoc ipſe utitur:

*Accepi*

*Accepi literas tuas dulciſſime Antoni, quas mihi tradidit tabellarius tuus, & ſimulac perſpexi voluntatem tuam, tibi obedire volui, nam te jubente, mox Simoni, dulciſſimo amico tuo, centum libras dandas ex ærario curavi. Oro, ut hanc affectionem meam aſpicias, neque enim aliud deſidero, niſi ut te honorare poſſim humillimo hoc obſequio meo. Quod ſi aliud quidpiam velis, jube & parebo, utpote, qui inſigni probitate tuâ devinctum me ſentiam. Vale Amice dulciſſime. Datum Romæ, primo die Ianuarii Anno Chriſti 1660.*

Secundò: Ex hac epiſtola dictiones accipit 40, quamvis & plures poſſint accipi, aut etiam epiſtola, ſenſus & materia major & amplior fieri, tum quamvis dictionem vigeſies quater variando totidem alphabeti literis applicat, & ita quadraginta tabulas polygraphicas inſtituit in uſum hactenus explicatum.

Tertio: Ut verificetur quod Trithemius dicit, per ampliationem ſimilitudinis rei acceptæ omnia illa in quamlibet linguam extendi poſſe, dictas tabulas polygraphicas latinas & ita unius tantum linguæ, in quatuor alias linguas variavit & extendit, nempe in Germanicam, Italicam, Gallicam & Hiſpanicam, licet P. Schot in Schola ſua Stegan. quatuor tantum ponat, quæ ibi videri poſſunt, ego ſuperfluum exiſtimavi paginam hanc iis implere. Exemplum ſaltem in omnibus linguis placeat accipere. Sit v. g. alicui ſecretò nunciandum. *Abi cito.* Latinè ſic eſſet nuntiandum: *Accepi Syngrapham tuam, Excellentiſſime Laurenti, quam mihi monſtravit Andreas, intimus tuus.* Germanicè verò ſic: **Jch hab empfangen deine Unterſchreibung/fürtrefflicher Lorentz/ welche mir gezeigt Andreas dein geheimer Freund.** Italicè: *Ho ricevuto il voſtro viglietto, Excellentiſſimo Lorenzo, il quale m'hà moſtrato Andrea voſtro intimo.* Gallicè tandem ſic: *I'ay receu voſtre billet, tres excellent Lorent, que m'a monſtré André, voſtre intime.*

Quartò: Ciſtulam fabricavit Glottotacticam ex ligno aliaque materia, eæ longitudinis, ut contineat, pro hoc quidem epiſtolari paradigmate, viginti loculamenta diſtincta & ſeparata, numerum nempe dimidum paraphraſmatum diei, tantæ verò latitudinis, ut contineat loculamenta duo itidem ſeparata, ita, ut quodlibet capere poſſit quatuor tabellulas polygraphicas, atque ita in univerſum ſint loculamenta 40, quorum quodlibet ſit capax quatuor tabellularum, pro quatuor linguis, & ſic proveniet ſpatium pro 180 tabellulis; Tandem ea ciſtula tantæ erit altitudinis, ut continere poſſit tabellulam habentem 24 ſpa-

tia ſecundum altitudinem ſeparata pro 24 literis alphabeti & convenientibus linguæ cujuslibet dictionibus & phraſibus. Tabellulis his inſcribuntur ſingulæ alphabeti literæ, & iis correſpondentes paradigmatis epiſtolaris phraſes, ciſtula hâc cum ſuis tabellulis ad omnem hujus artis uſum ſerviturâ. Nec hic opus eſt rem pluribus explicare cum & facilis ſit captu, & ubique proſtet Schol. Steg. P. Schot, ubi hujus ciſtulæ conſtructio & uſus ad longum recenſentur.

## §. 3. Examinatur, an Artificium hucusque traditum ſatisfaciat Promiſſis Trithemii.

Quicunque expenderit Polygraphiam tam Trithemii quam P. Kircheri, tum etiam Claſſem 1. & 2. Scholæ Steg. P. Schot, ſine dubio mecum condeſcendet, aſſeretque inventionem hucusque explicatam, id perfectiſſimè præſtare, quod Trithemius in Polygraphia promittit, nempe quomodo mentis tuæ arcanum tuto, ſecurè ac ſine aliqua ſuſpicione quorumcunque intuentium notum facias artis induſtriam ſcienti, quam latiſſimè opus fuerit ad quamcunque diſtantiam ſermone regulatam. Nec te moveat, quod multitudo verborum in aperto ſenſum brevem contineat in occulto; ſcias enim in rebus duntaxat magnis & arduis hunc modum adhibendum eſſe; Et ſane, quis tam piger eſt, ut non id ſuſcipiat laboris, quò paginam chartæ impleat ſpe potiundæ civitatis aut fortalitii, alias vix multorum millium ſanguine emendi, ſed nec omnes tam pigri ſunt aut deſides, ut illis tam ſubtilis & jucundus labor diſpliceat; Conſulendum eſſet pigris illis dormilionibus, ut ſatagerent invenire modum, quo poſſimus arcana mentis nunciare dormiendo. Neque etiam obſtat, quod hic ſcribendi modus vix poſſit amplius à ſuſpicione liberari, poſtquam & artificium jam pene cunctis notum & tabulæ polygraphicæ ubique proſtant. Reſp. I. P. Schot, Valde ingenioſum eſt hoc artificium, cujus prima ſemina jecit Trithemius, excoluit P. Kircherus, perficiunt in dies docti, quoniam inventis facile eſt addere; Itaque quamvis forte concedi poſſet poſt editionē Polygraphiæ Trithemianæ ac etiam Kircherianæ vix ſatis tutum eſſe uti eo epiſtolarum paradigmate, quamvis variato, immutato, ac ita diſpoſito, ut ſecretum latens nullâ ſubtilitate naturali valeat inveniri, præſertim, cum, ut jam ſupra inſinuavi ac etiam P. Schot aſſerit, inventio Trithemii per modum formæ

preca-

precatoriæ nec decora ſit nec extra ſuſpicionem, nec pro quovis hominum & correſpondentium ſtatu, deinde etiam ipſæ tabulæ Kircherianæ ſuos patiantur defectus, cum neque omnes dictiones ſint ſynonymæ, neque ratione generis & numeri connexionem ſervent, nec nomina propria cuilibet præſertim inter perſonas notas applicari poſſint. Videndum tamen, an non ex iiſdem tabulis aliæ fieri posſint magis concinne ſine coactione & extra ſuſpicionem quorumcunque.

Accipiamus aliquot tabulas, & eas reformemus, unde lector ipſe pro ſua privata correſpondentia alias ſequentes ſimiliter poterit facili artificio reformare.

1. Ex prima tabula poſſunt accipi dictiones magis propriæ & propoſito convenientes, v. g. ſequentes octo: *Accepi, nactus ſum, adeptus ſum, tenui, obtinui, recepi, percepi, ſuſcepi*, ut autem vigeſies quater varientur poterunt illis præponi, aut poſtponi adverbia, v. g. *optimè, rectè, bene* &c. Aut poterunt accipi tantum ſex, quinque aut quatuor, & præpoſitione aut poſtpoſitione adverbiorum fieri 24 variationes. Pro exemplo capiantur hic 4. dictiones: *Accepi, obtinui, nactus ſum, adeptus ſum*, pro 4. primis literis, a. b. c. d. His præponatur *optimè* pro 4. ſeqq. e. f. g. h. Pro 4. ſeqq. i. k. l. m. poſtponatur *optimè*. Pro n. o. p. q. præponatur *rectè*; pro r. s. t. u. poſtponatur *rectè*. Pro reliquis x. y. z. w. præponatur *bene*.

2. In ſecunda tabula hæ dictiones *literas tuas* per tranſpoſitionem variatæ erunt pro primis literis a. b. hæ dictiones tres: *poſtremas tuas literas*, utpote, quæ ſexies ſitum mutare poſſunt, erunt pro ſex ſeqq. c. d. e. f. g. h. Iterum hæ tres: *ultimas tuas literas*, eodem modo diſpoſitæ pro ſex, i. k. l. m. n. o. Sic hæ tres: *poſteriores tuas literas*, pro p. q. r. s. t. u. Et denique hæ tres: *reſponſorias literas tuas*, pro x. y. z. w.

3. Tertia & quarta tabula, utpote vel prima fronte ſuſpicionem & coactionem vel affectationem oſtendentes, poterunt planè omitti; ſic etiam ſexta, quæ ſequitur.

4. Dictio, *quas*, manet per totum, tum pro primis 12. literis a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. præponatur *mihi*, ſequentibus 12. ſynonymis: *tradidit, tulit, attulit, detulit, miſit, tranſmiſit, exhibuit, dedit, portavit, adportavit, reddidit, retulit*. pro ſeqq. n. o. p. q. r. s. t. u. x. y. z. w. poſt-

ponatur *mihi*. Ultimæ literæ y.z. vix ſunt in uſu, niſi forte apud Italos, Germanos & Gallos poterit igitur aut aliqua dictio, quæ minus conveniens, aut aliqua alia litera ut x. omitti.

5. His ſex dictionibus: *famulus, ſervus, hoſpes, amicus, intimus, nuncius.* pro a. b. c. d. e. f. præponatur *tuus.* Pro g. h. i. k. l. m poſtponatur *tuus.* Pro n. o. p. q. r. s. t. præponatur *meus.* Pro t. u. x. y. z. w. poſtponatur *meus.*

6. Pro primis 12. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. his 12. dictionibus: *perſpexi, percepi, cognovi, intellexi, penetravi, expendi, vidi, legi, perlegi, examinavi, novi, agnovi,* præponatur *& ſimulac.* Pro reliquis 12. n. o. p. q. r. s. t. u. x. y. z. w. præponatur iisdem. *Et ſimul ut.* &c.

7. Dictionibus: *voluntatem, intentionem, mentem, opinionem, cogitationem,* præponatur *tuam* pro a. b. c. d. e. iisdem poſtponatur *tuam* pro f. g. h. i. k. Tum dictionibus: *Deſiderium, conſilium, animum, propoſitum, inſtitutum, nutum, velle,* præponatur *tuum* pro l. m. n. o. p. q. r. Eisdem poſtponatur *tuum* pro s. t. u. x. y. z. w.

8. Pro primis ſex A. b. c. d. e. f. transponantur ſexies hæ tres dictiones, *tibi gratificari volui.* Pro g. h. i. k. l. m. transponantur hæ ſex: *tibi condeſcendere volui.* Pro n. o. p. q. r. s. transponantur hæ: *tibi ſatisfacere volui.* Pro ultimis t. u. x. y. z. w. hæ ſex: *tibi annuere volui.*

9. His 3. dictionibus: *tui cauſa, tui gratia, tui amore.* Pro a. b. c. præponatur *nam.* Pro d. e. f. eisdem præponatur *namque.* Pro g. h. i. præponatur *etenim.* Pro k. l. m. poſtponatur *enim.* Pro n. o. p. interponatur *namque.* Pro q. r. s. interponatur *etenim.* Pro t. u. x. interponatur *enim.* Pro y. z. w. poſtponatur: *etenim.*

Sufficiant hæ novem tabulæ ſtudioſo lectori reliquas proprio ingenio facillime ſuppleturo; Exemplum tamen addere libuit, quò appareat, quam fluida & concinna ex his tabulis conſtruatur epiſtola: ſit v. g. nunciandum: Fugio ad te. Ita veniret in paraphraſmate diei: *Optimè obtinui literas tuas poſtremas, quas mihi exhibuit hoſpes tuus, & ſimul ut percepi tuam voluntatem, volui tibi gratificari, tui enim cauſa quantocyus &c.* Iterum ſi exemplum aliud detur: *cito fuge. Nactus ſum ultimas tuas literas, quas exhibuit mihi meus ſervus, & ſimulac expendi animum tuum, tibi condeſcendere volui: namque tui gratia &c.* Eadem nunc exempla veſtiamus ex ciſta Glottotactica P. Schot, omisſis etiam tabb. 3. 4. & 6. Primum ſic erit: *Cognovi valetudinem tuam,*

*quem mihi conſignavit famulus tuus, & ſimul ac volvi voluntatem tuam, tibi condeſcendere volui, nam te ſollicitante quantocyus.* Alterum verò ſic erit: *Habui Codicem tuum, quem mihi retulit intimus tuus, & ſimul ac exploravi affectum tuum tibi ſubſcribere volui, nam tui gratia, &c.*

Reſp. II. Trithemium & Kircherum tradidiſſe ſolummodo modum hujus artificii & oſtendiſſe praxin per tabulas in publicum editas, non autem voluiſſe, ut quis præcisè iisdem tabulis utatur, ſed alias ſimiles pro conditione & ratione ſtatûs perſonarum correſpondentiam ipſe fabricet, tales tibi exhibebo lector curioſe, quas direxi inter dominum & ſervum, aut ſi quis vult ſcribere domino tali cui titulum gratiæ dat, germ. Gnaden.

*Alphabetum 1.*

Proprimis 4. literis A. b. c. d. præponantur hæ duæ dictiones: Ewer Gnaden/ vel per abbreviationem, E. G. his quatuor: Schreiben/ Handſchreiben/ Briefflein/ Handbriefflein. Pro e. f. g. h. præponatur, E. G. letztes. Pro i. k. l. m. præponatur, E. G. jüngſtes. Pro n. o. p. q. præponatur, E. G. letzteres. Pro r. s. t. u. præponatur, E. G. gnädiges. Pro x. y. z. w. præponatur, E. G. jüngeres.

*Alphabetum 2.*

Sequentibus 24 diebus menſis: A. 1. B. 2. C. 3. D. 4. E. 5. F. 6. G. 7. H. 8. I. 9. K. 10. L. 11. M. 12. N. 13. O. 14. P. 15. Q. 16. R. 17. S. 18. T. 19. vel 25. V. 20. 26. X. 21. 27. Y. 22. 28. Z. 23. 29. W. 24. 30. præponatur vom / aut von dem/ vel unterm/ & poſtponatur dieſes Monats/ aut verwichenen Monats/ aut ſimilia.

*Alphabetum 3.*

Pro A. b. c. d. ponantur hæ dictiones: erhalten/ empfangen/ erlanget/ überkommen / & eis præponatur, hab ich. Tum pro e. f. g. h. inter haſce dictiones, nempe inter ich & v. g. erhalten/ interponatur, recht. pro i. k. l. m. interponatur wohl. pro n. o. p. q. interponatur zu recht. pro r. s. t. u. omittatur dictio ich. pro x. y. z. w. Inter habe & v. g. erhalten/ interponatur wohl/ omiſſa dictione, ich.

*Alphabetum 4.*

Primo ponatur und/ deinde 24. ſequentes dictiones pro ordine meo literarum A. darab. B. damit. C. daraus. D. darinn. E. dardurch. F. ab demſelben. G. aus demſelben. H. durch daſſelbe. I. in demſelben. K. mit demſelben. L. Inhalts deſſen. M. Inhalt deſſelben. N. ab deſſen Inhalt. O. aus deſſen Inhalt. P. durch deſſen Inhalt. Q. durch deſſelben Inhalt. R. ab deſſelben Inhalt. S. aus deſſelben Inhalt. T. ab Verleſung deſſen. V. ab Verleſung deſſelben. X. mittels deſſen. Y. mittels deſſelben. Z. ab deſſen Verleſung. W. ab deſſelben Verleſung.

*Alphabetum 5.*

Pro A. b. c. d. ſeqq. quatuor dictiones ponantur: erſehen/vermercket/ verſtanden/ vernommen. Pro e. f. g. h. præponatur mit mehrerem. pro i. k. l. m. præponatur ſatſam. Pro n. o. p. q. præponatur zu genügen. pro r. s. t. u. unterthänig. Pro x. y. z. w. in Unterthänigkeit.

*Alphabetum 6.*

Primo ponatur, was dieſelbe. deinde ſeqq. dictionibus pro primis 12. literis præponatur, mir. Sunt autem dictiones: A. befehlen. B. gnädig befehlen. C. in Befelch geben. D. in gnädigem Befelch geben. E. gebieten. F. gnädig gebieten. G. in Befelch committiren. H. in gnädigem Befelch committiren. I. in Befelch aufftragen K. in gnädigem Befelch aufftragen. L. anbefehlen. M. gnädig anbefehlen. Pro reliquis 12 literis loco dictionis mir/ponatur, ihrem Diener. Demum omnibus poſtponatur wollen.

*Alphabetum 7.*

A. Gleich wie dann. B. gleich wie nun. C gleich wie dann nun. D. gleich dann. E. wie dann nun. F. gleich dann nun. G. maſſen nun. H. allermaſſen nun. I. geſtalt dann nun. K. maſſen dann nun. L. allermaſſen dann nun. M. maſſen nun dann. Pro reliquis 12. literis n. o. p̄. q. r. s. t. u. x. y. z. w. poſtponatur ich.

*Alphabetum 8.*

Pro primis ſex, A. b. c. d. e. f. ponantur hæ ſex dictiones, wünſche/ verlange/ſuche/gedencke/ trachte/ in Verlangen trage/ ſed prius præponatur, nichts mehrers. Pro ſex, g. h. i. k. l. m. præponatur, nichts anderſt. Pro ſex, n. o. p. q. r. s. præponatur anderſt nichts. Pro ſex, t. u. x. y. z. w. præponatur, nichts hefftigers/ vel mehrers nichts.

*Alphabetum 9.*

His ſex dictionibus: Capabel zu ſeyn/ Capabel zu werden/ würdig zu ſeyn/ würdig zu werden/fähig zu ſeyn/ fähig zu werden; pro A. b. c. d. e. f. præponatur, als ſo. pro g. h. i. k. l. m. præponatur als alſo. pro n. o. p. q. r. s. præponatur dann ſo. pro reliquis, t. u. x. y. z. w. præponatur dann alſo.

*Alphabetum 10.*

His ſex dictionibus: Wundſch/Verlangen/ Begierdet/ Würde/Gefallen/ Gnügen/ præponatur daß ich deroſelben nach. pro A. b. c. d. e. f. Pro g. h. i. k. l. m. præponatur, daß ich E. G. nach. Pro n. o. p. q. r. s. præponatur das E. G. nach. Pro t. u. x. y. z. vv. præponatur, daß deroſelben nach.

*Alphabetum 11.*

A. Uberall. B. in allen. C. in allem Sachen. D. in aller Gelegenheit. E. in aller Occaſion. F. in aller Begebenheit. G zu aller Gelegenheit. H. zu aller Begebenheit. I. zu aller Occaſion. K. in allem Fall. L. auff alle Gelegenheit. M. auff alle Begebenheit. N. auf alle Occaſion. O. zu aller Zeit. P. jederzeit. Q. Zeit Lebens. R. bey aller

aller Begebenheit. S. bey aller Gelegenheit. T. bey aller Occaſion. V. Zeit meines Lebens. X. in aller Angelegenheit. Y. bey aller Angelegenheit. W. auf alle Angelegenheit.

*Alphabetum 12.*

His ſex dictionibus: laiſten/ thun/ bezeugen/ erweiſen/ præſtiren/ beweiſen/ præponatur unterthänige Dienſte pro A. b. c. d. e. f. Pro g. h. i. k. l. m. præponatur angenehme Dienſte. Pro n. o. p. q. r. s. gefällige Dienſte. Pro t. u. x. y. z. w. præponatur beliebige Dienſte. Denique omnibus poſtponatur möge.

*Alphabetum 13.*

His octo dictionibus: in dieſer Sache/ in gegenwärtiger Sache/ bey dieſer Sache/ bey gegenwärtiger Sache/ in dieſem Geſchäfft/ in gegenwärtigem Geſchäfft/ bey dieſem Geſchäfft/ bey gegenwärtigem Geſchäfft; pro primis octo literis, A. b. c. d. e. f. g. h. præponatur alſo werde ich. Pro i. k. l. m. n. o. p. q. præponatur alſo werde auch. Pro ultimis, r. s. t. u. x. y. z. w. præponatur alſo werde ich auch.

*Alphabetum 14.*

A. mir angelegen ſeyn laſſen. B. dahin ſehen. C. mich befleiſſen. D. mich dahin befleiſſen. E. Fleiß anwenden. G. mich bewerben. H. mich dahin bewerben. I. mich bearbeiten. K. mich dahin bearbeiten. L. mich bemühen. M. mich dahin bemühen. N. Sorge tragen. O. dahin Sorge tragen. P. Fleiß anlegen. Q. dahin Fleiß anlegen. R. möglichſten Fleiß anwenden. S. möglichſten Fleiß anlegen. T. allen Fleiß anwenden. V. allen Fleiß anlegen. X. ſonderbahren Fleiß anlegen. Y. ſonderbahren Fleiß anwenden. Z. mich euſſeriſt bemühen. W. mir euſſeriſt angelegen ſeyn laſſen.

*Alphabetum 15.*

His ſex dictionibus: ihrer intention, ihrem Zweck/ ihrem Vorhaben/ ihrem Vornehmen/ ihrer gefaßten intention, ihrem Vorſatz/ pro A. b. c. d. e. f. præponatur, daß E. G. zu. Pro g. h. i. k. l. m. præponatur, daß dieſelbe zu. Iterum his ſex dictionibus: Intention, Zweck/ Vorhaben/ Vornehmen/ gefaßten Intention, Vorſatz/ pro n. o. p. q. r. s. præponatur, daß E. G. zu dero. Pro t. u. x. y. z. w. præponatur, daß dieſelbe zu dero.

*Alphabetum 16.*

Pro 12 primis, A. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. poſtponatur gelangen werden. his 12. dictionibus, mit nechſtem/ aufs nechſte/ mit ehiſtem/ aufs ehiſte/ ohne Verzug/ ohne Aufſchub/ unverzogen/ alſobald/ ohn allen Verzug/ ohn allen Aufſchub/ bald/ gleich ſo bald. Pro reliquis 12, n. o. p. q. r. s. t. u. x. y. z. w. poſtponatur geraichen werden.

Ecce ſedecim tabulas pronunciandis totidem arcani literis; potuiſſem & plures & pulchriores invenire; ſed neque loci diſpoſitio neque intentionis ratio patiebatur, nihil enim hiſce tabulis aliud præ-

præſtare volui, quam modum indicare, quo prudens lector pro conditione perſonarum novas ſibi pro uſu privato conſtruet. Itaque exemplis duobus meam adinventionem claudo. Sit v. g. alicui nunciandum: **Man will euch fangen.** Id indicari poterit hæc epiſtola: **E. G. jüngſtes Hand-Brieflein vom 1. dieſes hab ich zu recht erhalten/ und ab deſſelben Verleſung ſattſam erſehen/ was dieſelbe mir anbefehlen wollen/ wie dann nun mehrers nichts verlange/ als ſo würdig zu ſeyn/ daß ich E. G. nach Verlangen in aller Begebenheit unterthänige Dienſte laiſten möge: Alſo werde auch in dieſem Geſchäfft mich bewerben/ daß E. G. zu ihrer gefaßten** Intention **mit nechſtem geraichen werden.** Aliud Exemplum, ſit v. g. nunciandum ſecretò: *hac nocte capieris*; ſic eſſet ſcribendum: **E. G. letztes Hand-Brieflein vom 1. dieſes habe ich erlanget / und ab deſſen Inhalt zu Genügen vermercket/ was dieſelbe mir in Befelch geben wollen: Maſſen nun ich nichts mehrers trachte / als ſo würdig zu ſeyn / daß ich deroſelben nach Wundſch jederzeit angenehme Dienſte bezeugen möge: Alſo werde ich in dieſem Geſchäfft möglichſten Fleiß anwenden / daß dieſelbe zu ihrem Vorhaben ohne Verzug geraichen werden.**

Ex hucusque dictis facile concludi poterit, Trithemium exactiſſime præſtare id quod Polygraphia promittit. Verum nunc dubitatur, an etiam per hoc artificium præſtetur id, quod in literis ad Arnoldum Boſtium promittit, nempe, quomodo latini ſermonis ignarus poſſit in duabus horis doceri, legere, ſcribere & intelligere Latinum, &c. Atque hic ſe quamprimum offert P. Caſparus Schot, qui ita loquitur: *Ex dictis hactenus manifeſtè patet, de hoc artificio Kircheriano multò magis ac perfectius quam de Trithemiano verificari id quod Trithemius tantopere (& merito) æſtimat, & tot verbis extollit, nempe: poſſe hominem latini ſermonis ignarum intra breve temporis ſpatium doceri, ut latinè ſcribat ornatè ac eleganter, legatque & interpretetur, quæ ſcribit.* Ejusdem ſententiæ eſt P. Kircherus, atque duplici ex capite. 1. Quia dum ſciens artificium hoc juxta regulas præſcriptas exſcribit ex columnis latinis latina vocabula, ſcribit & legit illa, & ſi eadem vocabula in vernaculam ipſius translata ſint, & in columna alia è regione diſpoſita, uti in ſyntagmate diſpoſita ſunt Italica, Gallica, Germanica, poteſt ſtatim illa interpretari. Atque ita conſequenter putant, eum, qui ſolam vernaculam ſuam linguam legere & ſcribere poteſt, breviſſimo temporis ſpatio doceri poſſe,

poſſe, ut omnium ferè nationum linguas legat, ſcribat, intelligat, interpretetur. 2. Ex eo, quod tabulæ per vocabula ſynonyma & variata ita ſint compoſitæ, ut, ſi quis ex quavis dictionem acceperit unam & quamcunque, ſenſum ejus linguæ faciant perfectum, quem intelligat ſcribens & legens, interpretarique poſſit non quidem ſecundum communem proprietatem dictionum, ſed ſecundum eam, quam ex operantis inſtituto conſecutæ ſunt. Ego eidem ſententiæ ſubſcribo, & dico, hoc artificium præſtare id exactè, quod Trithemius promittit, verum non ex primo capite, nam ex eo capite Trithemius per hoc artificium non plus præſtitiſſet, quam Dictionaria, Nomenclaturæ & ſimilia, ubi vocabula vernaculæ linguæ in alia ſunt variata, quod certè probabile non eſt, cum hoc artificium Trithemius tantopere extollat, & ipſe P. Schot magni æſtimet; Nec quidquam illis ſuffragatur ipſe Trithemius in Polyg. ubi dicit: *Scribet enim artis novæ diſcipulus quam non noverat linguam, & latinum* (eadem ratio de reliquis) *ſermonem ſub inſtitutione regulata compoſitum intelliget, interpretabiturque ſi juſſeris ipſe de verbo ad verbum ſufficienter.* Nam aliâ & mox dicenda ratione id æquè præſtari poteſt. Itaque dicendum erit ex ſecundo tantùm capite verificari id quod Trithemius promittit, ſi enim omnes literarum ad Arnoldum Boſtium dictiones, quibus id artificium proponit, adinventionem dictam examinentur, aſſertio mea clarè patebit. Nam 1: *Quod quis latini ſermonis ignarus doceatur ſcribere & legere;* quis enim negabit, quin talis ſcribat eam linguam quæ in tabulis comprehenditur, ſed ea perfectè latina eſt aut alterius linguæ. 2. Dicitur, *quod talis etiam doceatur intelligere Latinum;* nam intelliget id, quod per latinas dictiones repræſentatur, nempe literas à capite præpoſitas, quod ſufficit, ſicut enim omnis lingua eſt ſignum ex inſtituto vel deſtinatione cujusque populi aut nationis ad ſignificandos conceptus & res illius populi cujus eſt lingua, ita eadem lingua poteſt aſſumi ad ſignificandos conceptus alterius populi, ita Germanus ad exprimendos ſuos conceptus poterit loqui Italicè, Hiſpanicè &c. & ſemper verum erit per linguam Italicam exprimi conceptum Germani eundem, quem Italus per ſuam vernaculam exprimeret. Quin imò, ſi v. g. Italica lingua aſſumeretur alio modo & in alia ſignificatione quam Italus aſſumit, ſemper tamen verum eſſet Germanum loqui Italicè, id eſt, eâ lingua quâ Itali utuntur ad exprimendos ſuos conceptus. Itaque rectè & in propria ſignifi-

catione dici poterit Germanum, qui ex tabulis Latinis, Italicis aut aliis loquitur, aut exſcribit illas dictiones, quæ propoſiti arcani literas à capite repræſentant, loqui & ſcribere Latine & Italice, & illud intelligere quod ſcribit, etſi forte non in ea ſignificatione, in qua quivis Latinus aut Italus intelligit, ſed in ea, quam pro libitu aſſumpſit.

## §. 4. An hoc Artificium ſit illud ipſum quod Trithemius ſcivit & promiſit.

Conſequenter exiſtimant P. Kircherus & P. Schot, hoc artificium eſſe illud ipſum, quod quondam Trithemius ſcivit & in literis ad Arnoldum Boſtium promiſit, atque his fermè moventur rationibus: 1. Quia d. artificium exactè præſtat id quod promiſit, ut vidimus, eſtque inventio Trithemiana, & verè admiranda, ut tam ſplendidam meruerit præfationem, & hominum etiam doctiſſimorum effugerit capacitatem, adeoque probabile ſit Trithemium illud unà cum multis, quæ in Steganographia promiſerat, Polygraphiæ ſuæ inſeruiſſe, quoniam illam ſupprimere & luce privare cogitabat, ne ſcilicet tam ſubtile & ſalutare inventum in tenebris maneret ſepultum. 2. Quia Trithemius multis in Polygraphiæ locis, ubi utilitates ejus & cautelas in operatione obſervandas exponit, expreſſis verbis dicit, ſub traditis Polygraphiæ principiis inventionem traditam latere v. g. pag. convenirent 61: *Quarto decimo ſciendum, quod in hac ipſa inventione Polygraphiæ noſtræ adhuc latent quædam præſcriptis longè meliora, videlicet quomodo latini ſermonis ignarum in paucis diebus ne dicam horis, informare poteris, ut ſciat latinè ſcribere, legere, loqui & intelligere &c.* Verum quò minus huic ſententiæ tam cito ſubſcribam, obſtant ipſa Trithemii verba in Polygr. pag. adinventis 38: *Tertia vero utilitas, quod Romani ſermonis imperitum, non ſolum in paucis horis docebis quod pollicemur ſcribere ac legere, ſed etiam intelligere, ſi prudenter munus officii adhibueris, quod non ſine rationabili cauſa nos duximus reſervandum.* Unde clarè patet, Trithemium ſuam hanc inventionem in Polygraphia nec tradidiſſe nec tradere voluiſſe. Nec quidquam movent argumenta ſuperius adducta, non primum quia id incertum eſt, & tantum conjectura nullo fundamento ſubnixa; non ſecundum, nam potius meam confirmat ſententiam, dum dicit, quod in ipſa inventione Polygraphiæ lateant quædam præſcriptis longe meliora, nam ſi lateant, certe non expreſſè

tradi-

tradidit, artificium verò hactenus explicatum expreſſè continetur in Polygraphia, non igitur erit unum idemque artificium, quin imò claris verbis dicit, ſe illud non traditurum, ut poſt citata verba habetur. Poſtquam enim explicaſſet quomodo hoc artificium in inventione Polygraphiæ lateat, ſubjungit. *Sed iſta in ſuis permaneant latibulis ſepulta cum reliquis, ratio nos permovit, quoniam & lapides pretioſos inventum projicere, & ardua ſine fructu gratitudinis patrare, mihi nec placet nec omnino conducit.*

## §. 5. Utrum inventio Kircherina à P. Schot exculta ſatisfaciat promiſſis Trithemii.

P. Kircherus pro mira ingenii ſagacitate qua pollet, modum invenit ingenioſiſſimum & humano ingenio impenetrabilem, quo per quamvis linguam totius mundi, etiam ignotam & quam quis ne fama quidem cognovit arcanos mentis conceptus alteri poteſt nunciare, atque illud inventum tradit ipſe in Polygr. ſua nova ſyntagm. 3. c. 5, ubi illud ita proponit: *Quomodo hujus artificii ope, per epiſtolas quacunque lingua, quarum etiam imperitus eſt & quas ne fama quidem percepit, quiſpiam ſcribere poſſit; immò quibuscunque peregrinis characteribus, uti Hebraicis, Græcis, Arabicis, Syriacis, Armenicis, Æthiopicis, Sinenſibus, & quocunque demum alio characterum genere ad occultos animi ſenſus alteri retegendos, nulla numerorum transmiſſione, uti poſſit.* Illud ipſum etiam tradit P. Schot ſch. ſteg. claſſe 3.4.5. Principaliter in eo conſiſtit: Literas ſecreti nunciandi variis ac ſubtiliſſimis modis per abacum numeralem, per tabulam cryptographicum indiſſectam, & eandem diſſectam in varias columnas, per tabellulas minores, per rotulam ſteganographicam ſimplicem vel duplicem, varia ac multiplici combinatione cum clave vel ſine clave in numeros commutat, deinde eos numeros artificio novo literis quacunque lingua totius mundi ſcriptis ſubtiliter includit: nempe epiſtolæ quavis lingua ſcriptæ ſingulas literas à principio vel naturali vel aſſumpto incipit numerare, & ubi pervenit ad eam literam in quam deſinit numerus primus arcani nunciandi, ſignum ponit vel punctum infigit viſibile aut inviſibile, ab hac litera excluſivè iterum incipit literas numerare usquedum veniat ad literam in quam deſinit numerus ſecundus arcani, ac iterum infigit punctum, & ita conſequenter, donec omnes numeri ſint punctati. Exemplum cape: Volo alicui nunciare: cave ab eo quem haud noſti.

Hæ omnes literæ ſint ſua inventione & methodo in numeros transmutatæ, hoc modo, 20.6.5.9.3.8.6.9.12.13.10.22.9.7.16.13.24.13.14.16.8. Volo eos literis includere; accipio literas qualescunque v.g. latinas quæ incipiant. Plurimum ſcito me tibi ſubiraſti, qui nolueris mihi &c. numero à principio literas usquedum incidam in vigeſimam, quæ eſt S, & infigo punctum ab hac numero ſequentes usque in ſextam, quæ eſt S, & iterum infigo punctum, ab iſta iterum numero reliquas usque dum incidam in quintam, quæ eſt i, & rurſus infigo punctum, eadem ratio de reliquis. Ecce literas integras, ubi literas quibus puncta ſubfigenda eſſent diverſo charactere notavi.

Plurimum ſcito me tibi ſubiraſci, qui noluerit mihi commodase librum tuum. Equidem neſcio quo meo in te merito id fiat. Nunc enim verò cognovi, quantum mei cauſâ facturus ſis, cum negaveris mihi rem tam exiguam. Verba tua & animus tuus non videntur mihi bene conſentire. Si tu petiiſſes à me res majoris momenti, nihil ego negâſſem tibi. Verum profectò illud eſt, quod vulgò dici conſuevit, probandos eſſe amicos antequam his opus ſit, nam in adverſis probare ſerum eſt. Mihi verò ſatis eſt animum ſpectâſſe tuum. Vale.

Putat autem P. Kircherus, Trithemii artificium ab hoc ſuo non fuiſſe diverſum ex eo, quod poſtquam mira de ſua Steganographia dixiſſet, ſubjungat; *Poſſum autem iſta omnia docere in omni lingua totius mundi, quam nunquam audivi.* Verum id ego mihi necdum perſuadere valeo, præterquam enim quod ex nullo Trithemii textu poſſimus colligere aut etiam conjicere, quod Trithemius literas loco numerorum ſubſtituerit, & epiſtolis ſuis puncta infixerit; etiam clarè apparet hoc artificium, ne quidem ſatisfacere Trithemii promiſſis: Nam in artificio Trithemii eſt eſſentiale ut ipſe Steganographus, quâ Steganographus diſcat epiſtolam latinam aut alterius linguæ componere, & ſcribere, ac ſcribat & componat prout in allato ſuperius artificio clarè conſtat, at in hoc artificio Kircheri Steganographus tantum infigit puncta & literas numerat, nihil ille componit, ſed epiſtolam integram ab alio compoſitam deſcribit, aut ab alio ſcriptam ſuæ adhibet operationi. Item Trithemii artificium tale eſt, ut ſub eo occultare poſſimus quæcunque nobis occurrunt ſecreta, & taliter ſcribere ad amicum in arte peritum, quod ſi omnes, qui ſunt totius mundi homines, convenirent in unum, latens ſub aperto ſermone nunquam poſſent invenire ſecretum, modo

rectè fuerit ordinatum: ſed artificium Kircheri non docet abſcondere ſecretum ſub aperto ſermone ſed ſub punctis, quæ etiam ſuſpicionem generant, & intuentes de latente arcano reddunt facile ſollicitos, quod omnino eſt contra mentem Trithemii.

## CAP. VII.

### INVESTIGAT TRITHEMII STEGANOLOGIAM SINE VERBIS, SINE NUTIBUS, INTER LOQUENDUM PRÆDICANDUM, LUDENDUM IN ORGANO VEL CANTANDUM SINE IMPEDIMENTO ACTIONIS CUJUSCUNQUE.

Diſpoſitioni Steganographiæ ſecundum literas ad Arnoldum Boſtium inſiſtens tres hucusque libros & inventa in eis promiſſa breviter examinavi, ſequitur Steganologia, quam ibidem in libro quarto promiſit & ita propoſuit: *Quartus liber continet multa ſtupenda experimenta, ſed purè naturalia: mentem videlicet meam indicare poſſum ſcienti artem meam inter edendum, vel ſedendum cum aliis, ſine verbis, ſine nutibus, quam latiſſimè voluero etiam inter loquendum, prædicandum, ludendum in organo vel cantandum, ſine impedimento alterius actionis cujuscunque, ita ut prædicando bona & ſancta indicem, non verbis, non ſignis, non nutibus cuicunque ſcienti latiſſimè quidquid voluero etiam clauſis oculis. Et alia multa quartus liber continebit arcana, quæ non ſunt in publicum proferenda.* Mira ſunt, fateor, ſi & veritati & naturæ ſunt conſentanea, nam impoſſibile multis videtur poſſe aliquid alteri ſignificari *ſine nutibus, verbis, ſignis*, &c. Atque hinc exiſtimat P. Kircherus dictas voces ſumendas eſſe non ſub collectivo, ſed ſub disjunctivo ſenſu, nihilque aliud velle Trithemium, quam quod arcana mentis indicare poſſimus alteri aliquando nutibus ſine verbis, aliquando verbis ſine nutibus, aliquando & verbis & nutibus ſine ſignis, aliquando ſolis ſignis ſine nutibus & verbis. Verum rectius putat P. Schot, Verba Trithemii eſſe æquivoca, & in ſenſu aliquo veriſſima, ac proinde in eo ſenſu intelligenda eſſe ut ſonant, etſi non conſtet, quæ ars Trithemiana fuerit; dupliciter autem poſſunt verba Trithemii ſalvari, primò, ſi ea interpretemur in hunc ſenſum cum P. Schot: *Poſſum inter edendum, ſedendum, loquendum cum aliis, prædicandum, ludendum in organo, cantandum &c. mentem meam alteri artem ſcienti, ac præſenti indicare ſine ſignis, nutibus verbis, à prædictis actionibus diſtinctis, ita ut ex illis ipſis ſignis, nutibus, verbis, quibus actiones illas exerceo, alter præſens illasque vel videns vel audiens mentem meam intelligat.* Verum huic interpretationi objicitur, quod Trithemius Dactylogiam in Stegano-

 gra-

graphia ſcribere voluerit, nam ita inquit in Expoſ. in prologum Polygr. *Bedanus iſte monachus in libello ſuo de inventis antiquorum multos & varios occultè ſcribendi notandique modo recenſuit, quibus arcana ſua tutè nuntiabant amicis, ac ſine voce loquebantur præſentibus. Arthrologiam & Dactylogiam primus omnium literis commendavit, quarum uſu alter pandit alteri ſecuriſſimè quicquid voluerit ſecreti, quod aſſidentium nemo notabit alius ac multo minus intelliget multis hoc ipſum & aliis modis fieri poſſe Bedanus ipſe docuit, de quibus cum nihil in Polygraphia ſcripſerimus, loqui etiam plura iſtic merito recuſamus. Locum his ipſis rebus arduis proprium in Steganographia dudum conſignavimus, quam edere in publicum necdum cogitamus.* Si ergo Trithemius Dactylogiam in Steganographia ſcribere voluit, quomodo illam potuit exhibere ſine ſignis, aut quasnam actiones adhibere, à quibus indiſtinctus fuiſſet modus loquendi per digitos? Secundò poſſunt verba Trithemii eam interpretationem accipere, ut intelligantur poſita tantum ad differentiam veterum occultè loquendi modorum, qui fiebant per verba, nutus & ſigna ſuſpicioſa & apparentia, adeoque Trithemius ſciverit, ac promiſerit modos loquendi *ſine verbis*, id eſt, ut occulta locutio fiat ſine verbis non verò aperta: *ſine nutibus & ſignis*, id eſt talibus, quæ habeant rationem ſigni per ſe non vero talibus, quæ per accidens aſſumuntur ad aliquid ſignificandum, cum per ſe ſint ad aliud officium deſtinata, vel actionum humanarum ſint proprietates; Quamcunque acceperis explicationem ego ad rem ipſam feſtino.

## §. 1. Indagat Steganologiam Trithemii inter loquendum & prædicandum.

Inter modos occultè loquendi, quos in cap. 1. hujus partis exhibui & paſſim extant apud Steganographos, eos in præſentia ſeligere, aut tales invenire nos oportet, qui fiant ſine ſuſpicione præſentium & aſſidentiũ; id autem fiet, ſi eos arripimus modos, per quos arcani ſignificandi dictiones ita orationi apertæ in eum finem expreſſè compoſitæ inſeruntur, ut nullam inter ſe connexionem habeant, ſervent tamen cum oratione expreſſa continuum curſum, quales modos in duobus capp. ultimis l. 2. Steg. Trithemius quoque propoſuit; ut verò is, cui arcanè loqui intendo, ſciat, quænam dictiones propoſito conveniant ſtatuendum eſt certum ſignum inter eos, aut certa vocabula, quibus prolatis immediate ſequantur verba ſecreti ſignificandi. Hercules de Sunde & ex eo P. Schot ponit exemplum & methodum, ubi narratio ſic inſti-

tuitur,

tuitur, ut poſt quamvis rem animatam à loquente nominatam aut pronomina earum, vel articulos eò relatos, verba immediatè ſequentia ſecretum indicant. Ecce exemplum ipſum, ubi vocabula rem animatam ſignificantia, eorum pronomina & articuli diverſo charactere cernuntur, ita ut ſecretum nunciandum facile deprehendi poſſit.

Ich liebe ſchöne Hiſtorien/ wie auch bißweilen die Fabel/ weil viel gute Lehr darbey zu vernehmen/ will jetzund euch Freunde ein Fabel erzehlen von einem Eſel. Es hat ſich begeben/daß ein Eſel iſt im Winter ſehr ungedultig worden/ weil er ein ſchlecht Futter hatte/ und groſſe Kälte außſtehen muſte: ſolches nun des Eſels Unglück machte/ daß er über die maſſen ſeufzet/ und wündſchte/ daß der grüne Lentz kommen mögte/ drumb ſagt er, uns gehets im Winter am härteſten/ als aber der Lentz kam/ und der Bavver berathſchlaget &c.

Verum hic modus paulò difficilior eſt, quam ut à quovis & cum quocunque amico in praxin redigi poſſet, itaque faciliorem dabo, pro utroque tam nunciante quam audiente. Locuturus amico quoddam arcanum, ſingulas arcani dictiones cum priori apertæ narrationi inſerit, quolibet modo & ordine, abſque ullo reſpectu ad certas dictiones narrationis; convenit aut cum amico eas dictiones hujus narrationis eſſe ſignificativas, in quarum expreſſione ſignum aliquod dederit, oportet autem tale ſit ſignum, nutu, geſtu, motione manuum &c. quod ſit ab actionibus ordinariis hominum loquentium indiſtinctum, & nullum vel det indicium rei latentis aut moveat ſuſpicionem, quod ingenio Steganologi relinquendum. Exemplum. Volo indicare amicis: Gehet/ man will euch fangen; narrationem ſic inſtituo: Lieber Freund in euren gröſten Nöthen gehet zu Petro. Er iſt ein braver Mann, er liebt euch/ und will mit aller Möglichkeit euch beyſtehen/ auch auf Begehren Gelds genug vorſtrecken/ deßhalben wann ihr nicht wißt was ihr an ſollet fangen. Ecce narrationem quam exprimens ad dictionem gehet geſtu manus, v. g. ejus applicatione ad pectus, genu &c. ſignum dat, iterum ad dictionem Mann/ & ſic conſequenter.

Inter concionandum iidem modi & facilius poterunt adhiberi, prout exemplum dat P. Schot. Occurrit mihi tamen adhuc alius modus, licet longior, multò tamen facilior & expeditior pro utroque operante. Libros S. Scripturæ, veteris & novi Teſtamenti, Sanctorum Patrum, Hiſtoricorum ſacrorum, aut etiam profanorum, literarum

inſignio

inſignio, nominibus & poteſtate, v.g. A, Geneſis. B, Exodus. C, Leviticus. D, Numeri. E, Deuteronomium. F, Joſue. G, Judicum. H, Ruth. I, liber primus Regum. K, lib. 2. Regum. L, lib. 3. Regum. M, lib. 4. Regum. N, 1. Paralipomenon. O, l. 2. Paralipomenon. P, Tobias. Q, Judith. R, Eſther. S, Job. T, Pſalmi. V, Proverbia. X, Eccleſiaſtes. Y, Canticum Canticorum. Z, Sapientiæ. W, Eccleſiaſticus. Iterum aliud Alphabetum ex novo Teſtamento. A, Evang. ſec. Matthæum. B, Ev. ſec. Marcum. C, Evang. ſec. Lucam. D, Ev. ſec. Joannem. E, Actus Apoſtolorum. F, Paulus ad Romanos. G, ad Corinthios. H, ad Galatas. I, ad Epheſios. K, ad Philippenſes. L, ad Coloſſenſes. M, ad Theſſalonicenſ. N, ad Timotheum. O, ad Titum. P, ad Philæmonem. Q, ad Hebræos. R, Petrus Apoſtolus. S, Joannes Apoſtolus. T, Jacobus Apoſt. V, Apocalypſis Joannis. W, Juda Apoſtolus. Reliquæ literæ raro ſunt in uſu, niſi Z, pro quo ponemus ſecundam Pauli Apoſtoli ad Corinthios, ita ut prima ſit pro F. Poterimus tertium Alphabetum & quartum fabricare ex Prophetis, SS. PP. & Hiſtoricis, quod ingenio lectoris relinquitur. Nunciaturus ergo arcanum quoddam concionator, citat textum, aut nominat ſaltem librum ſacræ ſcripturæ aut SS. Patrum & aliorum, qui adſcriptus eſt ei literæ alphabeti, quam intendit ſignificare, & id ex quo placet alphabeto. v.g. Scit concionator ex conſilio ſecreto amicum capiendum, vult hoc indicare his verbis: *hodie capieris*. Primò accipit textum ex L. Ruth, vel Pauli ad Galatas, qui magis rei convenit. 2. Ex l. 2. Paralipomenon, vel Pauli ad Titum. 3. Ex libro Numeri, vel Evang. ſecundum Joannem. 4. Ex l. 1. Regum, vel Pauli ad Epheſios. 5. Ex Deuteronomio, vel Actibus Apoſtolorum, & ſub his textibus intelligetur dictio: *hodie*; eadem ratio de aliquis.

## §. 2. Steganologia inter ludendum in organo.

Prævenit hujus §. materiam jam ſupra in Compendio Steganographiæ univerſalis, ubi diverſos exhibui modos, per quos ope muſicæ aut inſtrumentorum muſicorum quidquam alteri ſecretiſſimè poteſt indicari, qui huic propoſito plane videntur ſufficere, & licet in organo lateant adhuc multi modi particulares, variæque deſumi poſſint ampliationes ex octo tonis & earum differentiis, ex Regiſtris, ut vocant, & multiplici eorum combinatione, ea tamen omnia tam facili ſtudio comprehendantur etiam à Steganologo vel mediocriter verſato, ut neceſſe non ſit diutius inhærere.

CAP.

## CAP. VIII.

### Exhibet Modum Steganographicum, Quo Una Integra Dictio Aliam Dictionem Repræsentat.

Quæ in literis ad Arnoldum Boſtium pro quatuor Steganographiæ libris Trithemius promiſit, ea hucusque ſummâ & coactâ brevitate examinavi, reſtant nunc cætera, quæ paſſim in Polygraphia promittit, & inter ea primò mirabile & incomprehenſibile illud ſcribendi artificium, quo una dictio aliam quamvis integram dictionem repræſentat, atque illud à Trithemio his verbis proponitur: *Dabimus ergo in quatuor ſequentibus libris faciliores quidem ſcribendi modos, licet ſuſpicione intuentium prorſus non careant propterea quod intellectum abhorreant plurimorum. In Steganographia autem locupletiores ſunt modi ſecretiſſimè & ſine aliqua ſuſpicione ſcribendi, ubi non dictio literam, ſed quæque aliam integram ad myſterium convenientem repræſentat dictionem. Cujus rei ponamus exemplum, ut ſi velis præmonere amicum de aliquo imminente periculo, ſub tali narratione verborum:* Conſpiraverunt in necem tuam Melancius, Tyberius, Joannes & Petrus, famuli Comitis de Aſoto, & quartâ die poſt Laurentii in nocte circumvallabunt domum tuam, provide quid agas. *Hoc ſecretum Steganographia ſic palliat:* Oro te amice chariſſime, ut mutuo mihi transmittas decem florenos cum latore præſentium, quia ſunt mihi valde neceſſarii pro conſtructione cujusdam ædificii, eos tibi fideliter reſtituam. *Quis hoc arcanum crederet, aut ſuſpicaretur latere in ſermone præſcripto? Quod idem ſub alia etiam narratione ponamus:* Domine Jeſu Chriſte, fili Dei vivi, qui homo fieri, pro nobis pati & mori voluiſti, miſerere mei peccatoris indigni nunc & in terribili hora mortis meæ. *Ecce jam unam cordis tui occultam ſententiam, duplici habes narratione ſub Steganographiæ limitibus velatam ſermone brevi at fideli, quam totus mundus nec ſuſpicari quidem poterit, nec ſi annis quærat centum ullatenus invenire, etiamſi omnes docti convenirent. Denique hanc ipſam ſententiam cordis tui ſecretam non ſolum unâ vel duabus narrationibus præſcriptis, ſed pene infinitis modis jam dicta Steganographia docet abſcondere & cui volueris tutiſſimè, ſecretiſſimè ac ſecuriſſimè nunciare. Omnes quoque modi hujuscemodi adinventionis per metatheſin poſſunt mutari vicibus infinitis, & ſcribi per eos ac nunciari univerſa.* Ecce artificium ſimpliciſſimis verbis propoſitum, quod Steganographorum

phorum hucusque ita torſit ingenia, ut plures fuerint coacti ſuam ignorantiam fateri, alii impoſſibile crediderint, certè Blaſius Vigenerius in ſuo de cyphris Gallicè conſcripto volumine, cum capere hoc artificium non poſſet, Trithemium de re impoſſibili temere ſe jactantem carpere non fuit verecundatus. Verum aliter P. Kircherus ille namque invenit modum, quem ſatisfacere putat Trithemii promisſis, eumque in Polygraphia ſyntagmate tertio his verbis proponit: *Tertium continet arcanum ſteganographicum univerſale, ſive humano ingenio impenetrabilem ſcribendi modum, à Trithemio pariter in ſua Polygraphia indigitatum, ſed in hunc diem à nemine captum, & paſſim à plerisque pro paradoxo habitum, jam tandem à falſa perſuaſione vindicatum atque omnibus numeris abſolutum.*

Erit igitur ſcopus præſentis capitis, ut proponam hoc artificium Kircheri, & examinem, an revera ſatisfaciat promiſſis Trithemii, cumque ominer illud ſatisfacturum minimè, ut oſtendam, quomodo mea inventio non tantum id quod Trithemius proponit, immò plus præſtet, nempe quomodo unica alphabeti litera clavis officium ſuſtinere poſſit, quod problema propoſuit P. Kircherus, & videbatur valde paradoxum, niſi æquivocatione laboráſſet.

## §. 1. Proponitur & examinatur artificium P. Kircheri.

Suum deſcripturus artificium P. Kircherus ita præfatur: *Procedo tandem ad magnum illud & mirabile ſcribendi ſecretum, quod tot magnificis verborum ampullis deſcripſit, tantis ſermonum ſpinis metaphorisque ab ingratorum hominum acceſſu muniendum putavit Trithemius; in quo reperiundo tot hucusque ingenioſiſſimorum hominum deſudavit induſtria.* Eſt autem breviter tale: Subſidio arcæ & tabellularum ſteganographicarum indiſſectarum, aut jucundius & ingenioſius earundem diſſectarum in varias columnas, ſingulas ſecreti nunciandi literas variâ diſpoſitione & combinatione cum ſingulis ſententiæ alicujus loco clavis aſſumptæ literis in numeros commutat, quos deinde ad modum §. ult. cap. 6. ſupra, literis includit. Artificium vero & in quo tota ſubtilitas ac impenetrabilitas conſiſtit, eſt, quod poſitâ combinatione certæ literæ clavis cum certa litera ſecreti, non poſſit niſi unus idemque ſemper numerus provenire; unus verò idemque numerus poſſit ex pluribus combinationibus provenire, adeoque etiamſi numeri apertè mitte-

mitterentur aut eſſent cogniti, in æternum tamen non poſſent reperiri literæ quas repræſentant, quia quilibet numerus omnes alphabeti literas poteſt repræſentare. Res melius pateret exemplo, quia vero hujus operis diſpoſitio non patitur illud per tabellas P. Kircheri exhibere, ſufficiat oſtendere in abaco numerali P. Schot, qui, quoad hoc quidem, idem præſtat. Poſui hunc abacum in fine hujus libri.

Sit alicui nunciandum: *Cras ero cum milite ad portam arcis;* accipio aliquam ſententiam quamcunque ſive plures contineat literas, quam ſecretum ſive pauciores, vel initium epiſtolæ ſcriptæ vel ſcribendæ. v. g. Intendo ſcribere: *Accepi aliquando deſideratiſſimas tuas literas* &c. cum itaque in ſecreto tantum ſint literæ viginti novem, totidem accipio literas ex epiſtola, eruntque: *Accepi tandem aliquando deſidera.* Nunc in abaci numeralis alphabeto frontali quæro primam literam clavis, quæ eſt A, & in laterali primam literam ſecreti, quæ eſt C, & quia infra A. è regione C. reperitur numerus 3. hunc obſervo. Secundo in alphabeto frontali quæro ſecundam literam clavis, quæ eſt C, & in laterali ſecundam ſecreti, quæ eſt R, & quia ſub C è regione R reperitur numerus 19. hunc itidem obſervo. Eadem prorſus eſt operatio cum tertia & reliquis literis clavis & ſecreti, provenientque hi numeri:

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Secretum.* | c r a s | e r o | c u m | m i l i t e | a d | p o r t a m | a r c i s. |
| *Clavis.* | a c c e | p i t | a n d | e m a l i q | u a | n d o d e ſ | i d e r a. |
| *Numeri.* | 3 19 3 22 | 19 1 8 | 3 8 15 | 16 20 11 19 3 10 | 20 4 | 3 17 6 22 5 5 | 9 20 7 1 18. |

Hucusque artificium P. Kircheri breviter exhibui, quod ille putat omnino ſatisfacere Trithemii promiſſis ex eo, quia, dum ſingulæ literæ clavis, ſingulis literis arcani combinantur, ſemper verum ſit, literas ſingulas unius, ſingulis literis alterius & conſequenter dictiones dictionibus reſpondere, quod Trithemius volebat. Verum id ego mihi nondum perſuadere valeo, ſed dico, hoc artificium plane non eſſe Trithemianum.

Primò: Quia Trithemius expreſſè dicit, quod quælibet dictio aliam integram repræſentet dictionem, non igitur ſufficit ſingulas literas à ſingulis literis repræſentari; quod etiam animadvertit P. Schot ſch. ſteg. claſſe 3. c. 14. §. 2. ac tandem concludit, tum per hoc artificium Trithemii promiſſum verificari quando ſingula conceptûs ſteganographici verba tot præcisè literas continent, quot ſingula verba clavis. Et certè, ſi Trithemius intellexiſſet, literas tantum

tum repræſentari literis, claves duæ propoſitæ non concordarent cum ſecreto; clavis enim prima literas habet 159, clavis ſecunda 125, ſecretum vero 147. Nec ſatis longe effugit P. Kircherus dum putat inæqualitatem illam non efficere ex eo, quia alibi oſtendit poſſe clavem nunc abundare nunc deficere, & ſi deficiat, poſſe eam expletam denuo à principio repeti, donec totum exhauriatur ſecretum, adeoque inæqualitatem illam in exemplo Trithemiano ab illo adhibitam fuiſſe ad vexanda more ipſi ſolito curioſorum ingenia. Non auxiliatur inquam hoc effugium P. Kirchero; quia mentem Trithemii conjicit contra manifeſtam verborum proprietatem, quæ etiam vel tantò magis contra Kircherum ex eo elucet, quia in allato exemplo numerus dictionum in ſingulis clavibus & inter ſe & numero dictionum ſecreti æqualis eſt, ſunt enim ubique 26 dictiones, quod P. Kircherus videtur non animadvertiſſe.

Secundò. Trithemii modus debet fieri ſecretiſſimè, & ſine ulla ſuſpicione, quod certè non fit, quando numeri loco literarum ſubſtituuntur, nam numeros mittere vel puncta ſupponere literis, ſive ſint viſibilia, ſive inviſibilia ſuo tempore reditura, inuſitatum eſt ſcriptoribus itaque nec extra ſuſpicionem, quod itidem animadvertit P. Schot d. loco.

## §. 2. Proponitur artificium primum Autoris.

Refutato Kircheri artificio aliud ſupponam, illi quidem in eo ſimile, quod literas literis oſtendat reſpondere & repræſentari, Steganographiæ vero Trithemianæ ſimillimum in eo, quod jubeat occultare modo libri primi Steganographiæ Trithemianæ; Eſt autem tale: Fiant duæ rotulæ concentricæ, diverſæ magnitudinis, nempe quarum una ſit major altera; infigatur minor ſupra majorem in eodem centro, ita, ut facile quovis gyrari poſſit, dividatur utraque in limbo in tot ſpatia æqualia quot literas adhibere tuæ operationi intendis, v. g. cum Trithemio 22. His ſpatiis inſcribantur 22 literæ Alphabeti: Abcdefghiklmnopqrstuxz. et ſic inſtrumentum erit perfectum. Nunc ad operationem: Volo nuntiare amico, v. g. *Cave à Friderico*, conveni autem antea cum amico circa aliquam ſententiam, quæ loco clavis aſſumpta ſit, v. g. *Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto &c.* quæ ſententia & memoriter ſcienda & ubique pro regula obſer-

obſervanda eſt. Itaque in limbo rolutæ exterioris aut inferioris quæro primam literam clavis, quæ eſt G, in limbo rotulæ ſuperioris aut interioris quæro primam literam ſecreti, quæ eſt C, eamque admoveo, ut ſit directè ſupra G, tum adverto quænam litera hujus ſuperioris rotulæ correſpondeat cum litera A, quæ eſt in rotula inferiori, eamque noto. Secundò: In rotula inferiori quæro ſecundam literam clavis, quæ eſt L, eique admoveo ſecundam literam ſecreti, quæ eſt A, & invenio quod litera N. limbi ſuperioris correſpondeat cum litera A. in limbo inferiori, eamque noto, & ſic procedo donec totum ſecretum in alias literas commutatum, & proveniret hoc modo:

| | |
|---|---|
| *Clavis.* | Gloria Patri et f |
| *Secretum.* | caveaf rider ico |
| *Literæ.* | tnglpf cihli eg i |

Has literas ita transformatas poterit quis ad modum libri primi Steganographiæ vel mearum ampliationem literis inſerere nil verentibus & ita transmittere ad amicum ſecurè. Ecce exemplum, ubi alternativæ valent.

*Epiſtola.*

Ex tuis poſtremis negotiorum tuorum gravitatem pluribus legi, utinam poſſem tam felici ſuccurrere conſilio, tu integritas tua honoribus debitis lætiſſimè cumuletur; Interim quod exoptas, curabo, gratificaturus tibi in omnibus. Vale.

*Corollarium.*

I. Quod per has rotulas exhibui, idem æquè facilè potuiſſet exhiberi per abacum numeralem, ſi loco numerorum literæ ponerentur, vel per tabellas ſteganographicas diſſectas & indiſſectas P. Kircheri; Verum uſus earum rotularum quoad ampliationes multo eſt compendioſior & jucundior.

II. Sicut non eſt neceſſe, ut clavis Kircheriana præciſè tot contineat literas, quot ſecretum, ita etiam clavis hæc poteſt abundare, ut in exemplo; vel deficere, ac, cum expleta eſt, repeti. Sic etiam poteſt aſſumi quidvis pro clave, nomen alicujus proprium, titulus vel principium ejuſdem epiſtolæ.

III. Sicut poſitâ certa litera ſecreti ſupra certam literam clavis dixi, animadvertendum eſſe, quænam litera rotulæ ſuperioris correſpondeat cum A inferiori; ita poteſt alia litera inferioris alphabeti

 aſſumi

aſſumi cum qua correſpondentes notentur literæ ſuperioris alphabeti poſita combinatione literarum clavis & ſecreti, ſed & plures poſſunt aſſumi conſequenter quod ad ampliationes ſpectat.

Ampliatio I: Qua duæ poſſunt aſſumi claves. Poſſe duas aſſumi claves pro quovis ſecreto tegendo, aut etiam pluras ſucceſſivè, ita ut literæ per primam clavem transformatæ, per aliam clavem denuò transformentur nec artis eſt, nec neceſſitatis, nec meæ intentionis, id intendo, ut duæ claves ſimul accipiantur ad hunc uſum quod ſic fiet: Sit prima clavis, *Gloria Patri & Filio.* Secunda: *Sit Trinitati gloria.* Secretum ut ſupra: *Cave à Friderico.* Nunc in rotula inferiori, quære primam literam primæ clavis, quæ eſt G, eique admove primam literam ſecreti, quæ eſt C. Tum in variata hac poſitione quæratur in limbo inferiori prima litera ſecundæ clavis & adverte quænam litera ſuperioris rotulæ ei correſpondeat, quam notabis eadem operatio in reliquis: Ecce literas, quæ proveniunt.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Clavis 1.* | G l o r i a | P a t r i | e t | f |
| *Secretum.* | C a v e a f | r i d e r | i c | o |
| *Clavis 2.* | S i t t r i | n i t a t | i g | l |
| *Literæ.* | O x c g i o | p r d l e | n n | t |

Ex hoc clarè colligi poteſt quomodo loco cujusvis clavis unica poſſit aſſumi litera, quod enim per plures literas facilius hac methodo fiet per unam.

Ampliatio II: Qua eadem epiſtola ſecundum diverſas claves diverſimodè legitur. Non volo hic intelligi, quaſi per duas claves duo arcana in alias velim literas transformare, & utrasque ita orationi apertæ inſerere, ut aliquæ quidem literæ ſerviant uni, aliæ alteri arcano, id enim eſſet ampliare libros Steganographiæ, aut æquivocatione illudere. Itaque tradam artificium quo eædem literæ ejusdem epiſtolæ combinatæ cum diverſis clavibus, diverſum exhibent ſecretum, id ita faciam: ſint duæ claves, prima & ſecunda, ſint item duo ſecreta, primum & ſecundum, ſit primum ſecretum per combinationem cum ſua clave in alias literas transmutatum, quæ literæ ſerventur pro nova clave ſecundi ſecreti. Iterum ſit ſecretum ſecundum per combinationem cum ſua clave, nempe ſecunda in alias mutatum literas, quæ ſerventur pro nova clave primi ſecreti; Tum hæ duæ novæ claves etiam inter ſe combinentur, & artificio deſcripto, ita quidem

quidem ut una ſit quaſi loco ſecreti altera loco clavis, in novas literas transformentur, quæ literis communibus inſerantur, provenietque, ut ille, cui primum ſecretum nunciandum eſt, ſi literas has epiſtolæ combinet cum clave novâ ſecundi inveniat ſuam clavem novam, quam ad primam & veram applicando arcani particeps fiet. Eadem ratio de ſecundo.

Ampliatio III: Ut eadem epiſtola ſecundum diverſas claves eodem modo intelligi poſſit. Hæc eſt quaſi ampliatio ſuperioris; ſi enim ſicut ibi duo, ita hic idem ſenſus arcanus ad diverſas claves combinetur, & præſcripto modo operatio dicta inſtituatur, & hoc potiemur effectu non minus quam illo. Eſt autem hæc ampliatio præcipuè eum in finem, ut cum duobus poſſimus occultè correſpondere literis iisdem aut diverſis, neuter tamen poſſit clavem alterius deprehendere, etſi idem arcanum iisdem ex literis poſſit elicere.

Ampliatio IV: Quâ eadem epiſtola ſecundum eandem clavem diverſimode legitur, id eſt, ut duo ſenſus arcani in eadem epiſtola ſub eadem clave poſſint abſcondi. Hæc eſt quaſi converſa præcedentis ampliationis, atque ideo eodem modo ejus operatio inſtituenda, ut nempe primo ad duo arcana eadem clavis combinetur, & literæ, quæ ex illis duabus combinationibus proveniunt, denuo inter ſe combinentur, & literæ inde provenientes orationi inſerantur.

## §. 2. Exhibetur ſecundum artificium Autoris.

Tandem DEO adjuvante eo loci adductus ſum, ubi mirabile illud ſcribendi artificium hactenus tantum deſideratum, tam pro impoſſibili creditum, tamque à ſummis Steganographis tentatum liceat ordine deſignato aperire, & ita meis promiſſis ſatisfacere ac æmulorum invidiam refrænare. Impoſtoris notam certè incuriſſem, niſi poſt evulgatam nuper ſynopſin occaſio mihi fuiſſet inventionis hujus propalandæ, quæ omnium Steganographorum hucusque effugit ſubtilitatem, quis enim concipiat modum ſcribendi, *quo alicujus ſententiæ loco clavis aſſumptæ ſingulæ dictiones repræſentant ſingulas literas, ſyllabas, dictiones ſecreti nunciandi; Item ſingulæ ſyllabæ repræſentant ſingulas literas, ſyllabas, dictiones ſecreti; Item ſingulæ literæ repræſentent ſingulas literas, ſyllabas, dictiones ſecreti; Et denique, ut unica litera, ſyllaba vel dictio loco clavis aſſumpta repræſentet omnes & ſingulas literas, ſyllabas, dictio-*

*dictiones ſecreti?* Itaque ut brevitati ſtudeam & ipſemet non diu detinear in honoris mei defenſione, ecce breviter hoc artificium & quidem ultimum ac maximè incomprehenſibile, quo una litera loco clavis aſſumpta repræſentat omnes & ſingulas dictiones ſecreti, ex quo prudens lector facile reliqua ac majora inveniet. Sit itaque litera E. loco clavis aſſumpta, ſit ſecretum nunciandum v.g. *Cras ero cum milite ante portam arcis.* Literas compono in nullo penitus ſuſpectas, eisque prædicti arcani dictiones inſero, ita, ut inter ſe nullam habeant unionem, nec ullâ ratione ſuſpicionem poſſint movere, habeant tamen fluidam connexionem cum reliquis epiſtolæ verbis. v.g. ſint iſtæ literæ:

*Epiſtola.*

Quia Generalis Montecuculi huc iter direxit, ſic in mandatis habeo, ut *cras* illi obviam procedam, *ero* autem proceſſurus *cum* tota nobilitate hujus loci & multo *milite.* Noſter Princeps eum excipiet *ante* novam *portam*, & ſplendidè, nam conſtitutum eſt, ut viginti tormenta tribus vicibus ex vallo *arcis* explodantur.

Nunc à principio dictiones hujus epiſtolæ numero, & noto in quem numerum incidant dictiones arcano deſervientes, invenio autem ita diſpoſitos: 12. 4. 3. 7. 5. 2. 13. His poſitis aliam incipio aut continuo periodum vel poſtſcriptum formo, ubi computatis ſimili modo à principio dictionibus, dictiones in hos numeros incidentes incipiant ab E, nempe, eâ literâ, quæ eſt aſſumpta pro clavi.

*Continuatio.*

Spero autem illum non fruſtra huc ſuum illud iter inſtiſtuiſſe, ſed *Ex* cauſa rationabili, nam *Extra* viam plane *Eſt* iſte locus; ominor illud pacis indicium *Eſſe* brevi concludendæ, maximè cum *Etiam* aliunde *Ejus* mihi argumentum fuerit aſſecuratum; Quidquid ſit brevi in probabulo tota illius intentio *Erit.* Vale.

Vides, credo, & clariſſimè vides lector curioſe, quomodo una ſola litera integras dictiones repræſentet, ex quo facile colligere poteris, quomodo eadem litera ſyllabas repræſentet & literas, id quod exemplis duobus oſtendo.

*Epiſtola 1.*

Quia Generalis Montecuculi huc iter Viennenſe direxit, ſic in mandatis habeo, ut illi obviam procedam, ero autem cum nobilitate tota

tota hujus loci proceſſurus, habens ſimul ingentem militum cohortem. Noſter Princeps honore illum valde magno excipiet, nam conſtitutum eſt, ut viginti tormenta bellica tribus vicibus explodantur circa adventum.

*Epiſtola 2.*

Quia Generalis Montecuculi ſuum iter Viennenſe huc direxit, ſic ego habebo honorem, ut illi Principis diverſorium offeram, ſtipatus ero totâ nobilitate hujus loci maximâque militum caterva noſter Princeps ipſemet ante veterem portam apud crucem illum excipiet, & conſtituit, ut ſub adventum explodantur triginta tormenta belli cabinis vicibus.

Ex his allatis exemplis & doctrinâ adjunctâ ſufficienter & ita conſtabit hujus artificii univerſalitas, ut ſuperfluum ſit, pluribus oſtendere ea, quæ promiſi; quò tamen id quod Trithemius promiſit & propoſuit in ipſismet illius exemplis clarius fiat, ea exempla arripere & exhibere volui, quomodo una dictio aliam integram repræſentet.

*Epiſtola.*

Periculoſo tempore vivimus, tres illis viventis naturæ hoſtes, bellum, peſtis & fames, conſpiraverunt in interitum & necem Europæ, undique bellum, annonæ caritas, mortalitas, præcipuè in Rheni partibus. Itaque patriam tuam, quam alias tantopere amas, derelinquere tandem cogeris, id quod etiam Melancius, Tiberius, Joannes & Petrus, famuli Comitis de Aſoto, communes amici noſtri, tibi ſuadent; maximè cum de Gallis & Suecis audiamus nova non omnino grata. Ille jam quartâ vice triumphavit, hic verò de die in diem fit potentior; dicitur, quod poſt feſtum S. Laurentii tribus potentiſſimis exercitibus in Germaniam ſit ituri. Præteriatâ nocte curſor hic advenit, qui id omne confirmat & periculum ſat nequit deſcribere, nam Galli primâ æſtate circumvallabunt Auguſtam, quam ſine dubio accipient. Venies ergo ad nos, Petrus tibi ſuam offeret domum, quam incoles ut tuam. Itaque provide quid agas.

Ecce literas quibus arcanum Trithemii incluſi, oportet nunc continuare vel poſtſcriptum facere & clavem ſimiliter abſcondere.

*Continuatio.*

Præterea pro tua benevolentia, quâ omnes amplecti ſoles amicos & præcipuè conjunctos, rogo te, multum colende amice, & inter eos, quos vel natura dedit, vel lex adjunxit, mihi longè chariſſimè, utpote quem natura ſpeciali nexu arctius conjunxit, rogo itaque ut, mutuo mihi transmittas decem florenos cum latore præſentium: aut, ſi majori ſumma poſſes ſubvenire, tantò foret gratius, quia nemo hac in neceſſitate mihi vult ſuccurrere, & ſunt in hoc infelici ſtatu rerum mihi ſupra omnes meas neceſſitates jam tantùm valde utiles immò neceſſarii, inter cætera verò pro reparatione mei tecti & conſtructione novæ cameræ, nam vetus ita deſtructa eſt ruinoſaque quotidie ruinam & inde lachrymabilem caſum tranſeuntis cujusdam minetur, quin & quod exinde metuendum ſit, ne corruat aliquando ſimul maxima pars ædificii; Nummos eos tibi fideliter reſtituam.

Ecce nunc pauciſſimis verbis hoc mirabile ſecretum: requireret quidem ejus explicatio, ampliatio, & ornatus plus verborum, verum nec locus capit nec tempus patitur, ſufficiat artis oſtendiſſe principia, excolat, quem vel neceſſitas impellit, vel otium incommodat.

## *CAP. IX.*

## Declarabit Reliqua Omnia, Quæ Trithemius In Steganographia Scripturum Se Promittit.

Reſervaveram in præſens caput ea, quæ Trithemius quidem in Steganographia ſcripturum ſe promiſit, ſed à Steganographia Illuſtrata hucusque lucem non fuiſſent adeptura: Inter quæ primò erat Arthrologia & Dactylogia: quarum uſu alter pandit alteri ſecuriſſimè, quidquid voluerit ſecreti, quod aſſidentium nemo notabit alius, ac multo minus intelliget. Secundò, Characterum inviſibilium triplex occultè ſcribendi genus: quorum primum vocatur Dormaticum, quo fit in dorſo nunciorum ſcriptura quædam artificialis, quam penetrare nemo ſufficit, qui artis neſcierit arcanum. Secundum verò Hyphaſmaticum dicitur, quo rebus certis in panno ſcribitur, quod exſiccatum videri poteſt minimè, donec madefactum in aqua frigida cernatur. Tertium genus nominatur Aleoticum, quod eſt multi-

multiplex & varium tam in forma quam in materia. Tertiò: Quomodo ſine literis arcanum mentis tuæ denuncies abſenti etiam ipſo neſciente, qui officium gerit nuntiantis. Verum cum ea omnia jam ſupra convenienti loco inſinuaverim, extentque paſſim apud alios Steganographos fuſiſſimè ac doctisſimè, & maximè apud P. Caſparum Schot ſch. ſteg. cl. 7. erot. 8. 9. 10. item d. 8. per totam, nolui Rheno aquam affundere, ſed immediatè feſtino ad artificium, quo omnia, quæ in hoc univerſo continentur, Steganographiæ poſſunt inſervire, quod Trithemius ita proponit: *Quid eſt viſibile in univerſo mundi circulo poſitum, ad hujus novæ artis noſtræ miniſterium promptum tribuit fulcimentum; Aer & ignis, aqua & terra, fontes & flumina, arbores & fructeta, flores & gramina, verba & nomina, accidens & ſubſtantia, lapides & arena, fimus & ſtercora, res & vocabula, honeſta & verecunda, ligna & metalla, dura & liquida, exiſtentia & non exiſtentia, hiſtoria & fabula, beſtiæ & bruta, homines & jumenta, ſingula & univerſa, quæ vel ſermo poteſt exprimere vel anima cogitare, campum Polygraphiæ noſtræ præſtant latiſſimum, & artem quantum mortalibus poteſt conſtare, promittunt ampliandum fore in infinitum.* Quod ne longa & tædioſa verborum circumſcriptione expediam, aliquot ſolum exempla adjicere volui, ex quibus lector facile rem ipſam & methodum deprehendat.

*Exemplum 1.*

Habet Grammaticus cum Grammatico arcana negotia, utque ea ſecreta maneant, ex Grammatica ſibi formant Alphabetum, v. g. pro primis quinque alphabeti literis ponunt quinque caſus ſingularis numeri primæ vel ſecundæ declinationis, omittitur autem vocativus ubique. Pro ſecundis 5. literis accipiunt earundem declinationum caſus plurales. Pro tertiis quinque, tertia & reliquarum declinationum caſus ſingulares. Pro quartis 5. harum declinationum caſus plurales pro ultimis 4 literis w. x. y. z. poſſunt poni quatuor vocativi. His poſitis, literas format, ut omnia ſubſtantiva ex ordine in eo ſint caſu, quem ratio literarum arcani requirit. Sit nunciandum: *niſi venias pereo;* tales formantur literæ.

*Epiſtola.*

Audivi *fratri* tuo data eſſe egregia *dona* & majora quam clavis *officialibus*, atque hinc *ei tricas* moverunt, verum ab omnibus *hominibus* ille

ille præfertur & ab *Archiepiſcopo* merito magis honoratur ſcio id *patri* tuo maximè arriſurum, eaque *dona* eum ſummè æſtimaturum, præcipuè cum *Archiepiſcopus* ipſemet dederit; Itaque tuis gratulor *parentibus*, quod hoc triſti *tempore* & miſero *ſtatu* poſſint *prolium* ſuarum *famæ* frui, *honoresque* participare.

*Exemplum 2.*

Similiter poterimus Regiones, oppida, fluvios, montes, Populos, Exercitus loco literarum ſubſtituere, & literis earum nomina ita inſerere, ut ſecundum ordinem repræſentent ſingulas literas arcani nunciandi; ſit tale Alphabetum. A. Pommern. B. Stettin. C. Roſtock. D. Wißmar. E. Stralſund. F. König in Dännemarck. G. König in Schweden. H. Chur-Brandenburg. I. Lüneburg. K. Gen. Cobb. L. Biſchoff von Münſter. M. Bremen. N. Staden. O. Elb. P. Schonen. Q. Rügen. R. Alliirte. S. Däniſche Armee. T. Schwediſche Armee. V. Münſteriſche Völcker. W. Brandenburgiſche Völcker ꝛc. Et hoc Alphabeto poterimus literas omni carentes ſuſpicione facillimè componere; ſit igitur ſecretum quoddam nunciandum, v.g. Heut erlöſe ich den Hanſen.

*Epiſtola.*

Chur-Brandenburg iſt nun würcklich vor Stralſund / und ſeynd die Münſteriſche Völcker auch dahin im Marſch begriffen / die Schwediſche Armee aber will ihm den Paß auf Stralſund abſchneiden / hingegen wollen die Herren Alliirte den Biſchoffen von Münſter nit laſſen / mögte alſo zu einer Haupt-Action gerathen / an der Elb iſts nun etwas ſtill / weilen die Däniſche Armee dieſen Fluß nunmehr gantz verlaſſen / und ſich auch gegen Stralſund gewendet / Lüneburg ſtehet bey Roſtock / umb Chur-Brandenburg zu ſecundiren / Wißmar hat anjetzo gute Sach / und erwartet / wie es Stralſund ergehen mögte / dann Chur-Brandenburg ſetzt hart daran / und will gantz Pommern wieder erobern. Man hat zwar dieſer Tagen vermeint / es werde Staden wieder von der Däniſchen Armee attaquirt werden / ſo haben ſie ſich doch wieder gegen offtged. Stralſund gewendet / vielleicht aber aus einer Feinte, umb Staden zu überfallen / wann man ſich deſſen am wenigſten beſorget.

F I N I S.

# SYNOPSIS OPERIS

SIVE

# INDEX

## PARTIVM, CAPITVM AC TITVLORVM.

### *PARS PRIMA:*

in qua exhibentur

### TRITHEMII VITA, GESTA, SCRIPTA.


I. CAP. *Nativitas & Educatio Trithemii.*
II. *Viſio Trithemio facta & ejus ſtudium.*
III. *Introitus Trithemii in Monaſterium Spanheimenſe.*
IV. *Deſcriptio Monaſterii Spanheimenſis.*
V. *Electio Trithemii in Abbatem Spanheimenſem.*
VI. *Exitus Trithemii de Monaſterio Spanheimenſi.*
VII. *Translatio Trithemii ad Abbatiam S. Jacobi Peapolitani & Reſignatio Spanheimenſis.*
VIII. *Deſcriptio Monaſterii S. Jacobi Peapolitani.*
IX. *Mors Joannis Trithemii.*
X. *Bibliotheca Spanheimenſis à Trithemio comparata.*
XI. *Cura Trithemii pro incremento Monaſterii Spanheimenſis in temporalibus.*
XII. *Cura Trithemii pro incremento Monaſterii Spanheimenſis in ſpiritualibus.*
XIII. *Fama Monaſterii Spanheimenſis per Trithemium comparata.*
XIV. *Capitula Ordinis S. Benedicti, quibus præſedit vel interfuit Trithemius.*
XV. *Libri à Trithemio conſcripti.*
XVI. *Quibus ſtudiis potiſſimum deditus fuerit Trithemius.*
XVII. *Trithemium non fuiſſe Alchymiſtam, Aſtrologum & Magum, oſtenditur.*
XVIII. *Trithemii Virtutes.*
XIX. *De favore Principum erga Trithemium & ejus familiaritate cum viris doctiſſimis.*


### *PARS SECUNDA:*

in qua proponitur

### STEGANOGRAPHIA VINDICATA.


I. CAP. *Quid ſit Steganographia?*
II. *An Trithemius Steganographiam aliquam ſcribere cogitaverit?*
III. *Quid Trithemius in Steganographia ſcripturum ſe promiſerit?*
IV. *An Trithemius Steganographiam ſuam non tantum mente conceperit, ſed etiam ſcripſerit?*
V. *An Trithemii Steganographia ſit in lucem edita?*
VI. *An Trithemii Steganographia adhuc extet?*
VII. *Deſcribitur forma Steganographiæ in Editione Darmſtadiana.*
VIII. *An Editio Darmſtadiana ſit vera Trithemii Steganographia?*
IX. *Utrum Editio Darmſtadiana ſive Steganographia Trithemii ſit ſecundum literam intelligenda?*


X. *Utrum*

X. Utrum Steganographia Tritbemii fiat ope & miniſterio ſpirituum?
XI. An modus, quo Steganographiam Tritbemius ſcripſit, ſit reprehendendus?
XII. An Steganographia Tritbemii juſtè potuerit interdici?
XIII. Gloria Steganographiæ Tritbemianæ.

## PARS TERTIA:

in qua traditur

## STEGANOGRAPHIA RESERATA.

### CLAVIS GENERALIS.

I. Cap. Examinatur Caramuelis Steganographia Vindicata.
II. Traditur Clavis libri primi Steganographiæ Tritbemianæ.
III. Traditur Clavis Epiſtolarum aut Formularum Precatoriarum.
IV. Clavis libri ſecundi Steganographiæ Tritbemianæ.
V. Traditur Clavis & Explicatio Spirituum.
VI. Traditur Clavis Conjurationum ſpiritibus propriarum.
VII. Traditur Clavis numerorum Spiritibus, Ducibus, Comitibus & Famulis adjectorum.
VIII. Traditur Clavis libri tertii Steganographiæ.

### CLAVIS SPECIALIS.

I. Lib. Steganographiæ Tritbemii, ubi ſunt XXXII. Capitula.
II. Ejusdem Steganographiæ, ubi XXV. Capitula.
III. Ejusdem, ubi I. Capitulum.

## PARS QVARTA:

in qua traditur

## STEGANOGRAPHIA ILLUSTRATA.

I. Cap. Exhibet in Compendio omnia fere Steganographorum Inventa.
II. Examinat & ampliat librum Steganographiæ primum.
III. Examinat & ampliat librum Steganographiæ ſecundum.
IV. Indagat modum nunciandi Secreta per ignem ad quamcunque diſtantiam, ſine verbis, ſine ſcriptis, ſine ſignis per quemcunque nuntium.
V. Indagat modum indicandi voluntatem ſedenti in carcere, etiam longe abſenti, quantumcunque cuſtodiatur, etiamſi tribus milliaribus ſub terra ſederet.
VI. Examinat artem, per quam homo idiota, qui nunquam novit verbum latini ſermonis, in duabus horis docetur legere, ſcribere & intelligere Latinum.
VII. Inveſtigat Tritbemii Steganologiam ſine verbis, ſine nutibus, inter loquendum, prædicandum, ludendum in organo, vel cantandum, ſine impedimento actionis cujuscunque.
VIII. Exhibet modum ſteganographicum, quo una integra dictio aliam quamvis dictionem repræſentat.
IX. Declarat reliqua omnia, quæ Tritbemius hinc inde in Steganographia ſcripturum ſe promiſit.

SOLI DEO GLORIA.

# *ABACUS NUMERALIS.*

Alphabetum frontale.

Alphabetum laterale.

| | A | B | C | D | E | F | G | H | I | K | L | M | N | O | P | Q | R | S | T | V | X | Y | Z | W |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 |
| B | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 |
| C | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 |
| D | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 |
| E | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 |
| F | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 |
| G | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 |
| H | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 |
| I | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 |
| K | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 |
| L | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 |
| M | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 |
| N | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 |
| O | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 |
| P | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 |
| Q | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 |
| R | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 |
| S | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 |
| T | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 |
| V | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 |
| X | 21 | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 |
| Y | 22 | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 |
| Z | 23 | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 |
| W | 24 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 |

137

709

FABYAN

Z103
.T84
S
1721
Copy 2
Rare Bk
Coll

13-9076 3/20 6-11-96

0/.